NAZIONALE
8
21 — H
53
VITT. EMANUELE
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

16.12.
8 8
C C

Cl. Rom. Im. Ces. Cat. ms:

SACRÆ ENNEADES ADVENTVALES, NVMERO QVATVOR,

HOMILIAS SEX ET TRIginta in vniuerſum complectentes.

Ex quibus ſeptem & viginti priores, Diuini vatis Ioëlis integram exponunt prophetiam, accommodatis ſingulis Prophetæ capitibus, tribus numero, totidem ſacris Enneadibus: Nouem verò poſteriores Homiliæ, Dominicarum, ac præcipuorum Aduentus temporibus occurrentium Feſtorum, explicationem continent.

Auctore R. P. F. Mauricio Hylareto, Franciſcano Engoliſmenſi, Pariſienſi Theologo, & Eccleſiaſtæ Aurelianenſi ordinario, prouinciæ Turoniæ nuperrimè Exprouinciali.

IN VIRTVTE



ET FORTVNA.

LVGDVNI,
APVD HÆREDES GVLIELMI ROVILLII,
SVB SCVTO VENETO.
Iuſſu Superiorum.
M. D. XCI.

B. 5.

EXTRAICT DES ACTES ET REGISTRES DE LA Senechaucee & ſiege preſidial de Lyon.

SVr les remonſtrances faictes par le procureur du Roy, de ce que cy deuant des le moys d'Auril dernier, & huict moys ſont paſſez, le conſeil auroit pourueu à ce qu'il fuſt permis à tous marchans Libraires, faire Imprimer liures ſeruans à la pieté & deuotion & à l'edification du peuple en la religion Catholique, Apoſtolique & Romaine, ſans s'arreſter aux priuileges, que pour le regard deſdits liures les Libraires de Paris ou d'ailleurs pouuoient auoir, choſe qui eſtoit faicte pour ſubuenir à la neceſſité du temps. Et que deſpuis iceluy temps les Libraires de ceſte ville en ont faict peu de deuoir, qui eſt cauſe, que le peuple eſt priué des fruictz & vtilitez qui prouiennent de la lecture deſdits liures, & ſouffre beaucoup pour n'en pouuoir recouurer d'aucune part. A ceſte raiſon qu'il pleuſt audit Conſeil de nouueau inciter leſdits Libraires faire Imprimer leſdits liures. Entre autres enioindre aux heritiers feu S. Guillaume Rouille & S. Iean Baptiſte Buyſſon faire Imprimer tous liures ſemblables, neceſſaires pour l'enſeignement du peuple en la foy, comme les predications de Frere Maurice Hylaret cy deuant Imprimees à Paris, fort requiſes & demandees par les predicateurs.

Buillond.

Le Conſeil en ayant eſgard à laditte requeſte dudit Procureur du Roy, la neceſſité du temps & en conſequence des ordonnances cy deuant faictes, A permis auſdits hoirs Rouille & Buyſſon Imprimer ou faire Imprimer leſdites predications dudit Hylaret & autres liures de deuotion, ſeruans à l'inſtruction du peuple en la foy & religion Catholique, Apoſtolique & Romaine, ſans s'arreſter quant à preſent aux priuileges particuliers que aucuns Libraires, Imprimeurs de Paris ou ailleurs pourroiēt auoir, & ce par prouiſion & iuſques autrement en ayt eſté ordonné. Faict au conſeil le ſeptieſme iour de Ianuier mil cinq cens quatre vingts & unze. Signé, Auſtrein, du Bureau, Allard, Langlois, Grolier, Rolin, Broquin.

REVE

REVERENDO ADMODVM IN CHRISTO PATRI, AC

colendo Domino, clariſsimo vtique viro, Germano Valenti Guellio, Aurelianenſi Epiſcopo, Regiæ Maieſtatis Conſiliario, Iuriſconſultiſsimo, ac vtriuſque linguæ, Romanæ, Græcęq ue longè callentiſsimo, F. Mauricius Hylaretus, S. T. D. apud Aurelios Eccleſiaſtes ordinarius, in Deo ſalutari noſtro, Salutem exoptat precatúrque perpetuam.

POST ſacras Decadas quinque partitas, conciones vniuerſas, quæ ſacræ Quadrageſimæ diebus haberi ſolent, complectentes, in lucem, ad ſtudioſorum vtilitatem, emiſſas: (Antiſtes imprimis venerande) haſce Enneadas aduentuales

quadripartitas, omnes, per aduentum Domini, Homilias haberi ſolitas, itidem continentes, ad publicam omnium concionatorum commoditatem, prælo committere maturè, (ſicut fidem obſtrinxeram meam) curaui, Ioëlem, diuinum vtique vatem, tribus duntaxat capitulis comprehenſum, tribus ex æquo Enneadibus, hoc eſt, viginti ſeptem Homiliis, ſiue concionibus ad populum, interpretandum nobis ſelegimus: Quartam etiam Enneadem, ſeu nouem alias conciones, de præcipuis, tempore aduentus, feſtis occurrentibus ac incidentibus, adiicientes, vt nihil ſtudioſus verbi diuini declamator, quod ad Homilias aduentuales pertinet, ſingulis diebus accommodatas, deſiderare poßit, vel merito de nobis conqueri.

Nobis omnium prophetarum orationes inter ſe comparentibus, conſtat vnum Ioëlem eſſe, qui verborum orationiſque elegãtiam, myſteriorũ grauitatem, oraculorum & vaticiniorum impetus raptuſque omnes admirandos, Ενθουσιασμοὺς, *ſiue numinis afflationes, & inſpirationes diuinas vocant) vno in libello, ſumma breuitate, carminibus vt potè, aut, ſi mauis, verſibus, ſeptuaginta tribus, complexus eſſe, atque expreßiſſe videatur. Primum quidem Ioëlis caput verſibus viginti abſoluitur. Secundum carminibus triginta duobus conſtat. Tertium verò & poſtremum caput,*

verſus

verſus viginti vnum comprehendit: Quæ ſimul in vnum collecta, carmina ſeptuaginta tria conficiunt. Inſigniores autem locos communes, præclaráſque huius ſacri vatis ſententias quis enumerare ſufficiat? Is namque de regno Chriſti, eiuſque officio, atque æterni verbi incarnatione futura, ſub Doctoris iuſtitiæ repromiſſione, diſertè vaticinatur. De nomine Dei pia inuocatione, Spiritus ſancti effuſione, in die Pentecoſtes, eiuſque chariſmatibus ac donis, De ſacræ Triadis myſterio, De Gentium vocatione, De dignis pœnitentiæ fructibus, De perpetuitate Catholicæ Eccleſiæ, De ſucceſſione doctrinæ orthodoxæ, Déque antiquiſſima traditione Eccleſiaſtica, Quódque extra Eccleſiam non ſit ſalus, De bello ſacro, pro diuini nominis honore, & auita religione propugnanda, conſeruandáque, ſtrenuè gerendo ac ſuſcipiendo, De Templorum violatoribus & expilatoribus, De generali iudicio futuro, De ſupplicijs denique damnatorum, præmiíſque beatorum, diſertis verbis agit. Quos omnes ſacræ Theoſophiæ locos communes, ſiquis pro rei dignitate, & argumenti maieſtate expendere, tractare & exactè explicare velit, vix vllum dicendi finem aliquando inueniet, & vnde exordiri potiſſimum debeat, planè neſcius, hærebit ſtatim, vix vltra progredi valens.

Vt ſtat, & incert⁹, qua ſit ſibi neſcit eundū: *Ouidius lib 5. Faſtorum.*

Cùm videt ex omni parte viator iter,

Adeò illud verùm eſt.

-Copiáque ipſa nocet.

Idẽ li. 3. Metamorph.

Et iſtud eiuſdem Poëtæ,

-Inopem me copia fecit.

D.Greg. Naziãzenus, ὁ θεόλογος, orat. De pauperum amore.

Veluti & in prato quodã varijs floribus referto, florem omnium pulcherrimum fragrantiſsimumq; reperire, ac decerpere, non admodũ promptũ & facile eſt, ob pulchritudinis ac fragrãtiæ æqualitatẽ, alio nimirum aliàs olfactum & aſpectum ad ſe diſtrahente, atque ad primùm eũ decerpendum colligendumq; alliciente. Hoc illi quoq; vſuuenire certum eſt, qui tot argumentorum fœcunditate, locorũ copia, & ſententiarum grauitate abundauerit, quot Diuinus noſter vates, Ioël, ſuppeditare locupletiſsimè poterit, ſedulo ac ſagaci & induſtriò, rerum ſacrarum perſcrutatori. Eſt enim præfatus Propheta, veluti Ἀμάλθείας κέρας, *id eſt, quoddã copiæ cornu, affatim omnia, tanquam fons quidam vberrimus, ſubminiſtrans, quæ ad inſtruendum populum, pro concionibus Aduentualibus, prodeſſe ſubſeruireq; valeant, & adiumento eſſe poſsint: ac tãquàm meſsis multa, & beata pleno* Copia cornu apparet: *vt loquitur Horatius: Icẽiẽ antẽ cornu copiæ vocauerim, æquiore ſanè iure quã Phociõ quidã, referẽte A. Gellio, ex Peripatetica diſciplina, haud ſanè ignobilis vir, librum multæ, variæque hiſtoriæ refertum, quem ipſe cõpoſuerat, inſcripſit,*

Horati⁹ in carmine, ſeculari.

A Gelli⁹ lib.1 c.8. noct. Attic.

κέρας ἀμαλθείας: ea vox hoc fermè valet, tanquam ſi dicas, Cornu copiæ. Et Philoſtratus Dionem Sophiſtam appellat ἀμαλθείας κέρας, velut omni genere virtutum expolitum. Plautinus inſuper quidam ſeruus epiſtolam quandam Copię cornu vocat, quòd plurimùm ex ea commodorum capi poſſet. In quem ſenſum, aulus Gellius, oblatum ſibi à quodam familiari, in literarum cultu non ignobili, librum grandi volumine ſcribit, doctrinis omnigenis (vt ipſe dicebat) præſcatentē, Accipio, inquit ille, cupidus & libens tanquam ſi copiæ cornu nactus eſſem. Quod ſi Phocionis opera, & aliquot aliorum epiſtolæ, ac volumina, ſi poſtremò ſophiſta Dion, cornu copiæ appellari meruerunt, quid de Icêle noſtro, pro illius omnibus dicendum exiſtimas? Cæterùm quantulumcumque futurum ſit operæ meæ in eo explicando vate pretium, in hiſce Enneadibus noſtris Aduentualibus, quas eo nomine indigitare volui, quatenus Muſarum nouem, aut (quod Chriſtianè dicitur) vt triplicis Hierarchiæ cœleſtis, ac nouem chororum, ſiue ordinum Angelorum, exemplar referrent: ſicque nec temerè partiri placuit, ſex & triginta Homilias, per quatuor Enneadas: Antonij Sabellici Enneadas ſeptem, tres & ſexaginta libros complectentes, quibus à prima mundi origine, ad Romani imperij inclinationem, omnē ſacrarum profanarūq; rerum ſeriē complexus eſt, exemplo ac imitatione,

Philoſtatus. *Plautus Poeta.* *A Gelli li. 14. c. 6* *Sabellici Enneades.*

 nihil,

nihil, vt arbitror, pœnitenda) id totum, inquam, noſtris partum vigiliis, & à nobis elucubratum, dedicandum tibi, Vigilantiſsime Paſtor, & nuncupandum cenſui, ob egregias, plurimáſque animi dotes tuas, pietatem inſignem, facũdiam ſingularẽ, eruditionem haud vulgarem, rarámque linguæ Latinæ atque Græcæ peritiam, (vt præclara ingenij tui monumenta, quæ ad doctorum virorum manus peruenerunt, ſatis ſupérque teſtantur) incredibilẽ humanitatem, mirificam in rebus gerendis ſapientiã, ac ſolertiam, luſtris ſex peractis, in ampliſsimo Pariſiorum Senatu, ſeu Areopago: quo in celeberrimo iudicum conceſſu, Senatoriam dignitatem ita ſuſtinuiſti & excoluiſti, Conſiliarij, vt loquuntur, integerrimi, & incorrupti iudicis, aut Areopagitæ perſonam gerens, officióque functus, vt tantis rebus non impar viſus comprobatuſque fueris.

Cuius & ingenium, doctrinaq;, nomen, acumen,
Virgili. Præpetibus pennis celſa per aſtra volant.
Sẽper honos, nomenq; tuũ, laudesq; manebunt:

Athenæus lib. 1. Dipnoſophiſtarum. *Vt Virgilianis vtar vocibus. Athenæus Aegyptius Naucratites, qui optimi Imperatoris Marci temporibus floruit: Laurentium Romanum ciuem, fortunis ſplendidum, eruditiſsimos quouis diſciplinarum genere viros conuiuas ad ſe vocaſſe, illóſque excepiſſe ſuis in ædibus apparatu magnifico, commemorat. Eundem Aſteropæum quendam, illum vocat, ex æquo in vtraque lingua, patria nimirum*

ac

ac Græca, principem. Præterea legum ciuilium apprimè gnarum fuiſſe ſcribit: Quamobrem hæc Antiphanis verba illi conueniant. *Antiphanes poëta Græcus.*

Muſiſque litteríſque ſemper aſsidet,
Examinatur opus vbi ſapientiæ.

Athænei Græca referre placuit, in hunc modum ſcribentis: καλεῖ δὲ αὐτὸν καὶ Ἀστεροπαῖον τινα, ἐπίσης ἀμφοτέρων τῶν φωνῶν προϊστάμενον, Καὶ ἐπιστήμονα νόμων πολιτικῶν.
Δίσπερ ἐκεῖνα τῶν Ἀντιφάνους ἐρεῖτις εἰς αὐτόν,
Ἀεὶ δὲ πρὸς μούσαισι καὶ λόγοις πάρει.
Οὗ πᾶν τὸ σοφίας ἔργον ἐξετάζεται. *Sic ibi.*

Quod autem prædictus ſcriptor de Laurentio Romano, generoſo ac nobili viro, literis conſignauit. Hoc ego, iure omnium optimo, de obſeruando Patrono meo Germano Valente Guellio, Aureliorũ antiſtite, omnibus eximiis virtutibus cumulatiſsimo, aſſeuerare auſim. Quippe qui, vt Aſteropæus Homericus ambidexter eſt, in numerato habet ingenium, nec impingit vſpiam, nuſquámque hæret, vtriuſque linguæ Romanæ atque Græcæ iuxta & æqualiter antiſtes, ac inſuper vtriuſque iuris conſultiſsimus, &, vt miſceam ſacra profanis, inſtar Aod inclyti iudicis Iſrael, qui vtraque manu pro dextera vtebatur, *Moabitas iuratos populi Dei hoſtes inſuper profligauit, atque populum in libertatem aſſeruit. Sic & vigilantiſsimus hic noſter Epiſcopus Ambidextri nomen & rem conſequutus eſt, vt etiam ſequentia manifeſtiùs indi-* *Iudicum cap. 3.* *Libani ſophiſta Præfatione argumentorũ in Demoſthenem.*

ã 5 cabunt

cabunt. Libanius Rhetor, ſiue à monte Libano, ſiue à thure nomen habeat (Λίβανος *enim arbor thuris eſt, & Arabiæ mons) patria Antiochenus, ſophiſtes celeberrimus, quique temporibus Iuliani Imperatoris floruit, præfatione ſua, in omnium oratione Demoſthenis argumenta, ad proconſulem Montium, ſic eum alloquitur: (Græca eiuſdem referam, ad maiorem Emphaſim)* Ἐπειδὴ κράτιστε ἀνθύπατε Μόντιε, κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν Ἀστεροπαῖον περιδέξιος τὰ εἰς λόγους ὤν, πρωτεύεις μὲν ἐν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ· καὶ δὲ παρ' ἐκείνοις παιδείας ὁμολογουμένως τὸ πρεσβεῖον ἀνῄρησαι· ἀμελεῖς δ' οὐδὲ τῆς ἑλληνικῆς· ἅτε καὶ ἐν αὐτῇ, διὰ τὸ τῆς φύσεως μέγεθος, ὑπερέχειν δυνάμενος· *Quæ ſic H.er. Vvolfius Latina fecit.*

Vvolſ°. *Quum præſtantiſsime Proconſul Monti, vt Homericus ille Aſteropæus in eloquentiæ facultate ambidexter, & in Romanorum ſermone principatum teneas, eorúmque doctrinæ palmam extra controuerſiam ſis adeptus: & ne Græca quidem negligas, vt qui in his quoque, propter ingenij magnitudinem poſsis excellere: idcirco & tibi vitam Demoſthenis, & omnium orationum eius argumenta conſcribere curaui, ac tibi nuncupare. Vbi Libanius, inter Montij laudes, hoc vnum amplificat, Aſteropæi* περιδέξιε, *ſiue ambidextri, epitheton: Quod in te perbellè quadrare meritò dixerim. Equidem perſonarum vel præſtantia, vel vitium ſæpè occaſionem dedit prouerbiis. Sic paſsim Mecenatem, pro ſtudioſorum fautore, atque benefactore, Neronem pro tyranno, Irum pro mendico,*

& Pene

& Penelopem pro pudica, poſitum comperimus. Et. Aſteropæus, apud Homerum, pro eo, qui ingenij dexteritate valens ſit, cuique tam expeditus ſit læuæ, quàm dexteræ manus vſus, accipitur. Ita enim de eo diuinus cecinit Homerus, Homer. Iliados φ.

Ἥρως Ἀστεροπαῖος, ἐπεὶ περιδέξιος ἦεν, id eſt,

Heros Aſteropæus, qui ambidexter erat, vtraque manu vtens pro dextera. *Quo loco* περιδέξιον *vocat, quem cæteri* ἀμφιδέξιον, *(ambidextrum interpretari licet.) Qua de re Galenus ſummus in medicina auctor (Hippocratem tamen exceptum volunt artis medendi profeſſores, atque de Hippocrate & Galeno ita ſtatuunt, quomodo Afrum Domitium loqui ſcribit Quintilianus: cui interroganti, quem Homero crederet maximè accedere? Secundus (inquit ille) eſt Virgilius, propior tamẽ primo, quàm tertio. Ita ſiquis eos roget de Hippocrate, & Galeno, quid ſentiant, ſecundum fortaſſe Galenum dixerint, propiùs tamen ad primum Hippocratem illum, quam ad tertium quemuis (ſunt enim qui Auicennam illi ſubſtituant) accedere, liberè ingenuéque profiteri equidem auſint.) Is, inquàm, lib. 7. Aphoriſmorum Hippoc. Aph. 43.* περιδέξιον, *id eſt, circundextrũ Homerus Aſteropæum ambabus manibus ſimiliter vtentem nominat: ac ſi* ἀμφιδέξιον, *hoc eſt, vtrinque dextrum dixiſſet. Sic ille. Te etiam talem, in vinea Domini Zebaoth operarium, valentem opere ac ſermone,*

Galenus libr. 7. Aphoriſmorum Hippocratis, Aphori: 43. Quintilianus li. 20. c. 1.

mone, (vt cognomini tuo pulchrè reſpondeas) nobis certò pollicemur, ac ſperamus. Noſtram de te conceptam expectationem minimè falles, ſed quà polles vtriuſque linguæ peritiâ, vtriuſque etiam iuris ac humani prudentiâ multum vales, ambidextrum te exhibebis, ac Aſteropæum alterum factis ipſis referes quam proximè. Apud Poëtam, ſub Apum figura operariorum in vinea Domini virtus & prudentia laudatur, cùm dicitur.

Virgilius Georgicωn lib. 4

Quò magis exhauſtæ fuerint, hoc acriùs omnes
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas,
Complebúntque foros, & floribus horrea texent.

Hæc Virgilius. Cùm minuitur vulgus Apum, cogitant apes de ſufficienda prole, ne genus intereat. Mortuarum igitur apum, ruinas reparare ipſæ conantur, atque adeò complere foros, ſeu alueorum loca, & aluearia ipſa, quæ tanquam horrea habentur, texenda curant. Hoc Vigilantiſsime Paſtor, propoſitum volui, vt tua prudentia exactè perpendat quanta humeris tuis ſarcina ſit impoſita, quantáque incumbat tibi ſollicitudo, verè Epiſcopalis, vt indeſeſſè ac inſtanter ſuperintendas, inuigiléſque ſuper gregem tibi commiſſum, necnon titubantis Eccleſiæ ſtatum erigas, confirmes, ac ruinas eius farcias, concreditáſque tibi à Deo O. M. oues, à rapacium luporum incurſionibus vaſtari non ſinas palantes errantéſque, doctrina Catholica imprimis, ac integritate vitæ, verbo nimirum & exemplo ad

plo ad cauſas reducas, & Dominicum gregem ad æternæ vitæ paſcua fœliciter deducas. Quæ ſunt boni paſtoris munia, ac officia verè Epiſcopalia, paſcere, non depaſcere & abſumere: oues tondere, non deglubere, opus non opes deſiderare: prodeſſe non obeſſe: & onus ſuſceptum gnauiter ſuſtinere, potiuſquam honorem ſibi procurare, & auram venari popularem. In ſumma, Facere, & docere, *Christi boni paſtoris, atque animarum noſtrarum Epiſcopi exemplo.* Actorũ 1. c.

Verùm enimuero, vt lucubrationes haſce noſtras amplitudini dignitatique tuæ, cui ſum addictiſsimus, deditiſsimuſque, quippe qui in partem ſollicitudinis ad opitulandum Eccleſiæ Dei in miniſterio verbi, à tribus exactis luſtris ad hanc ciuitatem Aureliam, ab anteceſſoribus tuis euocatus, & aſſumptus, hactenus Eccleſiaſtis ordinarij officio ac munere quatenus mea fert valetudo, alternis vicibus, cum collega, & cooperatore noſtro, viro æquè pio ac docto, perfungor pro meo modulo. Eo inquam, nomine vt illas tibi conſecrarem, iuréque optimo eas tibi deberi ſatis ſupérque in confeſſo eſt. Iam verò, quibus decretum eſt ſtudiorum ſuorum memoriam, ingeniique ſui fœturam poſteritati relinquere, (colendiſsime Antiſtes) aliquem ſublimi dignitate conſpicuum, & auctoritate valentem, cuius patrocinio, tanquam clypeo Herculis, vt dici ſolet, præſidioque ſuffulti, opera ſua multis exâtlatis

latis laboribus,ad vmbilicum vſque perducta,à maleuolorum obtrectatione inuidorumque calumniis tuta fore confidant:deligunt, & aſciſcunt ſibi patronos. Atque vt qui ſub nube ſolem non ferunt, in mœniana vmbracula ſe recipiunt: ſic certè quidem cùm grauiſſimos æſtus inuidiæ reprehenſioniſque pertimeſcerent,in tui nominis præſidium me contuli: veritus non defuturos Ariſtarchos ſeueriores, aduerſus quos vix tutum ſatis inuenietur patrocinium. Decreui itaque contra Zoilos huiuſmodi patrones ac defenſores mihi conquirere fidiſſimos,ac tutiſſimos. Eos præſertim qui bonis imbuti literis, ac multiplici rerum cognitione inſtructi, minimè ignorant, quid diſtent æra lupinis

Horatius in Epiſt. *(quod ait Horatius) hoc eſt, probè norunt diſcrimen rerum vilium & pretioſarum, ac, iuxta Prophetam,* ſciunt reprobare malum, & eligere

Iſa.7.c. Ierem.15 bonum, *&, vt ex vtero Sanctus dixit vates:* Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris,dicit Dominus.*Quiſquis enim diſcrimen recti prauíque, quid album, quid nigrum optimè nouerit,is* emunctæ naris *meritò cenſebitur(vt Horatius loquitur) ab illis,quibus,vt idem dixit,*nullus naſus eſt,*longè latèque diſsitus. Hoc eſſe verum, ſi in alio vnquam perſpectum eſt Præſule, (vt ſanè quamplurimi olim doctiſſimi claruerint Epiſcopi) in te vno ſagaci viro nequaquam naris obeſæ mucó ve oppletæ, apparet quam maximè, ac ſolerter*

lerter dignoſcitur. In quo Deus O.M.tot támque egregias animi dotes (quemadmodum acris ingenij tui monumenta, ære profectò diuturniora, vt auguror, palàm teſtantur) & eximias virtutes, quibus excellis, quæque ad te ſtudioſos, ſicut magnes ferrum, non alliciunt, ſed pertrahunt, collocatas voluit, vt inter alios & coæuos Eccleſiæ ſuæ ſanctæ Antiſtites, veluti fulgens quoddam iubar niteas: ac iure optimo hoc Apoſtoli teſtimonium in te quadrare comprobetur, (Philipp. 4.) Etiam rogo & te Germane compar, adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in Euangelio, cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ. *Sic ter maximus ille Paulus Germanum ſuum affatur. Probabile ſiquidem eſt (Oecumenio huius loci interprete (quòd Germanus proprium ſit nomen cuiuſdam approbati viri, cui etiam Euodiam & Syntichen (quæ vxores erant virorum admodum proborum, & ipſæ in fide Chriſti Catholica ſtabiles ac firmæ) officioſè commendabat, vt adiuuaret illas, id eſt, cooperaretur ad ea quæ ſecundum Deum ſunt. Quæ, inquit, mecum laborauerunt, ſiue, decertarunt mecum in Euangelio, hoc eſt, ipſæ quoque vnà pericula tolerarunt. Quo ex loco, ait idem Oecumenius: Suſpicati ſunt nonnulli, quòd Paulus vxorem haberet, & ad eam ſcriberet.*

Philip. 4.

Oecumenius Græcus in Paulum.

Philip. 4.

(Quia

(*Quia videlicet, hæ dictiones σύζυγε γνήσιε poſſunt etiam eſſe fœmininæ.* (*Intellige autem in nominandi caſu, ſic: σύζυγος ὁ καὶ ἡ, ſeu communis generis, ſimiliter γνήσιος ὁ καὶ ἡ, Sed γυνὴ γνησία, id eſt, vxor legitima, à Xenophonte dicitur. Proſequitur deinde Oecumenius. Verùm fatua eſt huiuſmodi cogitatio. Qui enim fieri poterat, vt ipſam & peregrinam & alienigenam Philippis reliquiſſet, & non in Tarſo, vbi natus erat, neque Ieroſolymis vbi fuerat enutritus? Sed dicemus quòd hic, aut maritus erat vnus ex duabus quarum modò facta eſt mentio, aut quòd proprium ſit nomen cuiuſdam approbati viri, cui etiam prædictas commendat mulieres. Hæc valdè concinnè præfatus Oecumenius. Adde quòd σύζυγος ſocium ſignificet. Nec vſquam Paulus vxoris meminiſſe legatur, & D. Hieronymus errare eos aſſeueret, qui Paulum vxorem habuiſſe confingunt. Accedit etiam Theophylacti interpretamentum dilucidiſsimum, ad hunc modum: Nonnulli hic in errorem inducti, aiunt Paulum hoc loci propriam ſuam coniugem precari. Verùm enimverò hoc eſſe haudquaquam poteſt. Vt enim alia prætermittam, ſi ſuam vxorem intelligere voluiſſet, debuiſſet dicere genere fœminino γνησία σύζυγε, id eſt, Germana coniunx. Commendat autem viro cuipiam admirando, mulieres prædictas, apud Philippenſes commorantes, qui aut frater fuit alterius ipſarum, aut maritus*

Xenophon.

ritus etiam: Comparem ideò dixit germanum, perinde quaſi dicat: Iam tandem frater es germanus, nunc genuinus vir, ſi in opere Domini idem iugum trahas, adiuuans illas, quæ non exiguam partem contulerunt auxilij miniſteriique ſui, mecúmque laborauerunt in Euangelio, quarum etiam nomina ſunt in libro vitæ. Animaduerte quantum virtutis illis fœminis D. Paulus attribuat, quòd nomina earum cum reliquis inſcripta ſint libro vitæ, ob fidem earum, quemadmodum, qui non credit, iudicatus eſt, atque fortè etiam libro mortis inſertus eſt. Hactenus Theophylactus. *Nec vero ſimile eſt, vt Græci dicunt, vxorem Pauli (ſi habuiſſet) Philippis in peregrina patria habitaſſe. Sic enim Græci, referente doctiſſimo Gagnæio, ea de re diſſerunt.* σύζυγε γνήσιε, ἐκ τούτου τινὲς ὑπενόησαν γυναῖκα ἔχειν τὸν Παῦλον, καὶ αὐτῇ γράφειν, ἀλλὰ μωρὸν τὸ τοιοῦτον. *Ideſt, Ex hoc loco quidam ſuſpicantur Paulum vxorem habere, & illi ſcribere, ſed ridiculum & ſtultum eſt iſtud. Sic ille. Quæ paulò fuſius &* κατ᾽ παρέκβασιν *excurrendo, eo conſilio protulimus, vt ad nomen proprium Reuerendæ D.T. fieret, ex editione vulgata ab Eccleſia comprobata, (Rogo & te Germane compar) pulcherrima alluſio, & analogia non inelegans, Germanus valens, eſt nomen tuum. Vales plurimum vtriuſque linguæ, vtriuſque etiam iuris peritiâ,* potens exhortari in doctrina ſana, & eos qui Gagnæi⁹ in Paulũ.

ad Titũ cap. 1. contradicunt arguere, *ac reuincere, (prout Titum ſuum, Cretenſem Epiſcopum, piè admodum informat, mirificus ac mirabilis ille Paulus, iuxta nomen ſuum) inſuper ad Epiſcopatus ſacrum ordinem, ſiue gradum euocatus & aſſumptus es. Itaque rogo & te, Germane, ac per Deum & ſacra omnia obteſtor atque obſecro, comparem tę Apoſtolicis viris, aut certè ſupparem generosè te exhibe. Adiuua(namque vales) operarios in vinea Domini, & tu ſimiliter vineam Domini Zebaoth indefeſſo labore excole, paſtina repurga, fer opem his, qui in Euangelio gnauiter & ſtrenuè laborant. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt, dicebat magnus Chriſti πρόδρομος ſiue antecurſor Ioannes Baptiſta: Et tu, tanquam ſponſus Aurelianenſis Diœceſeos, tui natalis ſoli ac clariſſimæ patriæ tuæ, κ̀ σύζυγος γνήσιος, Germanus compar, & vir legitimus huiuſce Eccleſiæ, paſtorali tuæ curæ à Domino commiſſæ ac demandatæ, curam gere ſtrenuam. Accepiſti eam in tuam, nutri proinde & foue eam, ſicut vir ſponſam ſuam. Valeas opere & ſermone, ac diligentem naua operam, & tibi iniun-* *ćto perfungere officio, cooperare ad ea quæ ſecundum Deum ſunt. Adiuua decertantes tecum in Euangelio. Quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.* Labora ſicut bonus miles Chriſti IESV.

2.Timot. 2.cap. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit. Non coronatur,

coronatur, niſi qui legitimè certauerit, *ait Diuinus Paulus: ἀνδρίζου, viriliter, fortiter, ac violenter age, macte virtute. Sic itur ad áſtra. Reduc ſæpe in mentem Prouerbium illud: τὴν ἔλαχες σπάρταν, ταύτην κόσμει. hoc eſt (vt ipſe longè melius noſti (quam nactus es Spartam, hanc orna, ſiue quod eſt ἐμφατικότερον, hanc adminiſtra, rege, ac moderare. Quam ſortitus es prouinciã, & Diœceſim hanc ſedulò guberna & dirige. Quam ſuſcepiſti perſonam cum decoro tuere. Quam tibi obtigiſſe, non dico Spartam, ſed verè auream Aureliam, Lacedæmonum vrbe nequaquam imparem, vel inferiorem, gratulantur optimi conciues tui, (congratulor & ego tibi Reuerende in Chriſto pater, ac paſtor vigilantiſſime) hancce guberna, illam nunquam deſere. Dic, & ingenuè profitere: Σπάρτην ἔλαχον, ταύτην κοσμήσω.*

Aſſere te dignis præſtantem viribus vrbem,
  Splendorem patriæ, præſidiúmque tuæ:
Quæ reliquas tantùm cultu ſupereminet omnes,
  Merce, ſolo, Cereris, diuitiíſque meri:
Nocturnos quantùm vaga Cinthia deprimit ignes,
  Quantùm tu reliquos ingenio, ſtudio(*ſub.*) *viros.*
Rura ſuas capiunt vix tempore meſsis ariſtas.

Fertilis omnigena prole tumeſcit ager,
Deficiunt rarò Cærealia munera turbam.
Hìc velut in cornu diuite cuncta fluunt.
Nihil igitur præter fragrantia vina bibuntur
Et breuiter cunctis rebus abundat ager.

Hanc proinde verè auream Aureliam, Epiſcopalem ſedem, cùm nactus ſis. Age Epiſcopum. Dominicas oues paſce. Gregem Domini ab hoſtili incurſione defende. Paruulis petentibus panem, frange liberaliter. Famelicis pabulum animi (quod eſt verbum Dei) diſtribue. Sicque miniſterium tuum imple. Denique pro Epiſcopali authoritate, omnes ac ſingulos ſui officij commone. At vereor, ne vetere prouerbio, Sus Mineruam docere videatur. Quinimo à te & Theologo, & Antiſtite, & ſacrorum promocondo, ac literarum Græcarum pariter & Latinarum perito, tantùm abeſt, vt aliquid addiſcere erubeſcam, vt vel maximè cupiam, & magnæ mihi laudi ducam. Reliquum eſt (Vir ampliſſime ac clariſſime) vt finem dicẽdi aliquando faciam, nec te diutius in lectione huius detineam epiſtolæ: Quandoquidẽ vt Poëtæ verbis vtar:

Cùm tot ſuſtineas, & tanta negotia ſolus,
Ac natale ſolum præclaris moribus ornes,
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tẽpora GVELLI.

Liceat enim mihi ijſdem apud te verſibus vti, quibus

quibus apud ſuum Auguſtum Horatius Flaccus Epiſtolarum, libro 2. ipſo ſtatim exordio; vſus deprehenditur. Liceat etiam mihi ſub tui clariſsimi nominis ſplendore, gratiam aliquam authoritatémque his meis aduentualibus Enneadibus quadripartitis conciliare? noſtrumque Ioëlem vt percurrere ac perlegere digneris, ſupplex obſecro. Atque etiam pro ſingulari tua ſapientia, humanitatéque, animi mei potius deſiderium, ſummumque Reuerendæ Paternitati tuæ obſequendi, ſtudium, quàm voluminis magnitudinem, ſpectes, Artoxerxis Perſarum regis inſtar, eo nomine (ſanè) plurimùm commendati, quòd non tam domini, quàm donantis animum exoſcularetur? Plutarcho teſte, ipſo ſtatim ſuorum Apophtegmatum exordio.) Potius, inquam, Ioëlis Prophetæ tribus capitibus comprehenſi, ſacríque euangelici contextus, aliqua ex parte hîc tractati maieſtatem, quàm Commentariorum noſtrorum in huiuſcemodi ſcripta, congeſtam veriùs quàm digeſtam farraginem & rhapſodiam, affectumque potiùs quàm confectum opus attendas velim. Non me clam eſt, quàm ſit hoc pluſquàm leuidenſe munuſculum, impar magnitudini tuæ, verùm fore confido, te noſtrum laborem & approbaturum, & fronte exporrecta, hilaríque vultu Hilareti tui præſens opuſculum, meæ erga te beneuolentiæ certiſsimum quoddam Mnemoſynon, necnon ingenij mei, (quod ſentio quàm

Horatius lib. 2. Epiſt.

Plutarchus initio Apophtegmatum.

ſit exiguum, qualemcunque ac penè abortiuum fœ-
Plinius *tum,meæ erga reuerentiam tuam obſeruantiæ te-*
li.35.cap. *ſtem,accepturum,gratumq́ue habiturum. Vnde ne*
10.& *plura dicam, vt Timanthes Agamemnonis dolo-*
Quinti- *rem,ſic ego amorem & obſeruantiam erga te meã*
lianus li. *æſtimãdam relinquo. Vale (Antiſtes omnibus exi-*
2.c.14. *miis virtutibus cumulatiſsime.) Neque enim plu-*
Itẽ Vale- *ra de tuis laudibus adijciam,quod verear ne perſo-*
rius libr. *næ tuæ gloriam, cùm amplificare velim, minuam.*
8.c.11. *Deum Optimum Maximum ſummis deprecor vo-*
tis,vt te patriæ,cathedræ huic Aurelianenſi, no-
bisq́; diu incolumẽ ſeruet. Tu Chriſte,qui cũcta ſcis
& vales,Valentem tuum ſoſpita. Vale iterum,Va-
lens doctiſsime,Patrone mihi imprimis obſeruande.
Genabo,ſiue Aurelianis auguſtiſsimi Euchariſtiæ
ſacramẽti feriis, Anno Domini 1587.

Amplitudini dignitatíque tuæ deditiſsimus cliens, plebi tuæ Aurelianæ à cõcionibus,F.M. Hylaretus Franciſcani ſodalitij, Theologus, patriâ Engoliſmenſis.

STE

STEPHANI PASCHASII I.c.ac Pariſienſ. Senatus Patroni; ad noſtrum Germanum Valentem tunc Pimpontium Abbatem, Senatorémque Pariſienſem, Epigramma, quod lib. 1. Epigram. ſuorum, extat, 29. ſubiicere libuit.

VAlens nomine, re valens & vſu,
Valens conſilio, æquitate, iure,
Valens iudicio, eruditione,
Valens eloquio, valens Poëſi.
Et qui præ reliquis mihi valens eſt,
Si quicquam liceat boni precari,
Amico veteri ſuo bonóque,
Longæuos valeat valens in annos.
Si quicquam liceat boni ominari,
Amici veteris boníque ſcriptis:
Hoc (mi credite) quicquid exarabit
Valens, perpetuò valebit æuo.

Sic elegans ac argutus Paſchaſius, abhinc duobus circiter annis dulciter cecinit.

IN ÆIVSDEM ANTISTITIS laudem Carmen, De eius in Epiſcopatum Aurel. aſſumptione ac inauguratione.

***

VT cùm cæruleum ventis & fluctibus æquor
Æſtuat & nauim ſæua procella quatit:
Eſt ſolertis opus nautæ, qui carbaſa ſcitè
Torqueat, & nauim flectat, & arte regat.
Haud ſecus, æthereas cùm ſe proferret in auras
Eumenidum, ſtygio, turba ſoluta lacis:
Et cùm ſchiſmaticis ſtipata phalangibus, vnam
Incuteret Petri, mergere nixa ratem.
Præcipuúmque ſibi noſtris ſtatuiſſet in oris
Imperium, priſcis legibus arma mouens.
Tùm pius è celſo ſeruator IESVS, *olympo*
Proſpiciens chari proxima damna gregis.
Nunc tandem ſacri te ſeligit ordine cœtus,
Quem ſibi ſubſtituat, præficiátque ſuis.
Vt vigil incumbas pereunti paſtor ouili,
Propulſéſque trucis vim, rabiémque feræ.
At tibi præſertim diuino Aurelia nutu
Eſt data, præceptis inſtituenda tuis.
Macte tuis ergo virtutibus, inclyte Paſtor,
Quod facis, hoc alacri pectore ſemper age.
Perge, nec aſſiduo depreſſa labore fatiſcat
Mens tua nec ſanctum feſſa relinquat opus.
Vt, breuis exacta vitæ ſtatione, ſupremus
Téque ſuúmque gregem paſtor ad aſtra vehit.

IN-

IN LAVDEM AVCTORIS,

F. MAVRICII HILARETTI, Eccleſiaſtæ Aurelianenſis,

Anagrammatiſmus.

MAVRICIVS HILARETTVS

LAVS CHRISTVM TVERI; *ἀλ.* i. vtinam! (ſub.) mihi contingat.

EPIGRAMMA.

Laudibus eximiis meritò eſt tollendus ad aſtra,
Qui populum ſemper, docte HILARETTE, *monet.*
CHRISTO *pangendas laudes, illúmque tuendum,*
Huius tu laudis nomen & omen habes.
Nam mihi mutatus patefecit nominis ordo,
Complexu inuoluens dogmata ſacra ſuo.
Maxima quod CHRISTVM *eſt, opere ac ſermone,* TVERI
LAVS: *ἀλ. ſic ſemper viue, beatus eris.*

DANIEL CHARTERIVS, Regius in Aurelianenſi curia Conſiliarius.

IN LAVDEM FACVNDISSIMI ECCLESIASTAE, MAVRICII HYLLAreti, Franciſcani Engoliſmenſis.

Anagrammatiſmus.

MAVRICIVS HYLLARETVS.

VIR CLARVS SE HVMILIAT.

CVM tibi præſertim diuino Aurelia nutu,
Sit data, præceptis inſtituenda tuis:
Hanc bonus antiqua (quintus iam clauditur annus
Poſt duo luſtra) patrum relligione foues.
Hinc procul errores, horrendáque monſtra ſuperbæ
Hæreſis, æterni numinis vltor, agis.
Tartareóſque caues: irrumpere ſancta Syonis
Mœnia tentantes, altus ab arce fugas.
Siſtis & inſtabiles, nutantes ſulcis, eandem
In caulam profugas vndique cogis oues.
Dulcia nunc præbes animis ſolatia mæſtis,
Et lapſis, veniæ, ſpémque fidémque facis.

Cor

Cordáque quæ terræ ſtudiis addicta iacebant,
Ad cœleſte rapis ſidereúmque iubar.
Nunc facis obſcœni conuitia moribus æui:
Inque nephanda, graui, crimina, voce tonas.
Sæpius incalcas rigidi ſublime tribunal
Iudicis, impuris triſte, ſuaue piis.
Omnibus è viuo ſcripturæ fonte, propinas
Nectareos hauſtus, Ambroſiáſque dapes.
Aſt ea quæ lepido facundius ore profundis,
In lucem nitidis exere preſſa typis.
Quo magis ampla tuis, totum diffuſa per orbem,
Prodeat è ſtudiis, vberiórque ſeges.
Vale.

IN

IN EIVSDEM AVTHO-ris laudem̃ Ioannis Moynetij Aurel. Iuris vtriuſquẽ Licent. Epigrãmma.

IAm ſemel euaſit, cœlique ardentis in auras
Se extulit, & muſas vidit in arce liber.
Euterpe, calamos leuibus quæ flatibus inflat,
Legit & obliquo iuſſit in orbe legi.
Et dixit, noſter, quamuis non vita ſuperſit,
Solus erit ſcriptis qui mouet aſtra ſuis.
Sic iam muſa tuos eſt admirata libellos,
Phœbus Apollinea clarus in arte legit.
Ille iubet ſcribas, muſiſque volumen honoris,
Atque aliud, calamus præparet alter, opus.
Iuſſit, & hoc cœptum eſt pro relligione tuenda,
Quo vigeat feruens relligionis amor.
Voce tua ſcriptiſque tuis vrbs noſtra, diſertis
Ornatur, multò clarior illa manet.
Gaudet, & ora tuas in laudes quiſque reſoluit;
Illæ perpetuæ, carmine dixit, erunt.

FRAT.

FRAT. IOAN. PICARDI MINORITAE AVRELIANENSIS, in eiuſdem Authoris encomium, ἑξάστιχον.

MIrantur docti, quos mittis ab vrbe libellos,
Et ſcriptis gaudent nunc Hylarete tuis.
Doctrinæ ingeniíq; latet vis magna ſub illis,
Hinc (ſic crede mihi) doctus vbique manes.
Et pius & doctus, famâ ſuper æthera notus
Atque tuum nomen ſemper in ore virûm.

F. I. P. Aurel. Lector.

IN SACRAS ENNEADES D. M. HYLARETI.

INclyta quem ducit virtus ad ſanctâ gerenda,
Cogitat ipſe aliud nil niſi ſanctiſonum.
Quæ te igitur teneris virtus decorauit ab annis,
Sanctiſonum efferres nonnihil admonuit.
Hoc tandem præſtas, nulli parcendo labori,
In lucem mittens hoc opus egregium.
Nec contentus adhuc Decadas ſcripſiſſe operoſas,
Amplius has ſacras adÿcis Enneadas.
Quo patet in Chriſti, quanta pietate ferare,
(Diuini verbi Præco ſacratæ) gregem.
Sed ſacra, te cœlo ſtellanti muſa beabit,
Doctos quæ laudat, non patitúrque mori.
Ac te ſemper honos, decus eximiúmque manebit,
Poſteritas nomen, nec tacitura tuum.

Innocentius Iolinus Aurelianenſis,
I. V. Prolyta.

PROPHETIA IOEL. CAP. I.

Homilia prima.

ENNEAS PRIMA.

TRIA imprimis dicenda occurrunt. 1. Quid ſit Prophetia, & quotuplex. 2. Quæ ſunt officia Prophetarum. 3. Quis fuerit Ioël, librique ipſius quæ ſit ſumma, & quàm benè ad præſens faciat negotium, ac inſtitutum noſtrum, pro concionibus. Quæ tria, vt quædam προλεγόμενα, non abs re premittenda putauimus; vt non imparati ad textum Propheticum aggrediamur.

Prophetiam definit Caſſiodorus prologo in Pſalmos, cap. 1. his verbis: Eſt inſpiratio diuina: quæ euentus rerũ, aut per facta, aut per dicta quorundã, immobili veritate denũciat. Vel finitore Alexãdro De ales, doctore irrefragabili noſtri inſtituti parte 3. ſummæ Theolog. q. 67. membro 3. atque in idem recidit: Prophetia eſt diuina reuelatio, rerũ euentus immobili veritate denuncians, ſic ille: ad cuius explicationem, pauca intermiſcebo. Inſpirationem valdè appoſitè appellat, eámque diuinam, dicente Apoſtolorum Coriphæo, 2. Pet. 1. *Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.* Eſt itaque prophetia inſpiratio diuina. In prophetia etenim, requiritur quod intentio mentis eleuetur ad percipienda diuina: Hæc verò eleuatio intentionis, fit Spiritu ſancto mouente: ſic igitur ad prophetiam requiritur inſpiratio diuina, quan-

Caſſiodorus ca. 1. Prolog. in Pſal.

De ales 3. part. q. 67. membro 3.

2. Pet. 1.

Iob 32. tum ad mentis eleuationem, ſecundum illud Iob 32. *Inſpiratio omnipotentis dat intelligētiam.* Hinc Michæas propheta
3. Reg. 22 domini, *Viuit dominus, ait: 3. Reg. 22. quia quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar.* Quod autem per facta, aut per quorundam dicta, rerum euentus prænunciari ac pronun-
Caſſiodorus vbi ſuprà. ciari ponit, ſic idem Caſſiodorus latius proſequitur: his verbis: Multis modis gratiæ iſtius munera præſtabantur. Acta eſt enim per operationes hominum: vt fuit Arca Noë, & ſacrificium Abrahæ, & tranſitus maris rubri: Per natiuitates quoque geminorum Eſau & Iacob, qui futurarum rerum ſacramenta geſtabant: Per Angelos, ſicut locuti ſunt Abrahæ, vel Loth, Zachariæ, & Mariæ. Per viſiones ſicut Eſaïæ & Ezechieli, & cæteris ſanctis: Per ſomnia, ſicut Salamoni, & Danieli: Per nubem & vocem de cœlo, ſicut Moyſi. Conſtat igitur vel per operationes hominum, vel per natiuitates geminorũ, vel per Angelos, vel per viſiones vel per ſomnium, vel denique per nubem & vocem de cœlo, per facta, inquam, aut per dicta quorundam, prophetiam fuiſſe cõpletam. Prophetæ ſiquidem non ſolùm verbis, ſed etiam rebus ipſis quandoque prophetabant, vt ſatis in Decadibus noſtris ſacris, Dominica
Tertull. de Reſur. car. circa quaſi media. in Ramis palmarum prolatis exemplis probauimus. Tertullianus libro de Reſurrectione carnis, declinãdo ad medium: Scimus, inquit, ſicut vocibus, ita & rebus prophetarum: tã dictis, quàm factis prædicatur Reſurrectio. Sic ibi additur poſtremò, immobili veritate per prophetiam res implendas denunciari: quod certitudinem ipſius prophetiæ ſatis comprobat. Eſt enim verbum propheticum cer-
Deut. 18. tiſſimè complendum. *Deut. 18. Si tacita cogitatione reſponderis, Quomodò poſſum intelligere verbum quod Dominus non eſt locutus? Hoc habebis ſignũ quod in nomine Dominĩ propheta ille prædixerit, & non euenerit: Hoc Dominus nõ eſt locutus, ſed per timorẽ animi ſui propheta confinxit, & idcirco non timebis eum.*
1. Reg. 3. *& 1. Reg. 3. Creuit Samuel, & dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit vniuerſus*
3. Reg. 8. *Iſraël, quòd fidelis Samuel propheta eſſet domini. & 3. Reg. 8. Benedictus dominus, iuxta omnia quæ locutus eſt: Non cecidit ne vnus quidem ſermo, ex omnibus bonis, quæ locutus eſt per Moy-*
Hier. 28. *ſem ſeruum ſuum.* Item *Hierem. 28. Dixit Hieremias propheta ad Hananiam prophetam, (falſum, intellige.) Prophetæ qui fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetauerunt ſuper terras multas, Propheta, inquam, qui vaticinatus eſt, cùm venerit*

verbum

verbum eius, ſcietur propheta quem miſit dominus in veritate. Et dixit Hieremias ad Hananiam prophetam: Audi Hanania, nõ miſit te dominus, & tu confidere feciſti populũ iſtum in mendacio, idcirco hæc dicit dominus: Ecce hoc anno morieris, aduerſus enim dominum locutus es. Et mortuus eſt Hananias propheta in anno illo menſe ſeptimo. Ex quibus patet, res certò ac immobiliter, prout prophetatæ fuerint euenire. Quod ſi obieceris: Prophetiam eſſe de futuris contingentibus, ſed futura contingentia poſſunt non euenire, alioquin ex neceſſitate contingerent, ergo prophetiæ poteſt ſubeſſe falſum. Reſpondeo, prophetiã ſua immobili veritate futurorum contingentiam non excludere, verùm quod ex diuina reuelatione prædictum fuit, neceſſe eſt, in ſenſu compoſitionis, quatenus prophetatum, vt certò eueniat. Si rurſus inſtes Iſaiam propheticè prænũciaſſe Ezechiæ, vt diſponeret domui ſuæ, quia moreretur propediem, nec diutius victurus eſſet, & tamẽ additi ſunt vitæ eius poſtea quindecim anni, vt habetur *4. Reg. 20. & Iſai. 38. humiliter Ierem. 18. Dominus dicit: Si pœnitẽtiam egerit gens illa à malo ſuo, agam & ego pœnitẽtiã ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei.* Et hoc apparet per exemplũ Niniuitarũ, de quibus *Ionæ 3. Miſertus eſt Deus ſuper malitia, quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.* Ergo propheticè dictum non immobiliter euenit. Reſpondeo, duobus modis exponi poſſe prophetiæ nomen: Semel de prophetia abſoluta præſciẽtiæ ſiue prædeſtinationis, in qua Deus reuelat, ſicut res ipſas præſentialiter intuetur, & talis ſemper impletur, & ſic infallibiliter eueniunt, vt cùm dictũ fuit *Iſai. 7. Ecce virgo concipiet, &c.* Alio modo de prophetia cõminationis, quando ſcilicet, ad hominum emendationem ac correctionem intentantur à Deo minæ, quæ ex peccatorum conuerſione vitari poſſunt, & tunc quãdoque aliter euenit, quàm verba prophetæ denũcient. Dicente D. Ambroſio in primùm caput Lucę: Nouit Deus mutare ſententiam, ſi noueris emendare delictum. Nec tamen propter hoc prophetiæ ſubeſt falſum: Quia ſenſus prophetiæ eſt, quòd inferiorum ſiue naturalium cauſarum diſpoſitio hoc habet, vt talis effectus eueniat. Et ſecundum hoc intelligitur illud ſuprà citatum: Diſpone domui tuæ, quia morieris & non viues. Hæc indiſpoſitio corporis tui, ad mortem ordinatur: & ſecuta fuiſſet, niſi Deus propter pœnitentiam eius impediuiſſet, vnde additi ſunt vitæ eius 15. anni. Sic etiam intelligitur illud Ionæ, adhuc 40. dies, &

4. Reg. 20. Iſai. 38. Hier. 18. Iona 3.

Iſai. 7.

D. Ambroſius in 1. ca. Lucæ.

Niniue ſubuertetur. Senſus enim eſt: Demerita Niniuitarum exigũt, vt Niniue ſubuertatur. Sic pariter intelligendæ ſunt omnes prophetiæ de futuro, in quibus fit mentio de aliquo malo venturo, ſcilicet & non agamus pœnitentiam ſicut Niniuitæ. Ex mutatione ſiquidẽ noſtra reuocatur atque ſuſpenditur comminatoria Dei ſentẽtia. Sicque mutat ſententiam Deus ex parte noſtri, quamuis non mutet conſilium. Pendétque mutatio ex parte noſtra, nullatenus autem ex parte Dei. Et fortè mortem quam natura vitaliúmque defectus intentabant, quia ille per pœnitẽtiam mortuus eſt in culpa: vlterior comminantis Dei abſorbuit miſericordia, & pœna quæ debebatur Achab regi impiiſſimo, quia pœnitentiã egit, differtur in poſteros: At Iezabel vxor illius in ſcelere perſeuerans, præſenti iudicio cõdemnatur. Vna eadémque fuit ſententia: quæ ſanguinẽ Achab & Iezabel canibus exponebat, in lib. tertio regum, & tamẽ pro parte mutatur, & pro parte manet immobilis, auctore temporum ſic omnia diſponẽte. Sic & Niniuitæ à præſenti excidio liberati, domini flexere ſentẽtiam ex edicto regis & principum agentes pœnitentiam ad prædicationem Ionæ. Hæc Ioannes Saliſberienſis, Carnotenſis olim Epiſcopus beati Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi quondam diſcipulus, Policratici lib. 2. ca. 25. Nouit Deus mutare ſententiam: ſi tu beneficio eius malitiam finias. Vnde & Nabuchodonoſor, conſilio Danielis peccata eleemoſynis redimens, ſententiam domini imminentem ad tempus effugit: donec in aula Babylonis gloriãdo diceret. Nónne hæc eſt Babylon magna, quam ego condidi in gloria nominis mei? Sic ergo elationis voce in ſeipſum iam fugiẽtem Dei ſententiam reuocauit: Sic etiam ille vbi ſuprà. Hæc autem ad definitionis propoſitæ elucidationem ſufficient. Sciendum eſt præterea, vt ait Caſſiodor⁹ vbi ſuprà, quòd omnis prophetia, aut de præterito, aut de præſenti, aut de futuro tempore loquatur, aut agat aliquid. Atque vt Gregorius Magnus initio Ezechielis ſcribit Homil. 1. Prophetię tempora tria ſunt: ſcilicet præteritum, pręſens, & futurum. Sed ſciendum eſt (proſequitur ibidem) quod in duobus temporibus prophetia etymologiã perdit. Quæ cùm ideò prophetia dicta ſit, quod futura prædicat, quãdo de præterito vel præſenti loquitur, rationem ſui nominis amittit: quoniam non prodit quod venturum eſt, ſed vel ea memorat quæ tranſacta ſunt, vel ea quæ ſunt. Quæ ex ſacræ ſcripturæ

Ioannes Saliſberienſis Policratici lib. 2.

Caſſiodorus prolog. in Pſal. c. 1.

D. Gregorius homil. 1. in Ezechielẽ initio.

turæ teſtimoniis oſtendamus, Prophetia de futuro eſt: *Ecce virgo concipiet, Iſai. 7.* adiicio & illud, *Iſai. 3. Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, &c.* Prophetia de præterito: *In principio creauit Deus cœlum & terram. Gen. 1.* De illo enim tempore dixit homo, quo non erat homo. Addo & illud, *Iſai. 14.* vbi de caſu primi Angeli dicitur: haud dubiè prophetìcè. *Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris?* Sic de illo tempore dixit homo antequam conditus eſſet homo. Similiter Elizabeth, *Luc. 1. Beata quæ credidiſti, &c.* Ergo non ſolùm prophetia eſt futurorum, ſed etiam præteritorum, quæ dominus inſpirauerit. Prophetia de præſenti eſt, quando Paulus Apoſtolus dicit: *Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, cõuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnib⁹: Occulta enim cordis eius manifeſta fiunt, & ita cadẽs in facie adorabit Dominũ pronuntians, quòd verè Deus in vobis ſit. 1. Cor. 14.* Cùm igitur dicitur: *Occulta cordis eius manifeſta fiunt:* profectò monſtratur quia per hunc modũ prophetiæ ſpiritus nõ prædicit quod futurũ eſt: ſed oſtẽdit quod eſt. Quo autẽ pacto prophetiæ dicatur ſpirit⁹, qui nihil futurũ indicat, ſed præſens narrat? Qua in re animaduertẽdum eſt, ꝙ rectè prophetia dicitur, non quia prædicit ventura, ſed quia prodit occulta. Rem quippe quamlibet ſicut ab oculis noſtris in futuro ſubtrahunt tempora, ita ab oculis noſtris in præſenti ſubtrahit cauſa. Ventura enim res occultatur in futuro tempore, præſens autem cogitatio abſconditur in latenti corde. Eſt etiam prophetia præſens, cùm res quælibet non per animum ſed per abſentem locum tegitur, quæ tamen per ſpiritum denudatur. Et ibi fit præſens prophetantis animus, vbi per præſentiam non eſt corpus. Nam Giezi, 4. *Reg. 5.* longè à propheta receſſerat, cùm Naamam Syri munera percipiebat, cui tamen idẽ propheta dicit: *Nonne cor meum in præſenti erat, quando reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tibi?* Hucuſque D. Gregorius. Ex Gloſſa item ordinaria quam citat D. Thomas in Matth. 1. cap. Prophetia alia eſt ex prædeſtinatione Dei, quam neceſſarium eſt euenire omnibus modis, vt ſine noſtro impleatur arbitrio, vt illa *Iſai. 7. Ecce,* ad demonſtrandam certitudinem prophetiæ, *virgo concipiet &c.* Alia eſt ex præſcientia Dei, cui noſtrum admiſcetur arbitrium, & cooperante gratia conſequimur præmium, vel ab ea iuſtè relicti, tormentum. Alia verò non ex præſcientia, ſed eſt quædã comminatio more

Iſai. 7. *Iſai. 3.* *Geneſ. 1.* *Iſai. 14.* *Luc. 1.* *1. Cor. 14.* *4. Reg. 5.* *Gloſſa ordin. in 1. caput Matthæi citata à D. Thoma in catena ibidem.* *Iſai. 7.*

humano facta, ſicut illud: *adhuc 40. dies, & Niniue ſubuertetur*, intelligendo niſi Niniuitæ corrigantur. Sic ibi D. Anſelmus in 1. cap. Matth. ad verba illa: vt impleretur quod ſcriptum eſt per prophetam dicens, *Ecce virgo concipiet &c.* eadem ex profeſſo totidem verbis ſcripſit, adiiciens & illud: *Morieris, & non viues.* Et, *Niniue ſubuertetur*, Quæ non impletur iuxta hoc quod verba ſonare videntur, & tamen vera eſt ſecundum quod intelligitur. Sicut enim comminando ſeruo noſtro dicimus: interficiam te, tamen intelligendo, niſi te correxeris, ſic deus loquens more humano ait: *adhuc 40. dies, & Niniue ſubuertetur. Ionæ 3.* intelligendo, niſi Niniuitæ corrigantur. Et illud: *Morieris & non viues, Iſai. 38.* Niſi fleueris. Sic illa Prophetia præſcientiæ poteſt eſſe bonorum & malorum: quod non contingit de prophetia prædeſtinationis, quæ eſt bonorum tantùm. Et quia prædeſtinatio ſub præſcientia comprehenditur, ideò ſuprà duplicem tantùm prophetiæ ſpeciem commemorauimus, ſcilicet ſecundum præſcientiam, & ſecundum comminationem. Sub qua prophetia promiſſionis facilè comprehenditur, quia eadem eſt ratio veritatis in vtraque. Denominatur tamen magis à comminatione: (ait D. Thomas 2. 2. quæſt. 174. artic. 1. ad 2.) quia Deus pronior eſt ad relaxandam pœnam, quàm ad ſubtrahendum promiſſa beneficia. Sic ille Author operis imperfecti in Matthæum homil. 1. ſub finem (exiſtimatur is fuiſſe D. Chryſoſtomus) ſic inquit: Prophetia alia eſt ex præſcientia, & hæc eſt immutabilis, vt hæc, *Ecce virgo concipiet &c.* Alia ex iudicio operum, & hæc ſolet mutari ſecundum quod verba ſonant, non ſecundum intellectum: vt, *adhuc 40. dies, & Niniue ſubuertetur, Ionæ 3.* ſubintelligimus, niſi pœniteat.

D. Anſelmus. Ionæ 3. Iſai. 38. D. Tho. 2. 2. qu. 174. art. 1. ad 2. D. Chryſoſt. homil. 1. oper. imperfecti in Matt. Ionæ 3.

Item quæ eſt ex præſcientia, illa impletur Dei ſolummodo operatione, vt quòd virgo pareret. Alia impletur hominum adminiſtratione, vt de aliquo, vt ſit iuſtus. Hæc ibi. Secundum tres temporis differentias, tripartitam ſuprà ex eodem Caſſiodoro aſſignauimus prophetiam. At verò ſecundum modum prophetandi prophetiæ genera ſeptem poſuit Iſidorus lib. 7. Etymologiarum capit. 8. declinando ad finem. Primum genus extaſis, quod eſt mentis exceſſus, ſicut vidit Petrus vas ſubmiſſum de cœlo in ſtupore mentis cum variis animali

Iſidorus lib. 7. Etymol. c. 8. ſub finem. Act. 10.

animalibus, *Act.* 10. Secundũ genus viſio, ſicut apud Iſaiã *Act. 10*
dicentem cap. 6. *Vidi dominum ſedentem &c.* Tertium genus *Iſa. 6.*
ſomnium, *ſicut Iacob dormiens, ſcalam vidit, Geneſ. 28.* Quar- *Gen. 38.*
tum genus per nubem, ſicut ad Moyſem loquebatur
Deus, & ad Iob poſt plagam cap. 38. & 40. *loquitur reſpon-* *Iob 38.*
dens dominus de turbine. Quintum genus vox de cœlo, *& 40.*
ſicut ad Abraham ſonuit dicens: Ne iniicias manum
tuam ſuper puerum, Geneſ. 22. Et ad Saulum in via, *Saule,* *Gen. 22.*
Saule quid me perſequeris? Act. 9. Sextum genus accepta *Act. 9.*
parabola, ſicut apud Salomonem in prouerbiis, & apud
Balaam cùm euocaretur à Balach, *Numer. 23. & 24.* Septi- *Numer.*
mum genus repletio ſancti Spiritus, ſicut penè apud om- *23. &*
nes prophetas. Sic Iſidorus. Nunc quæ ſint prophetarum *24.*
officia explicemus, quod fuit ſecundo loco propoſitum.
Hæc autem in ſumma ſunt, arguere populum de pecca-
to, eúmque ad pœnitentiam excitare. *1. Reg. 12.* Samuel ar-
guit populum de priſtina conuerſatione eorum mala, ac *1. Reg. 12*
ingratitudine. *Idem cap. 13.* arguit Saulem de inobedien- *& 13.*
tia. *Iſa. 58. Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, &* *Iſa. 58.*
annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eo-
rum Hoc egregiè præſtant vbique ferè Prophetæ. Moſes
namque Pharaonem, Nathan, Dauidem, Elias Iezabelem,
Michæas Achab. Iſaias Iudęorũ principes, & deniq; Hie-
remias ſacerdotes diſertis verbis magno cum feruore ac
zelo obiurgauerunt, (vt ſacra teſtãtur eloquia.) Vnde La-
ctantius lib. 1. c. 4. de Prophetis ex propheſſo loquẽs, ideir- *Lactan-*
co à Deo mittebantur, inquit, vt & pręcones eſſent Maie- *tius li. 1.*
ſtatis eius, & correctores prauitatis humanę. Atq; ij quorũ *ca. 4. di-*
peccata & arguebantur, & prohibebantur, excruciatos eos *uinarũ*
acerbiſſimè necauerunt. Hæc ille. Itẽ, Eorum eſt pędicere
futura, ſiue læta ſint ſiue triſtia. Suprà ſiquidẽ meminimus
prophetiæ cõminationis ac promiſſionis. & D. Hieronym.
tomo 5. in 23. c. Hieremiæ circa finẽ, hac de re tradit regu- *D. Hie-*
las duas: Vbicumq; graue eſt quod Dominus cõminatur, *ronymus*
& plenum ponderis ac laboris, & importabile, in titulo *tom. 5. in*
quoque ἄρμα, hoc eſt, pondus ſiue onus, vel, (vt 70. tranſ- *23. Hier.*
ferunt,) aſſumptio dicitur. Vbicumque autem proſpera *70. inter-*
dominus pollicetur, ſiue poſt comminationem meliora *pretes.*
promittit, ibi viſio dicitur, vel certè verbum domini: &
perſpicuum erat ex ipſo titulo prophetiæ põderis ſiue vi-
ſionis, & verbi Dei, qualis vaticinatio ſequeretur. Sic Hie-
ronymus. Quod ſedulò memoriæ mandabis, vt noſtri

Ioel 1. Ioëlis ſtilum ſiue characterem orationis deprehendas. Sic enim exorditur: *Verbum domini quod factum eſt ad Ioël, &c.* 3. Orare pro populo, vt eueniant bona ac proſpera, vt ex oratione Samuëlis pro populo Iſraëlitico, atque Hieremiæ, & aliorum paſſim in Bibliis videre licet. 4. Docere eundem verbo & opere, vt ſic verba & opera eorum nobis ſint exemplo. 5. Conſolari afflictos, & promiſſionibus mitigare pœnarum rerumque aduerſariarum ſeueritatem,
1. Reg. 12 vt 1. *Reg. 12.* in Samuele propheta. *Iſa. 40. Conſo-*
Iſa. 40. *lamini populе meus, &c. Loquimini ad cor Hieruſalem, id eſt,* Suaues ſermones, & quæ ibi ſequuntur. Samuel autem,
Oſee ca. *1. Reg. 12. Nolite, ait, timere, non relinquit dominus populum*
11. *ſuum propter nomen ſuum: Oſee cap.* 11. Vnde Apoſtolus. 1.
1. Cor. 14 *Corint. 14. Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & conſolationem.* Ad ædificationem, inquam, incipientium, exhortationem verò proficientium, & conſolationem deſolatorum. Sic enim para-
D. Thomas in 14. ca. 1. Corint. 2. Timo. 3. phraſticῶs D. Thomas illud exponit. Quod ſi D. Paulo 2. Timot. 3. dicere licuit, quod omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendũ, ad corripiendum, & ad erudiendum in iuſtitia, quomodo idem de prophetarum vaticiniis atque officiis profiteri non liceat? Prophetarum ſi quidem eſt docere veritatem, & fálſitatem redarguere quantum ad ſpeculationem pertinet, item dehortari à malo ſiue corripere, & ad bonum inducere quantũ ad praxim. Quæ in origine Græca ſignificátius ſiue ἐμφατικότερῶς habentur ſic: πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν. Hoc eſt, ac docendũ quæ fidei ſunt, ad reuincendas hæreſes confutandosq́; hæreticos, ad correctionem emendationemq́; morum, ac denique ad melioris vitæ informationem ſiue inſtitutionem ad virtutem, ac prouocationem ad meliorem frugẽ. Credenda de Chriſto proponunt non rarò prophetæ, agenda inculcant, vitanda edocent, peccata nimirum, Deiq́; offenſam, timenda, pœnas nempe æternas, prænunciant ſperanda poſtremò, mercedem nimirum æternam, haudquaquam ſilentio prætereunt. Sic fidem ac bonos mores docent, à peccato dehortantur, pœnam denique & gloriam cum breuitate ſermonis dilucidè annunciant: vt verbi
Ioël c. 2. gratia, Ioël, docet Chriſti myſteria, quem cap. 2. Doctorem iuſtitiæ appellant, De ſpiritu ſancto per eundem effundendo in die Pentecoſtes, apertè vaticinatur. Ibidem;

Horta

Hortatur ad fletum,ieiunium, ac pœnitentiam vbi ſuprà: accendit ad virtutes,obiurgat vitioſos , loquitur de iudicio futuro,& de mercede bonorum. In ſumma, declarat mala non fore impunita. Hæc ſunt veri prophetæ munia ac officia.

Ioël itaque (vt ad tertium tandem progrediamur poſtremo loco & ordine propoſitum) ſpecialiter præco eſt pœnitentiæ , De Chriſti aduentu & conſolatoria Spiritusſancti miſſione ſcribit , vaticinatúrque de ſupremo iudicio,ac aduentu gloriæ magni Dei, vt noſipſos ad tremendum illud examen præparemus.Nihil verò ad huius temporis (Aduentus Chriſti) conciones accommodatius,nihil opportunius,nihil denique quod magis quadrare poſſit, populo proponi poteſt hac Ioëlis prophetia , vt in conſequentibus amplius fuſiuſque dicetur. Ioëlis fidele eſt teſtimonium,verè canonicum , & à duabus Eccleſiæ primis columnis , (Petrum , Apoſtolorum columen , & Paulum collegam eius, intelligo) approbatum.In prima ſiquidem concione ſua D.Petrus,in Actis , Ioëlem produxit teſtem:& Paulus Romanis ſcribens cap.10.eundem citat vatem , *ex cap.2. Omnis qui inuocauerit , nomen Domini, ſaluus erit.* Ex eodem inſuper propheta Catholica eccleſia lectionem ſuis proponit filiis , in capite ieiunij Quadrageſimalis : *Conuertimini ad me , dicit Dominus , in toto corde veſtro, in ieiunio, in fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra,& non veſtimenta veſtra,ex Ioëlis 2.cap.* Cùm itaque ſanctorum Apoſtolorum calculo , ipſiúſque eccleſiæ auctoritate,probata ſit hæc S. Ioëlis prophetia, reſtat,vt tãquàm diuinitùs inſpiratã veréque canonicam ſcripturam amplectamur illam atque ſuſcipiamus : & ſalutarem doctrinam,his præſertim Aduentus temporibus congruentem,inde hauriamus:vt ſeriam agamus omnes pœnitentiam,ac tremendum poſſimus euadere iudicium. D. Gregorius Nazianzenus oratione in plagam grandinis ita de Ioële ſcribit:Beatus Ioël deplorat terræ calamitatem, famiſque cruciatum tragicè , vt ſi quis alius,exaggerat. Sic ille. Ioël præſertim ad tribum Iuda & ad Hieruſalem vaticinatur : obiter tantùm decem tribuum mentione facta , vnde cap. 3. nominatur Iſraël : quo nomine decẽ tribus in prophetarum ſcriptis intelliguntur. Vel poſſet dici , quòd etſi nomen Iſraëlis apud eum legatur, eſſe tamen ibi generale , non regni decem tribuum peculiare,

Ioël. 2.c.

Ioël.2.

D .Gregori⁹ Nazianzenus, ora. in plagã grandinis.

Ioël c. 3.

quarum nuſquam mentionem facit, vt Iſaias, & Hoſeas.

D. Epiphanius de prophet. & interitu. D. Epiphanius de prophetarum vita & interitu ſic de Ioële ſcriptum reliquit. Ioel propheta ex agro Bethor, de terra ſeu tribu Ruben oriundus, per multa ſuper Hieruſalem prophetauit, & de conſummatione gentium vaticinatus eſt. Hic diem in pace obiit, & cum honore & gloria in Bethor humatus eſt. Sic ille. Ioël, ἀρχόμενος, id eſt,

D. Hiero. proœmio ĩ Ioëlem. incipiens, iuxta nominis etymon, ſeu ἐτυμολογίαν à D. Hieronymo proœmio in eundem ad Pammachium, exponitur: quod appoſitè conuenit præſenti inſtituto. Docet enim vnde potiſſimùm exordienda ſit peccatoris inſtitutio, à cõuerſione nimirum ad Deum. *Conuertimini ad me*, inquit cap. 2. *in toto corde veſtro*, &c. Inde Baptiſta & Chriſti præcurſor, ac etiam Chriſtus ipſe, conciones ſuas exorſi ſunt: *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum*

Mat. 3. & 4. Heb. 6. *cœlorum. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Matth. 3. & 4. Iacientes fundamentum pœnitantiæ (vt loquitur vas electionis. Heb. 6.) ab operibus mortuis.* Memineris hic huius verſiculi vulgati,

Dimidium facti qui benè cœpit, habet.

& huius Græci prouerbij, ἀρχὴ ἥμισυ παντός. Hoc eſt, Principium, eſt totius dimidium. Hinc Iuriſconſultus

Leg. 1. D. de origine iuris. Authen. cõſtit. 6. in Proœm. leg. 1. Dig. de origine iuris. Certè cuiuſque rei potiſſima pars, principium eſt. & in Authenticis nouella conſtitutione 6. in proœmio, Benè vniuerſa geruntur, ſi rei principium fiat decens, & amabile Deo. De Ioëlis ætate ſentitur variè, Ex qua tribu fuerit, quo tẽpore, aut ſub quibus vixerit regibus, etiã Hebræis ipſis incertũ eſt, niſi quòd quidã propter prophetiam de fame, putant eũ fuiſſe ſub rege Ioram filio Achab, quòd tunc magna fuerit fames in terra. Quid autem tenendum ſit, non liquet. Varias enim de hoc vate, eiúſque qua vixit ætate, reperio ſententias, quas debeo omnes ponere. Rabbi Selomo, referente

Liranus in Ioëlẽ. 4. Reg. 8. noſtro Lirano, dicit illum fuiſſe tempore Ioram, & aduerſus decem tribus prophetaſſe, quòd futura eſſet fames in terra, *vt 4. Reg. 8.* dicitur, *quia vocauit Dominus famem ſuper terram 7. annis.* Et ſic 4. annis fuere 4. locuſta-

R. Dauid Kimhi. Mercerus. rum genera. Tribus autem fuerunt retentæ pluuiæ: vt ſicut Eliſeus famem prædixit, ſic Ioël modum, quo euentura erat. Quod ſequendum videtur, ait in Ioëlem Liranus. Hæc igitur fuit illius opinio, quam etiã recitat R. Dauid Kimhi in Ioëlem, vt exponit Mercerus in eundem. At in

Seder

Seder olam (proſequitur ibidem R. Dauid) dicitur tempore Manaſſis prophetaſſe. Dicit enim huius libri author, c. 10. interprete etiam doctiſſ. Theologo Genebrardo in Chronol. Hebræorum, Ioël Nahum, & Haback, vaticinabantur tempeſtate Manaſſis: at quoniam improbus erat Manaſſes, ſubticuerunt eius nomen, neque ſe appellarunt de eius vocabulo. Hactenus ille. Sequitur autem in eadem Chronologia. *Itaque etiam ſcriptura 2. par. 33. Locutus eſt, inquit, Dominus ad eum, & ad populum illius, & attendere noluerunt. Idcirco ſuperinduxit eis principes exercitus regis Aſſyriorum, ceperúntque Manaſſem, & vinctum cathenis atque cõpedibus duxerunt in Babylonẽ.* Ex D. Hieronymo colligi certò non poteſt quibus prophetauerit Ioël. Nunc enim dicit c. 1. in Ioël prophetaſſe ad tribum Iuda & Hieruſalem, nec decem tribuum vllam fieri mentionem. In epiſtola autem ad Paulinum de omnibus diuinæ ſcripturæ libris ait: Ioëlẽ deſcribere terrã duodecim tribuum, eruca, brucho, locuſta, & rubigine vaſtante conſumptam vel corruptam.

Genebrardus in Chronol. Hebræorũ c. 20. 2. Paral. 33. Hieron. c. 1. in Ioëlem. D. Hieronymus ad Paulinum de omnibus diuinæ hiſt. lib.

Alij, σύγχρονον, ſeu æqualem & contemporaneum Oſeæ faciunt, qui vixit (vt habetur cap. 1. prophetiæ eius) in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezechiæ, Regum Iuda, &c. Sic enim ait D. Hieronymus c. 1. in Ioëlem, & c. 1. in Oſeã: Tempora quoque in quibus prophetauit Ioël, eadem debemus accipere, quæ & in Oſeæ legimus: in diebus Oziæ & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſraël. Oſeas namque, Iſaias, & Ioël σύγχρονοι, id eſt, contemporanei fuerunt. Subſcribit & D. Auguſtinus to. 5. lib. 18. de ciuitate Dei ca. 27. Ioël, inquit, prophetauit, cùm iam regnaret Ioathan, qui ſucceſſit Oziæ, quamuis huius tempus in Chronicis, non in eius libro potuerimus inuenire, quoniam de ſuis diebus tacet. Hæc ille. Ergo poſt famem iam dictam, temporibus Ioram, 4. *Reg.* 8. vaticinatus eſt. Nam Oſias & Ioatham longo tempore poſt Ioram regnauerunt. Non ergo de illa fame ſed de altera, quæ ſucceſſit, per quam vaſtatio Iudæorum, facta poſtea per 4. regna ſeu monarchias præfigurabatur, prædixit. Si quæras, quid ex his tribus opinionibus tenendum ſit? Reſpondeo, Ioëlem σύγχρονον quidem fuiſſe Oſeæ & Iſaiæ, ſed videtur Iſaia aliquot annis poſterior, ſicque conciliari poſſunt, excluſa prima, aliæ duæ opiniones, quod à Ioathã exordio prophetandi facto vſq; ad tempora peruenerit Manaſſis, & ſuperuixerit, Iſaia etiã per medium diſſecto. Hæc autem, quo præſcripſeramus

Oſeæ 1. cap. D. Hier. in c. Ioël & 1. ca. Oſeæ. D. Aug. tom. 5. de ciuitate Dei cap. 27. 4. Reg. 8

ordine, tractare paulo fuſius placuit pro exordio, & tanquam προλεγόμενα: vt libelli iſtius ἐπιγραφὴν ſiue inſcriptionem & titulum exponeremus, qui eſt huiuſmodi: Prophetia Ioël. Nunc tanquam coronidem has adiungamus Bi-
Eccli.39. blicas auctoritates *Eccli.39. ſapientiam omnium antiquorum*
Prouerb. *exquiret ſapiens, & in prophetis vacabit. Prouerb.29. Cùm pro-*
29. *phetia defecerit, diſſipabitur populus. Luc 16. Habent Moyſem*
Luc. 16. *& prophetas, audiant eos.* Ex his agenda credendáque diſcuntur. Audiendi verò ſunt aure cordis, per obedientiam & fidem. Moſes quidem pædagogus fuit ad Chriſtum, Atque *omnes prophetæ Chriſto teſtimoniũ perhibent, remiſsionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum,*
Act.10. *Act. 10. Et Epheſ. 2. ſuperædificati ſuper fundamentum Apo-*
Epheſ.2. *ſtolorum & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu:* Ipſe enim ſcopus eſt totius ſcripturæ Biblicæ, vt ſtatim per non iniucũdam digreſſionem patefaciemus ac ex-
1.Pet.1. plicabimus *1.Pet.1. De qua ſalute (animarum veſtrarum) exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in vobis*
1.Theſ.5. *gratia prophetauerunt. 1.Theſſal. 5. Prophetias nolite ſpernere,* ait D. Apoſtolus.

Quod áduerſus Simonem Magum hæreſeôn patrem ac
D.Irenæus lib. 1. ca. 20. cont. hæreſ. hæreticorum facit potiſſimum, de quo D. Irenæus, lib.1.c. 20. contra hæreſes, diſertè ſcribit, cum dixiſſe, quod non vlterius curarent prophetas hi, qui in eum, & in Selenem (eius meretricem) ſpem habeant. Sic ibi quin potius audiamus exhortationem pij Regis Ioſaphat 2. *Paral. 20.*
2.Paral. 20. *Credite Domino, ait ille, & ſecuri eritis, Credite Prophetis eius, & cuncta euenient proſpera.* Nos ergo (vt *1. Machab.12. ſcri-*
1. Mach. 12. *bitur) habentes ſolatio ſanctos libros per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus, Rom.15. ſcribit Paulus.*
Rom. 15. Prophetarũ lectio neceſſaria nobis eſt, quum & timorem Dei doceant, & fidem in Chriſtum, afflictóſque conſolentur prophetiis de Chriſti regno. Et Apoſtoli quidem illorum vtuntur teſtimoniis, redarguentes priſcorum hæreticorum inſaniam, & blaſphemiam. Eò enim inſaniæ deuenerunt, non ſolùm Symon Magus, ſed etiam Ebion, Marcion, ac Manichæi, (vt de illis D. Epiphanius affirmat) vt
D.Epiphanius, contra hæreſes. prophetas, illorúmq; vaticinia, furoris œſtro perciti, blaſphement, nedum aſpernentur. In quos ex profeſſo videtur illud ab Apoſtolo dictũ: Prophetias nolite ſpernere. Duodecim prophetarum mentio fit: *Eccli.49. Duodecim prophe-*
Eccli.49 *tarum oſſa pullulent de loco ſuo. Nam corroborauerũt Iacob, &*

redeme

redemerunt eos in fide virtutis. Quorum verborum hic eſt ſenſus: illi & ſi mortui, digni ſunt perpetua memoria, id enim ſignificat hæc phraſis: *Oſſa eorum pullulent de loco ſuo, iſtud ſiquidem tribuitur, c.46. Iudicibus in Iſraël, & oſſa eorum* c.46.
pullulent de loco ſuo, & nomen eorum permaneat in æternum. Optat ergo Eccleſiaſticus vt ſit memoria eorum in benedictione (quod immediatè ibi præceſſit) & ſignificat illos dignos eſſe vt eorum ſepulchra cum oſſibus eorum nunquam penitus pereant, ſed inſpecta ſemper renouent eorum memoriam. Sic enim ſuo modo eorum oſſa pullulant de loco ſuo. Quanquam ſecretiori ſenſu, etiam videtur ſignificari dignos eos eſſe, qui aliquando reſurgãnt in reſurrectione iuſtorum, ibidem ſubiungitur *Eccli.46. Et nomẽ eorum permaneat in æternum,* quod exponit allegoriam, Eccli.46
quæ eſt in verbis præcedentibus. *Quod autem ca.49. de 12.* Eccli.49
prophetis dicitur, nam corroborauerunt Iacob, hoc eſt, populum Iſraëliticum, intelligitur, quòd eos confirmauerunt ſuis prophetiis & ſcriptis, cùm eis promittunt ſaluatorem & finem ſuorum malorum. Grecè enim eſt pro, corroborauerunt, *παρεκάλεσαν*, cõſolati ſunt, *καὶ ἐλυτρώσαντο αὐτῶν ἐν πίστει ἐλπίδος*, hoc eſt, & liberauerunt illos in fide ſpei, id eſt, per fidem qua certò ſperabant euenturum quod prædixerunt liberauerunt illos à malis ſuis, vt ſi non re eſſent liberati, ſpe tamen & fide liberati eſſent, ſicut Paulus dixit: *Spe ſalui facti ſumus.* Sic Doctiſſ. Ianſenius Epiſcopus Gandauenſis, ſuis in Eccleſiaſticum commentariis, hunc illuſtrat locum. *D. Paulus. Ianſeni⁹ in Eccle. c. 46. & 49.*
Ioël præ cæteris Prophetis ad pœnitentiam hortatur, promiſſiones poſtea de regno Chriſti pronunciãs, prę aliis Spiritusſancti miſſionẽ deſcribit. Vnde & huius D. Petrus nominatim teſtimonium adfert in Actis, *cap.2.* In prima *Act. 2.c.*
concione ſua, de Chriſto paſſo & ſuſcitato, aduerſum impios Spiritusſancti mirabile opus blaſphemantes? *Ioële teſte comprobans canit Eccleſia.* Vnde magna ei acceſſit auctoritas. Hæc Ioëlis ſumma eſt. Aptus eſt ad noſtra tempora, & ad afflictos conſolandos neceſſarius. Vocat ſe filiũ Phatuel. Obſeruabis ex R. Aben Ezra, citante Mercero, quod quicumque propheta nomen patris ſui memorat, eum clarum fuiſſe, quòd ſi clarus fuerit eius auus, vtriuſque mentionem facere, vt Sophonias *cap.1. Verbum Domini quod factum eſt ad Sophoniam filium Chuſi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezechiæ.* Vides quod donec peruenit ad clariſſimum, qui eſt Ezechias rex, genealogiam poſuit. Hæc ille D. Hieronymus *R. Aben Ezra, Mercero interprete. Sophon. 1.c.*

D. Hiero nymus in Sopho. 1. c. ronymus ad recitatum locum ſic habet: Tradunt Hebræi cuiuſcunque prophetæ pater, aut auus ponatur in titulo; ipſos quoq; prophetas fuiſſe. Vnde & Amos vnus de duodecim prophetis, qui *dixerat, c. 7. Non ſum propheta, nec filius* *Amos 7.* *propheta, ſed paſtor caprarum, &c.* Patris nomẽ in titulo non habet. Hoc ſi verum eſt, Sophonias glorioſa maiorũ ſuorum ſtirpe generatus eſt: Habuit enim patrẽ Chuſi, auum Godoliam, proauum Amariã, atauum Ezechiam. Sic Hieronymus, quæ in conſequentibus quoque conciſius licet, contractiúſque repetitur. Verùm huic concioni finem imponimus, ſequenti, ad contextum ipſum aggreſſuri, quod fœlix fauſtúmque ſit. AMEN.

HOMILIA II.

Verbum Domini quod factum eſt ad Ioël filium Phatuel.

CAP. I. IOELIS.

TRIA pariter præſenti concione expendemus. 1. Quid ſit verbum Domini. 2. Quotuplex. 3. Quibus rebus comparetur, & quæ ſint eius effecta, ac proprietates, ſeu characteres, ſicque hanc abſoluemus homiliam, vt deinceps ad narrationẽ accedamus propheticam. Attamen ne videamur obliti eorum quæ nouiſſimè recepimus propoſuimúſque nos dicturos: Quod ſcilicet Chriſtus ſit totius Biblicę ſcripturæ ſcopus, Agè. Hoc primùm omnium tractemus: (Sancti ſpiritus inuocata priùs gratia.

D. Bonauent. to. 1. opuſc. principio ſacr. ſcri. D. Bonauentura tom. 1. Opuſculorum, principio ſacræ ſcripturę, declinando verſus finem. Tota ſcriptura, inquit, de Chriſto eſt, ſeu verbo diuino, vel incarnando (in veteri teſtamento) vel incarnato (in nouo teſtamento) Verbum Dei in veteri teſtamento incarnãdum præfigurabatur ſub variis typis, præmõſtrabatur exemplis, promittebatur patribus, prædocebatur ſapientialibus documentis, & denique prophetabatur oraculis. Idcirco vetus teſtamentum quadripartitum eſt, aut meliùs quinque partitum, 1. in libros Legales, 2. Hiſtoriales, 3. Exẽplares, 4. Prophetales. 5. Sapien

Sapientiales. Præfigurabatur autem verbũ Dei incarnãdũ, in legalibus libris, ſiue Pentateucho, in Geneſi quidem, in ligno vitæ plantato in medio paradiſi, id eſt, verbo Dei, diuinæ & humanæ naturis inſerto, in medio militantis Eccleſiæ ſecundum Gloſſ. En eius ortus. Occaſus autem paſſionis, in Abel à fratre primo parricida interempto, Triũphus reſurrectionis in Noë, quibuſdam veluti coloribus adumbrabatur, & delineabatur. In Exodo verò præſagiebatur naſciturus Chriſtus in Moſe: & quod natus occultandus eſſet propter Pharaonem, ſic Chriſtus propter Herodem, reuelandus tandem ad populi captiui liberationem, populi captiuantis interemptionem, ac liberati inſtructionem per legem, vt exercitatus in lege veteri, aſſuefieret ad legem Euangelij. Varietas ſacrificiorum libri Leuitici ſecundum Origenem, vnum verum ſacrificium quod offerendum erat in fine temporum, prænonſtrabat, ſcilicet Chriſtum, qui eſt ſacerdos & hoſtia. Liber verò Numerorum, ordinem, & connexionem membrorum corporis Chriſti myſtici ſubtilitate mirabili præfigurat, & ordinem Eccleſiaſticæ hierarchiæ proficiſcentis in via, & peruenientis ad patriam. In Deuteronomio, quod eſt quædam legis repetitio, ac veluti recapitulatio, ad memoriam reducuntur beneficia Dei omnipotentis, vt arctius infigatur memoriæ incarnatio verbi, quæ eſt beneficium beneficiorum, vbi de ſemine Iudæ prophetam ſuſcitandum commemorat: *Deut. 18.* Sicut Iacob in ſuis benedictionibus prædixit, *Geneſ. 49.* Nunc ad hiſtoriales veniamus: Ioſue Chriſtum, & re præſignat, & nomine: præcipuè quantum ad diſtributionem terræ, quam funiculo diſtributionis diſtributurus eſt Chriſtus, *qui conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum & mortuorum. Act. 10.* Multitudo iudicum ſibi inuicem ſuccedentium, vnum verum iudicem præſagiebat Chriſtum, potiſſimè quantum ad triumphum reſurrectionis. Nam Sampſon maximus iudicum, primò clauſus, & obſeſſus à Philiſtæis, qui nocte media victis hoſtibus portas confregit, figurat CHRISTVM, qui nocte media cùm deſcendiſſet in infernum, liberatis patribus, portas inferni confregit: cuius etiam incontaminata mater & virgo, ſignificabatur in vellere Gedeonis. Copula maritalis Booz Iſraëlitæ, & Ruth alienigenæ, coniunctionem deſignat Chriſti, & Eccleſiæ de Gentibus: quam diſcalciatus ille contempſerat. Liber Regum illum ſignificat, *in cuius*

Geneſis. *Exodus.* *Leuitic'.* *Numeri.* *Deuteronomium.* *Deut. 18* *Gen. 49.* *Ioſue.* *Act. 10.* *Lib. Iudicum.* *Li. Ruth.* *Libb. Regum 4.*

in cuius femore ſcriptum erat, & eſt, Apoc.17.& 19.c. Rex Regum, & Dominus dominantium. Qui cùm ſit rex & ſacerdos, in primo libro præſignatur, vt euacuaturus ſacerdotiũ legale in depoſitione ſeu extinctione Heli, & ſubſtituturus ſacerdotium nouum, in ſubſtitutione Samuëlis, qui non fuit de ſtirpe Aaron, translaturus etiam regum ab Iſrael in reprobatione Saulis, & confirmatione Dauid. In libro ſecundo promittitur Chriſtus de ſemine Dauid naſciturus. In tertio libro in figura pacifici Salomonis, præfiguratur Chriſtus, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Cuius etiã corporis myſtici typus, fuit materiale templũ Salomonis. In quarto libro Regum pręfiguratur Chriſtus, vt euacuaturus omnẽ Gentilitatis ritum, in interemptionẽ pſeudoprophetarum per Eliam, & vt ſuſcitaturus mortuos in Eliſeo, vt confecturus Euchariſtiæ Sacramentum in pane ſubcinericio, vt aſcenſurus in cœlum, in translatione Eliæ in curru igneo. In libris Paralipomenon repetitur; in primo quidem, tranſlatio ſacerdotij; in ſecũdo verò tranſlatio regni, & aliqua prætermiſſa in libris Regum ſupplentur, fuſiúſque explicãtur. Liber Eſdræ & Nehemiæ Chriſtum pręfigurant, quantum ad feruorẽ zeli quo Chriſtus inardeſcebat ad reædificationem tẽpli veri quod ſumus nos. Sequuntur libri exemplares. In libro Iob præmonſtrabatur Chriſtus, vt exemplar ſummæ patientiæ. In Tobia, vt exemplar ſummæ modeſtiæ. In Iudith, vt exemplar ſummæ pudicitiæ. In Heſter, vt exemplar ſummæ clementiæ. In Machabęorum libb. ſummæ conſtantiæ.

Libri Sapientiales Chriſtum redolent, vt doctorem vniuerſalem, ſicut liber Eccleſiaſticus: vt doctorem ſpecialem ad virtutis initiationem, in Prouerbiis. Ad contemptum vanitatis, in Eccleſiaſte. ad guſtũ ſuauitatis, & amplexum charitatis, in Canticis. Ad ſpeculationem veritatis in Sapientiæ libro. Iam Prophetales libros perpẽdamus. In prophetis Chriſtus prænunciabatur, & poſtulabatur. Poſtulabatur quidem, per orationis inſtantiam in prophetia Pſalmorum Dauidis. Prænunciabat Iſaias incarnationis myſterium. Hieremias, appropriatè loquẽdo, paſſionis remedium. Ezechiel, reſurrectionis trophæum. Daniel, retributionis iudiciũ. Duodecim prophetæ in anguſtia vnius voluminis coarctati Chriſtũ præſagierunt, ſicut ipſum duodecim Apoſtoli prædicauerunt, vt numerus teſtium eſſet non tantùm ſufficiens, ſed abundans.

Modò

Apocal. 17.&19. cap.
Libb. Paralipomenon.2.
Libb. Eſdræ & Nehemiæ.
Lib. Iob.
Lib. Tobiæ.
Lib. Iud.
Lib. Heſter.
Lib. Machabæor.
Lib. Eccleſiaſticus.
Lib. Pro.
Lib. Eccleſiaſtis.
Lib. Canticorum.
Lib. Sapientiæ.
Lib. Pſalmorum.
Li. Iſaiæ.
Lib. Hieremiæ.
Lib. Ezechielis.
Lib. Danielis.
Libb. 12. Prophetarum, quos minores vocant.

Modò nouum percurramus teſtamentum, quod quidem continetur in veteri ſicut rota in rota: Enimuerò, nihil aliud eſt nouum teſtamentum, quàm vetus ſpiritualiter expoſitum, atque quod vetus pollicetur, nouum exhibet: diuiditúrque conformiter veteri teſtamento. Continet enim ſeu agit de verbo incarnato Chriſto, qui eſt gigas geminæ ſubſtantiæ (quantum ad naturam) geminæ potentiæ (quantum ad efficaciam ſeu officium) ſcilicet Deus, homo, Rex, Sacerdos. Primùm, eſt Euangelium ſecundum Matthæum, in quo agitur de verbi incarnati humanitate. Secundum, eſt Euangelium ſecundum Marcum, in quo agitur de eius regia poteſtate. Tertium, ſecundum Lucam, in quo agitur de eius ſacerdotali dignitate. Quartum, ſecundum Ioannem, in quo de eius deitate, æternaque generatione. De Chriſto autem quoad iudicij diſtrictionem, & ſempiternam beatificationem, agitur in Apocalypſi, qui eſt liber propheticus. *Euãgel. ſecũdum Matth. Euang. ſecund. Marc. Euang. ſec. Lucam.*

De Chriſto quantum ad corporis ſui myſtici tribulationem, in Actibus. Quantum ad corporis myſtici totius eruditionem vniuerſalem, in Canonicis Epiſtolis. Quantum ad corporis myſtici membrorum eruditionem ſpecialem, in Epiſtolis Pauli. Hucuſque D. Bonauentura, ex quo profectò hauſit elegans ille concionatorum Phœnix Cornelius Bitontinus Epiſcopus ex noſtro ordine aſſumptus, Placentinus, cuius verba in Decadibus noſtris, ſacris feria ſecunda, poſt ſecundam in Quadrageſima, Dominicam, ad verba, *principium qui & loquor vobis, &c.* appoſuimus. Adde quod Moyſes & Elias apparuerunt in monte Thabor, cum Ieſus transformaretur, Matthæi cap. 17. Medius erat Chriſtus inter Moſes (in quo lex deſignabatur) & Eliam (per quem Prophetæ) teſtimonium nimirum habens à lege & prophetis, ſicut ſcribit Apoſtolus. Hinc ipſe dicebat: Luc. 24. *Oportet impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & prophetis, & Pſalmis de me.* Vnde liquidò patet propoſitum. Quod Chriſtus ſit Bibliorum ſcopus, ac finis legis, vt ait Paulus. *Euang. ſec. Ioannem. Lib. Apocal. Lib. Actorũ Apoſtolicorum. Epiſtolæ Canonicæ. Epiſtol. Pauli. Il Cornelio Ital. Matt. 17.*

Iam quid verbum Dei recto ordine dicendum videtur: Doctus Epiſcopus ac imprimis orthodoxus, Lindanus libr. 3. Panopliæ Euangelicæ cap. 1. quidnam verè plenéque ſit, ita definit. Verbum Dei eſt, quicquid Deus loquitur: ſiue priuatim alicui, vti Abrahæ, de relinquenda Chaldæa: Moyſi, de Ægypti fuga, Symeoni iuſto de videndo

Meſſia: ſiue toti publicitus Eccleſiæ. Nam quæ per Eccleſiam Spirituſſancti diſcipulam proponit Deus credendam, ſunt ea quidem in vniuerſum omnibus, verbum Dei. Scribitur namque in Apocalypſi: qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis. Itaque ſi Dei verbum eſt haud dubiè, quod Deus loquitur, in procinctu fuerit perſpicere, quidnam verè ſit verbum Dei Euangelicum, eſt autem, quod Deus ad Euangelium attinens, locutus, proponit, per Eccleſiam credendum. Hîc porrò nihil intereſſe exiſtimandum eſt, ſiue id Deus opt. maxim. ſuo quaſi ore loquatur: verbi gratia, Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite: ſiue per Eccleſiæ caput CHRISTVM, vt nemo venit ad patrem niſi per me: ſiue per Eccleſiæ membra Apoſtolos, prophetas, & Euangeliſtas: de quibus, *Qui vos audit, me audit: & qui vos*
Luc.10. *ſpernit, me ſpernit. Luc.10. Item, ſtate & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per epiſtolam, ſiue per ſermonem, 2. Theſſ. 2.*
2. Theſſ. *Rurſus, Galat. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod*
2. Gal.1. *accepiſtis, anathema ſit. Et in 2. Ioannis; Si quis venit ad*
2. Ioan. *vos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis.* Siue denique per Eccleſiæ paſtores, ipſámque adeò totam Eccleſiam Spirituſancto illi per Chriſtum promiſſo doctore ſempiterno erudiendam, atque gubernandam, vti Eccleſiæ diffinitiones, & Conci-
1.Tim.3. liorum decreta. Siquidem 1. *Timoth. 3. Eccleſia Dei viui, columna eſt, & firmamentum veritatis. Quòd ſi Eccleſiam*
Matt.18. *non audierit, ſit tibi Ethnicus & Publicanus. Matth.18. Si quis autem videtur contentioſus eſſe: nos talem conſuetudinem*
1.Cor.11. *non habemus, neque Eccleſia Dei. 1. Cor. 11.* Cæterùm qualecumque ſit tandem Dei verbum, bipartitò diuiditur, in ſcriptum, & ἄγραφον, ſiue non ſcriptum, de quibus ordine eſt dicendum. Sic autem cap. 2. præfati libri proſequitur idem Lindanus. Scriptum Dei verbum, ſcriptura Eccleſiis à Spirituſancto tradita, omne complectitur. Quicquid ergo extra eam ab Eccleſiis approbatum, ſiue apud Chriſtianos legitur Apocryphon, vt Nicodemi, aut alterius Euangelium, aut etiam Iacobi Apoſtoli nuper in lucem editum Protoeuangelium: Siue alibi extat, vel apud Manichæos, vt illa quam mentiebantur, Chriſti epiſtola, Fundamenti nuncupata: aut Iudæos etiam, vt Enoch liber: ſimiliáque, nullum inueniunt diuinæ authoritatis locum. Illud quidem libros habet Canonicos,

nonicos, id eſt diuinæ prorſus authoritatis, adeò vt iis qui reſiſtat, iam ſe apertius ipſe pronunciet hæreticum, imò infidelem veriùs, & ἄπιστον à fide alienum, quàm qui cum ſit diſputandum fuſius. Idem lib. 1. ca. 13. Multa Apoſtoli Spiritu ſancto dedicere Magiſtro, quæ ſine diſciplina Spiritusſancti, ſcire non poterant, (vt ait Didymus Alexandrinus lib. 2. de Spirituſancto circa medium: Dicente Chriſto apud Ioannem: *Multa adhuc habeo vobis dicere, quæ non poteſtis portare modò: Sed cùm venerit ſpiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. Ioan. 16.* Proinde piis lectoribus dubium fieri nequit, quin Apoſtolos Spiritusſanctus docuerit plurima, nondum à Chriſto Domino audita, nec percepta. Iam ea quæ Apoſtoli ſiue à Chriſto Domino, ſiue à Spirituſancto edocti, Eccleſias Chriſti docuerunt, indubitatum fuiſſe verbum Dei Euangelicum manifeſtius eſt, quàm vt vllam orationis noſtræ ferat explanationem. Proinde liquidum eſt ex his agnoſcere quænam Apoſtolorum ætate fuerit Euangelicæ fidei regula: Nimirum quod Apoſtoli Eccleſiis ab initio prædicati per orbem Euangelij tradiderunt, atque docuerunt, ſiue id poſtea in literas fuerit relatum, ſiue minùs. Et cap. 16. Verbum inſitum, τὸν ἔμφυτον λόγον vocat D. Iacobus ca. 1. quod iampridem eorum pectoribus per Apoſtolos, alióſque Euangelij miniſtros fuerat viuæ vocis inſitione implantatum. Doctrinæ ab Apoſtolis olim ſine ſcripto traditæ, animíſque ipſorum ad quos ſcribebat, fœliciter inſitæ plantaria haud obſcurè ſignificans. Et cap. 21. eiuſdem libri. Iudæos, inquit, ad Chriſtum conuerſos in Chriſtianiſmi conſtantia ſuffulturus monet, vt inſitum illud verbum, verbum, inquam inſitum, non ſtilo inſculptum, aut archetypo impreſſum, ſed ſatore per Apoſtolorum ora Spirituſancto in illorum cordibus depangente implãtatum: quod vt non ſcriptum, ſaluare tamen poteſt animas veſtras. Sic Lindanus. Quid aliud Paulus ſibi vult, *1. Thimot. 6. ſcribens ita? O Timothee, depoſitum cuſtodi.* Sanè aliud nihil intellexiſſe mihi videtur, quàm quod doctiſſimus Vincentius Lirinenſis Gallus, aduerſus profanas nouationes ſcripſit: Quid eſt depoſitum? Id eſt, quod tibi creditum eſt, non quod à te inuentum: rem non vſurpationis priuatæ, ſed publicæ traditionis. Hæc ibi. Traditiones ergo per viuam (vt ita dicam) vocem doctrinæ Eccleſiaſticæ, appellat Apoſtolus depoſitum. Verùm enimuero illud 2. Theſſ.

Lindan. lib. 1. ca. 13. Euã.
Didym° lib. 2. de SS.
Ioan. 16.
Lindan. lib. 1. ca. 16. & 21.
Iacob. 1.
1. Tim. 6.
Vincentius Lirinenſis.

2.luce merediana clarius lucet: *ſtate*, inquit idem, *fratres, & tenete traditiones, quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.* Quod ſic expendit præfatus Lindanus: lib. 1.cap. 21. Quid nãque ſibi vult illud ἑιτε διὰ λόγου ſiue per ſermonem: Quod indubiè τῷ δι ἐπιστολῆς, id eſt, ſcriptæ doctrinę oppoſuit, niſi vtrũque planè ad doctrinã Chriſtianæ fidei confirmandum idem omninò habuiſſe & momẽti & roboris? Sed aliâs, (Deo bene propitio) hac de re opportunus ſeſe offeret dicendi locus. Hoſius S.R.E. Cardinalis æquè pius ac doctus, lib. 4. de Traditionibus, initio, ſic catholicè ſcriptum reliquit: Si quis putat hoc tantum eſſe verbum Dei, quod ſcriptum in iis libris continetur, quos Canonicos vocamus, quod noſtri temporis hæretici, non iam putare, ſed aſſeuerare videntur, ab eorum opinione noſtra longiſſimè diſſidet, ratio, nihil vt dici poſſe credamus, quod magis à veritate ſit alienum. Quis enim eſt, qui neſciat, quòd multis antè ſeculis fuit Dei verbũ, quàm eſſet vlla ſcriptura, non modò ſacra, verumetiam, vt quorundam eſt opinio, profana? Primus qui literis mandauit Dei verbum, fuiſſe Moſes creditur. Verbum igitur Dei non ſola ſcriptura, verumetiam traditione continetur. cui ſi quis fidem non habet, is omni, ſed ſcripto tantùm Dei verbo fidem habet. At qui verè dici vult & eſſe Chriſtianus, is ſicut ſoli, ita & omni Dei verbo credere tenetur, ſiue ſcriptum id ſit, ſiue traditum. Idem rurſus libello de expreſſo Dei verbo ipſo ſtatim exordio: Proprium hoc ſemper fuit hæreticorum, de expreſſo Dei verbo gloriari, ſibíque ſolis illud vendicare. Quin & ante Chriſtum natum, quo alio quàm verbi Dei obtentu, Pſeudoprophetæ populum ſeducebant? An non Hananias pſeudopropheta *Hierem. 28. ita præfatus eſt: Hæc dicit Dominus, ſicut & Hieremias propheta verus iiſdem verbis præfatus quoque legitur. Hæc dicit dominus?* Cùm tamen Hananias falsò vaticinaretur, cúmque à ſe miſſum eſſe Dominus negabat ibidem. Sic ille. Adde quòd Verbum aliud eſt inſpiratum, aliud exaratum, item, incarnatum. De primo Heb.1. *Multifariam multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis &c.* de 2. *Ioan. 20. Hæc ſcripta ſint vt credatis &c.* de 3. *Ioan. 1. Verbum caro factum eſt.* Et notandum, ex Galatino libro. 3. cap. 3. De arcanis catholicæ veritatis, quòd quemadmodum homo triplex verbum habet, Quod ſcilicet in charta ſcriptum eſt, quod ore profertur, & quod in mente

Lindanus lib. 1.cap.21.

Hoſius li. 4. de traditiõibus initio.

Hoſius li. de expreſſo Dei verbo.

Hierem. 28.

Galat. li. 3. cap. 3.

mente latet. Et huic poſtremo magis competit verbi nomen, cùm ſit aliorum cauſa, atque principium. Quare neque illud cuiuſdam poëtæ Arabis dictum omninò contemnendum eſt, dum ait: Verbum quidem in corde eſt, lingua autem facta eſt, vt ſit cordis interpres. Ita quoque ſecundum Hebræos, Deus ipſe ad cuius imaginem factus eſt homo, triplex dicitur habere verbum. Habet enim verbum in libris prophetarum ſcriptum: Habet & verbum, quod ore ſanctorum atque doctorum profertur: de quo ipſe *Hierem. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo.* Habet quoque verbum in ſeipſo, ex ſeipſo, & non aliunde. de quo ſic Pſalmographus, *Verbo domini cœlo firmati ſunt &c.* Hoc eiuſdem prorſus ſubſtantiæ eſt cum ipſo Deo. Sic ille. Obſerua inſuper verbum variè accipi ac maximi momenti ſignificata obtineri; de quibus qua potero dexteritate dicam, vt neglexiſſe videar nihil; quod inſtituto noſtro ſubſeruire quodammodo poſſit. Primùm vſitatiſſimè, præſertim in Sacris, accipitur pro doctrina alteri vel ore vel ſcripto indicata, ſiue ea Dei ſit, ſiuè hominum. Secundò ſignificat Verbum, ipſummet Dei filium, ὁ λόγος. ait Ioannes Theologus, cap. 1. in Euangelij. *In principio erat Verbum.* Rurſus, *Deus erat Verbum.* Et iterum, *Verbum caro factum eſt.* Item, *1. Ioan. 1. Quod fuit ab initio; &c. Et manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ.* Vbi dubium prorſus nõ eſt ſignificare ſecundã Trinitatis perſonã. Tertiò, Verbum, videtur quandam efficaciam denotare, vim, & energiam (vt ita dicam) diuinam, vt Heb. 1. *Portans omnia verbo virtutis ſuæ.* Sicut & Centurio dicit, Matth. 8. *Dic tantùm verbo, & ſanabitur puer meus, id eſt,* adhibe tuam vim, & efficacitatem: Iube tantùm, &c. Heb. 11. *Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei,* hoc eſt, eius mandato ac iuſſu, efficacique operatione, nam teſte Pſalte diuino: *Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. &* Pſal. 106. *Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos & eripuit eos de interitionibus eorum.* Significat ibi verbum Dei; efficacem ſanandi vim. Quartò, ſignificatio præcipua huius vocis eſt quòd notat doctrinam cœleſtem, quam Deus loquutus eſt per ſe, prophetas, filium incarnatum, ad ſanctos Apoſtolos, ſiue illud ſcriptura Biblica contineatur, ſiue ex praxi, vſuque Catholicæ Eccleſiæ per traditionem non ſcriptam ad nos peruenerit: Illud, inquam, de quo Iſai. 40. *dicitur: Verbum domini noſtri manet in æternum. &*

Hierem. 1. cap.
Pſal. 32.
Ioan. 1.
1. Ioan. 1.
Heb. 1.
Matt. 8.
Heb. 11.
Pſal. 106.
Iſai. 40.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Apoſtolorum Coriphæus exponens ſcribit, 1.Pet.1. *τοῦτο δ'*
1. Pet. 1. *ἐστι τὸ ῥῆμα, τὸ εὐαγγελισθὲν εἰς ὑμᾶς.* Hoc autem eſt verbum
quod vobis eſt Euangelizatum, ſiue (quod idem eſt) quod
vobis per Euangelij prædicationem eſt annũciatũ. Quic-
quid igitur tunc temporis Eccleſiæ Apoſtoli, eorúmque
diſcipuli, tradiderant atque docuerant, id proculdubio
Lindan. lib. 1. ca. 13. verbum erat Euangelicum, ſic colligit Lindanus lib. 1. pa-
nop. c. 13. quamuis literis non eſſent conſignata exarataq;
omnia. Ioan. 20. *Multa & alia ſigna fecit Ieſus, quæ non ſunt*
Ioan. 20. *ſcripta, &c.* D. Chryſoſtomus in illud 2. Theſſ. 2. *Traditiones*
D. Chryſoſto. ho. 4. in 2. Theſſ. 2. *tenete ſiue per ſermonem ſiue per epiſtolam noſtram*, ho. 4. Nõ
omnia, ait, ſcripſerunt Apoſtoli, ſed multa ſine ſcripturis
inſtituerunt, & eadem fide digna ſunt tam iſta quàm illa.
Sic ille. Quintò, verbum ſignificat cauſam aut negotium,
Deut. 19 *vt Deut. 19. Matt. 8. 2. Cor. 13. In ore duorum vel trium teſtiũ*
Matt. 8. *ſtabit omne verbum*, id eſt, cauſa, lis, negotiũ, diſceptatio,
2. Cor. 13 controuerſiáve, decidetur & terminabitur. Sextò, ſignifi-
Exo. 2. cat factum quodpiam, aut rem aliquam valdè generali-
Luc 1. ter, vt Exo. 2. *Timuit Moyſes & ait: Quomodo palam factum
eſt verbum iſtud*, id eſt meum homicidium, de quo ibi, Luc.
2. *Videamus hoc verbum quod factum eſt, quod dominus oſten-
dit nobis*, id eſt iſtum mirabile factum & illud: *Non in ſolo pa-
ne viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*, id
eſt, (vt in decadibus noſtris ſacris ſcripſimus) de omni re.
Iſa. 39. & Iſa. 39. *Non fuit verbum quod non oſtenderet nũcius regis Ba-
bylonis Ezechias in domo ſua, & in omni poteſtate ſua.* Verbũ
ibi pro re ponitur, vt in cõſequentibus dicitur: Non fuit
res, quã non oſtenderim eis in theſauris meis. Sed hæc de
multiplici verbi acceptatione & ſignificatione ſufficiant,
vnũ hoc adiiciã. Verbum Dei eſſe aut fieri ad aliquem, eſt
Deũ cum aliquo loqui. Sic ſæpè dicitur, Verbũ quod factũ
eſt ad Oſeã, quod factũ eſt ad Ioëlem, quod factum eſt ad
Iſa. 2. Michæam, quod factũ eſt ad Sophoniã, & Iſa. 2. *Verbũ quod
vidit Iſaias filius Amos, &c.* i. doctrina, aut mandatum, quod
Deus patefecit prophetis vt populo exponãt. Prophetæ ſi-
quidẽ ſunt legati Dei. Ad legationem verò duo neceſſaria
Hier. 1. ſunt miſſio, & mandatũ. *Hinc Hier. 1. ad omnia quæ mittã te,*
Rom. 10. *ibis. Rom. 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittãtur. Hier. 23. Non*
Hier. 23. *mittebã prophetas, & ipſi currebãt. de 2. Ioã. 12. qui me miſit pa-*
Ioan. 12. *ter, ipſe mandatũ mihi dedit quod loquar. & c. 14. ſicut manda-*
& 14. *tũ dedit mihi pater, ſic facio.* Dicẽs ergo noſter Ioël, *Verbũ do-
mini, &c.* ſe eſſe miſſum inſinuat, ſeq; mãdatũ habere. Qua-
propter fides ei adhibẽda eſt, alioqui nuncio nõ creditur

qui literas ſuę cõmiſſionis nõ oſtẽderit. Ergo Ioël Dei propheta audiẽdus eſt cũ reuerẽtia. Si enim edicta regia præcone ad audiẽtiã ex parte principis populũ excitãte, ac clamãte. *Or oyez de par le Roy, &c.* magna omnium attẽtione promulgantur, & excipiuntur cum ſilentio, atque vt ex Poëta aliquid depromã: *Cõticuêre oẽs, intẽtique ora tenebãt.*

Loquẽte nimirũ, ex regis nomine, eiuſq; verbis legato, per eum cum mandatis miſſo: quantò magis proponente propheta, qui pro Deo legatione fungitur, *Verbum domini, &c.* debemus ſuſcipere illud, *non vt verbum hominum, ſed* (ſicut eſt verè) *verbum Dei. 1. Theſſ. 2. Luc. 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit: qui vos audit, me audit: Iudicum c. 3. Aod, quẽ ſuſcitauit Deus populo Iſraël ſaluatorẽ, ingreſſus ad Eglon regẽ Moab, ſedẽtẽ in æſtiuo cœnaculo, dixit, Verbũ Dei habeo ad te. Qui ſtatim ſurrexit de throno.* Vides regẽ quãuis infidelẽ at tyrãnũ, tamẽ ob reuerẽtiã verbi Dei (quod oportuit) de throno ſuo ſurrexiſſe. Quid ergo fideles facere conuenit? quãta cũ reuerẽtia auribus percipere verba Dei oportet? *Ioan. 8. qui ex Deo eſt, verba Dei audit, &c.* Hic attexere placet D. Chryſoſtomi, Prologo in Ioannis Theologi ſacroſanctũ Euãgeliũ, ſimile. Quẽadmodũ igitur, ait ille, ſi quẽpiã è ſummo cœlo deſcendentẽ repẽte cõſpicaremur, qui arcana illa certè nobis ſe dicturũ polliceretur, omnes certatim cõcurremus: itidẽ & nos in præſẽtia faciamus. E cœlo enim hic vir nos allocutũ venit: neque enim eſt de hoc mũdo, vt de ſuis ipſe Chriſt⁹ teſtatur Apoſtolis, Ioã. 15. *Vos de mũdo nõ eſtis.* Sic ibi. Nos ergo ſilentiũ præſtemus, & ſãcto Dei nũcio atq; legato audientiã faciamus. Nã teſte diuo patre Auguſtino to. 10. lib. 50. homiliarũ homil. 26. Non minus eſt verbũ Dei, quàm corpus Chriſti. Et ideo quanta ſollicitudine obſeruam⁹ quãdo nobis corp⁹ Chriſti miniſtratur, vt nihil ex ipſo de noſtris manib⁹ (Attẽde lector veterẽ morẽ dãdi corporis ſãcti, in laicorũ manib⁹ ad cõmunionẽ, qui mos iã exoleuit ob maiorẽ erga ſacramẽtũ reuerẽtiam) in terram cadat: tãta ſollicitudine obſeruemus ne verbum Dei quod nobis arrogatur dum aliquid aut cogitamus aut loquimur de corde noſtro pereat. Quia nõ minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quã ille qui corpus Chriſti in terram cadere negligentia ſua permiſerit. Deinde ſubdit. Qui verbum Dei libenter audit, inaures animæ de patria Paradiſi tranſmiſſas ſe ſuſcepiſſe non dubitet. Hactenus Auguſtinus. Dicens

Virgilius Aeneid. 2. in principio.

1. Theſſ. 2.

Luc 10.

Iudicũ. 3

Ioan. 8.

D. Chryſoſt. prologo. in Euange. Ioan.

Ioan. 15

D. Aug. to. 10. lib. 50. homi. hom. 26.

præterea,*Verbum Domini quod factum eſt ad Ioël*, auctoritatem ſibi conciliat,Prophetámque ſe eſſe demõſtrat. Nemo autem ſe prophetam appellauit,quin periculo vitæ ſe
Hier.28. exponeret,ſi ſimulauerit.Hier.28. *Hananias falſus propheta* contra Hieremiam deſcribitur,ad quem ille. *Audi Hanania. Non miſit te Dominus , & confidere feciſti populum in menddcio. Hoc anno morieris : aduerſus Dominum enim locutus es. Et ita factum.* Vel etiam honoris & famæ apud homines iacturam patiebatur. Si enim ambitione ductus , non à Deo iuſſus prophetias vendicaſſet ſibi, confuſibilis erat , ſi id quod prædixerat non eueniret. Ibidem , Propheta cùm venerit verbum eius , ſcietur propheta quem miſit dominus in veritate. Hac igitur appellatione , *Quod factum eſt ad Ioël*, ſuam confirmat & ratam facit legationem.q.d.cum Apoſtolo, Rom.
Rom. 15. 15. *Non audeo aliquid loqui eorum quæ per me non effecit dominus*,id eſt,à Deo habeo auctoritatem officij , nihil mihi vendico , ſicut pſeudoprophetæ , nihil arrogo mihi , non meipſum intrudo. *Nec quiſquam ſumit ſibi honorem,ſed qui*
Heb. 5. *vocatur à Deo,quemadmodum Aarõ*,Hebr. 5.*Itaque qui hæc ſpernit,non hominem ſpernit,ſed Deum,qui etiam dedit ſpiritũ*
1. Theſſ. 4. *ſuum ſanctum in nobis*, 1.Theſſal.4. *Prioris item ad* Corinth.
1.Cor.14 14.*Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis,quia domini ſunt mandata.* Animaduerte etiam ſedulò,quòd huiuſmodi Prophetis fuit vſitatum exordiũ: Verbum Domini quod factum eſt,&c.auguſtius quàm appareat:quod ex ſpiritu Dei vaticinentur , Verbum Dei afferentes,quod nulla ratione mutari aut impediri poteſt, non ſuas cogitationes. Prophetæ verè ὀαριςαὶ Θεῦ , & Spiritus Dei,id eſt, Diſcipuli , ſeu, auditores Dei , qui cum Deo colloquuntur,dici poſſunt,qui mentem , & linguam regit:dicente Chriſto , ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis: vt Minos legiſlator Cretenſium ὀαριςὺς τοῦ Διὸς,
Homer⁹ Odyſſ. li. 19. ante mediũ. ab Homero dicitur.quod à Platone amplificatur. Obiter hic obſerua verſum Græcum Homeri , ὀδυσσείας Τ. id eſt, Odyſſæ lib.19.ante medium,de Minoë:
Εννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριςὺς. id eſt, *Nouenius regnauit Iouis magni familiaris:*(auditor)ſiue diſcipulus. Plato in
Plato in Minoë, vel de lege ſub finem. Minoë,vel,de lege,inclinando verſus finem,ſic amplificat quod citatum eſt : Homerus,inquit,vbi de Creta mentionem faceret,quod eſſet admodũ populoſa , & in ea nonaginta vrbes,inter illas ait,eſt Gnoſos ampla ciuitas,in qua

Minos

Minos regnauit, nouẽ annos magno cũ Ioue collocutus. Tanta eſt hæc in Minoëm Homeri laus paucis verbis explicita, vt nũquàm pari laudatione Heroum quenquã extulerit. Minoëm annos nouẽ cum Ioue collocutũ, inquit, ad eumque diſciplinæ gratia, proficiſci ſolitum. quaſi Iupiter ſophiſta ſit, id eſt, vt interpretor, qui alios ſapientiam doceat, & philoſophiam profiteatur. Quòd autẽ tanto munere, hoc eſt, ab Ioue eruditum eſſe, alium Heroa nullum Homerus affecit, mira quædam laus exiſtimanda eſt. Hoc nempe carmen illud ſignificat, Minos regnauit nouem annos, magno cum Ioue ſolitus, colloqui. Minoëm videlicet cum Ioue annos nouẽ in ſermonibus congreſſum ὄαροι námque ſermones ſunt, ὀαριστὴς autem, eſt in ſermonibus congrediens. Minos itaque annos nouem Iouis antrũ erudiendus acceſſit. vnde & didicit, & docuit inde cæteros, quæ ab Ioue nouem annis acceperat. Erat conſuetudo illa cum Ioue, vt dixi, diſciplinæ gratia verborum collatio. Hucúſque Plato. Prophetæ autẽ cum Deo collocuti ſunt: ab eo edocti, quę poſtea homines docerent. Quod beneficium & à Dauide poſt ſexcenta alia commendatur, *Annunciat verba ſua Iacob, &c. Non fecit taliter, &c.* Prophetæ non de rebus vanis & terrenis, vt Gentiles, agunt, ſed ad Dei timorem, & fidem (quæ Chriſtianæ doctinæ ſunt capita) ſuos hortantur. Timor, hortationem ab obedientiã legis, item & pœnas continet: fides de Chriſto, & eius regno promiſſiones complectitur. Poſtremò, verbi diuini appellationes aliquot commemoremus, huicq; homiliæ optatum finem imponamus. Vocatur imprimis aqua refrigerans, ac per aquam Samaritanę myſticè deſignatur: Ioan. 4. *Puteus altus eſt, &c. Eccli. 15. Aqua* Ioan. 4.
ſapientiæ ſalutaris potabit illum, Iſa. 12. Haurietis aquas in gau- Eccli. 15.
dio, de fontibus ſaluatoris. 2. Semen fructificans, *Luc. 8. Semen,* Iſa. 12. c.
eſt verbum Dei. 1. Pet. 1. Renati ex ſemine incorruptibili per Luc 8.
verbum Dei. Iſa. c. 1. Niſi dominus reliquiſſet nobis ſemen, quaſi 1. Pet. 1
Sodoma eſſemus. 3. Lucerna, lumẽ, lux: mentẽ illuminãs, Pſ. Iſa. 1.
118. Lucerna pedibus meis verbum tuũ, & lumen ſemitis meis. Pſal. 118.
Prouerb. 6. Mandatum lucerna eſt, & lex lux. 4. Pluuia terrã Prouerb.
fœcundans, Iſai. 55. *Quomodo deſcendit imber de cœlo, & illuc* 6.
vltrà non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & Iſai. 55.
germinare eam facit: Sic erit verbum meũ quod egredietur de Pſal. 68.
ore meo: non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quacumque Hier. 23.
volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. Pſal. 67. Pluuiã Pſal. 118.

voluntariam ſegregabis, Deus, hæreditati tuæ. 5. Ignis nomina-
tur, Hier. 23. *Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, Dicit*
dominus? Pſal. 118. Ignitum eloquium tuū. 6. Gladius ſpiritus.
Epheſ.6. Epheſ.6. Vtraque parte acutus. Apoc.1.19. *Penetrabilior gla-*
Apoc. 1. *dio ancipiti. Heb.4. & Pſa.44. accingere gladio tuo ſuper femur*
19. *tuū, potentiſſime.* 7. Virtus Dei, *Rom.1. Euāgeliū virtus Dei eſt,*
Heb. 4. *in ſalutē omni credēti.* 8. Regnū Dei, *Mat.21. Auferetur à vo-*
Pſal.44. *bis regnū Dei, &c. & c.13. Omnis qui audit verbum regni, &c.*
Rom.1. Sic ab effectu appellatur. Nā per illud Deus corda regit, e-
Mat.21. iuſq; obſeruatores in regnum Dei perducit. Ad quod nos
13. quoq; poſt hūc vitæ decurſum, peruenire tandē valeamus
Apo.19. per Chriſtū, cuius nomē eſt verbū Dei, Apoc.19. Cui cū Pa-
tre & Spiritu sācto honor & gloria per æterna ſęcula. Amē.

HOMILIA III.

Verbum Domini quod factum eſt ad Ioel. filium Phatuel.

Cap. I. Ioelis.

PRAESENS Homilia velut quoddam ſpici-
legium, aut Racematio, ea quæ prætermiſſa
fuère in ſuperiore, quæque nos effugerunt,
cōplectetur: Ducto initio à verbo Domini:
Prophetæ enim frequenter clamant dicen-
Iſa.40. tes, *Hæc dicit Dominus*, Iſa.40. *Os Domini locu-*
Luc.1. *tum eſt. Luc.1. Sicut loquutus eſt per os ſanctorum. qui à ſæculo*
Hier. 1. *ſunt prophetarum eius. Hier.1. Ecce dedi verba mea in ore tuo.*
Ezech. *Ezech.29. Tibi dabo apertum os in medio eorum.* Ergo cuilibet
29. prophetarum dicamus illud, 3. Reg. 17. *Cognoui quoniam*
3. Regū *vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum eſt.* No-
17. tanda eſt phraſis, Verbum Domini, quod factum eſt ad
Luc. 3.c. talem, &c. *Sic* Luc. 3. *de Ioanne Baptiſta, factum eſt verbum*
Ioan.c.1. *domini ſuper Ioannem.* Appellaturque diuina inſpiratio, in-
ſtructio atque miſſio, Verbum Domini, & quia fuit à Deo
miſſus Ioannes, Ioan.1. vt teſtimonium de Chriſto perhi-
beret, pœnitentiámque prædicaret, Ideò verbum Domini
ſuper eū factū dicitur. Mittebātur à Deo veri Prophetæ. Ad
deſignandā igitur eorū legitimā miſſionē & vt à falſis di-
ſcernerētur Prophetis, præponere ſolēt ſacri vates: Verbū
Domini quod factū eſt, &c. Dicens autē filiū ſe eſſe Pha-
tuel, inſinuat, non ſolū ſe eſſe prophetā, ſed & patrē ſuū iu-
xta

xta canonẽ à D.Hiero.præſcriptũ. Is enim in c.1.Sophoniꝫ initio,ſcribit ad hũc modũ:Tradũt Hebræi cuiuſcumque Prophetæ patet,aut auus ponatur in titulo: ipſos quoque prophetas fuiſſe.vnde & Amos vnus de duodecim prophetis,qui dixerat c.7.*Non ſum Propheta nec filius Propheta, ſed paſtor caprarum,vellicans ſycomoros:* patris nomen in titulo nõ habet.Sic ille.Nec vacat myſterio quòd hic dicitur verbum factum eſſe, non ſolùm dictum. De multis enim id verum eſt, *Dicunt & non faciunt,* Matth.23. Oſtendit Iudas in Geneſi c.38.adimplenda eſſe,quæ dicuntur,quando non inuenta Thamar: vt illi promiſſum redderet hœdum, dicebat.*Certè mendacij arguere nos non poterit:ego miſi hœdum quem promiſeram,& tu non inueniſti eam. Sic fidelis eſt dominus in omnibus verbis ſuis.Si dixit,faciet.Sicut ſcriptum eſt:Dixit,& facta ſunt.* Et prophetarum verba dicuntur facta, & non ſolùm dicta. Chriſti verba,dicta & facta ſunt,Luc.24. *Fuit ille potens in opere & ſermone.* Viri probi verba ſimiliter vana & inania non ſunt. Vnde rex Daniel dicebat in Pſal. *Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.* Quòd ſi quæras,quare Ioël patris ſui nomen commemorat: Dicẽdum, Proculdubio id fieri,vt eum patrios retuliſſe mores agnoſcamus: ſicut decet filios hæreditare maiorum mores, & nequaquam à patrum ſuorum probitate degenerare. Iuxta illud, Ioan.8. *Si filij Abrahæ eſtis,opera Abrahæ facite. &* Iſai.51.*Attendite ad petram vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci de qua præciſi eſtis.Attendite ad Abraham patrẽ veſtrum, & ad Sarã,quæ peperit vos.* Quib⁹ verbis ſacer vates Iſaias filios Iſraël exhortatur ad imitandã fidem patris ſui Abraham,& puritatem matris Saræ. Vocat autẽ ibi Petram,ob fidei firmitatem, ipſum Patriarcham, & cõiugem eius ſterilem,honeſtã metaphorã & allegoriã, quia fœcundatam à Deo, cauernam loci nominare voluit propheta: vterus enim eius in ſenectute,cùm diſiiſſent Sarę fieri muliebria, virtute diuina apertus eſt, cùm eſſet antea clauſus, & ad cõceptionem fœtus planè inhabilis. Apertè verò ſeipſum expoſuit,ſubiiciens de Abrahamo & Sarra vxore eius, expreſſam mentionem.Quæ ad mores formandos dicta ſunt breuiter. Nunc antiqui Doctoris expoſitionẽ horum verborum, *Factum eſt verbum domini*, ſubiungere operæ pretium duxi.Scribit autem Didymus lib.2.de ſpiritu ſancto, D.Hier.interprete,ante medium, hoc modo:Cum in prophetis ſpiritus ſanctus ſit, faciens eos futura præcinere, & alia

D. Hier. in 1. cap. ſophoniæ prophetæ initio. *Amos. c.7.* *Matt.23* *Gen. 38.* *Luc. 24.* *Ioan.8.c.* *Iſai.51.* *Didym⁹ lib. de S. Sancto.*

alia quæ prophetalis operationis ſunt: ſermo Dei ad eos dicitur factus, vt ad id quod ad cõſuetudinẽ prophetarum eſt, *hæc dicit dominus*, etiam illud addatur: *ſermo qui factus eſt ad Eſaiam*, ſiue ad reliquos. Quòd autem prophetæ Sanctum habuerint: Deo manifeſtè loquente cognoſcimus. Ait enim: Quæcumque mãdaui in ſpiritu meo ſeruis meis
Amos 3. prophetis. Addo & illud Amos 3. *Non faciet dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas*: Et ſaluator in Euangelio ſignificat iuſtos viros, & eos qui ante aduentum ſuum ventura cecinerant, Sancti aſpiratione completos: interrogãs quippe Phariſæos, quid eis de Christo videretur: & audiens quia eſſet filius Dauid lo-
Matt.22 quitur, Mat.22. *Quomodo Dauid in ſpiritu vocat eum dominum dices: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis? Si ergo Dauid vocat eum in Sancto dominum, quomodo filius eius eſt?* Et Petrus ad conſortes fidei loquitur: *Oportebat impleri ſcripturam quam prædixit Sanctus per os Dauid de Iuda &c.*
Act.1.& 4. *Act.1. & in eodem rurſus libro, Act.4. Qui per ſpiritum, inquit, ſanctum ore Dauid pueri tui locutus es. Pſal.2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania?* Hactenus Didymus. Quid verò ſit verbum Dei, quamuis ſuperius dictum
Helmeſius lib.1. c. 11. de verbo Dei. ſit: ex ſuperabundanti tamen hoc etiam loco, ex Helmeſio noſtri inſtituti, *lib.1.c.11.* de verbo Dei, retractare ac repetere libet. Rectè, inquit, verbum Dei definire ſic poſſumus, quod eſt manifeſtatio voluntatis diuinæ, vel, verbum Dei, ſignum aut ſcriptum eſt, per quod nobis voluntas Dei bona, benè placens & perfecta manifeſtatur. Hoc autem fit per Chriſti Euangelium per ſacræ ſcripturæ libros canonicos, & per ſanctorum doctorum lucubrationes. Ergo ſa-
Prou.22. pientia Dei tripliciter eſt nobis deſcripta. *Pro.22. Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter.* Nimirum in vtroque teſtamento,
Cap. 12. de verbo Dei li. 1. ac eccleſiaſticis traditionibus, & c.12. Prius, inquit, pluuiæ guttas, arenam maris, folia arborum, gramina terræ, ſtellas cœli, dies ſeculi enumerauero, quàm fructus bonos omnes, qui ex doctorum ſcriptis in Dei eccleſia prodierũt
Cap. 14. eiuſdem lib. & nati ſunt. Et c.14. Per doctores concilia œcumenica, multa Deus mandauit & docuit, in euangelio vel lege de verbo ad verbum non exarata. Implicitè nihilominus & virtualiter, perinde ac in propoſitionib⁹ vniuerſalibus ibi
Cap. 20. lib.1. contenta, & *cap.22. eiuſdem lib.* Patres multa habent in ſacris literis non expreſſa, nec tamen aſpernenda. hactenus ille. Traditiones communiter vocantur huiuſmodi, quæ commu

communi doctorum calculo & conſenſu ex eorum decer-
pimus ſcriptis. Siquidem definiẽte Martino Pereſio Aiala, *Aiale 1.*
De traditionibus prima parte, Sumitur propriè traditio *parte de*
pro doctrina primorum, & maiorũ in politia fideliũ viua *traditio-*
voce accepta, & continua ſucceſſione, à patribus ad filios *nibus.*
deriuata, & conſuetudine peruetuſta firmata, ac in libris
authenticis illius politiæ minimè, contenta: & licet in aliis
inſtrumentis vel libris fide dignis ſcripta fuerit, non ob id
traditionis nomen amittit, tandem ſic accipitur, vt diſtin-
guatur à doctrina, quæ in libris canonicis reperitur. Hoc
modo accepit Paulus, 1. Timoth. 6. *dicens, O Thimothee, de-* *1. Tim. 6.*
poſitum cuſtodi, quod de doctrina viua voce tradita intelle-
xit. Quod autem Catholici diſtribuunt verbũ in ſcriptum
& non ſcriptum ſeu traditum, id ne videatur à ratione
alienum, ſimili quodam legum exemplo explanare operæ
pretium fuerit: Ait enim Iuriſconſultus, leg. 6. D. de iuſti- *Leg. 6.*
tia & iure, Ius ciuile conſtat aut ex ſcripto, aut ſine ſcri- *dig. de iu*
pto, vt apud Græcos: *Τῶν νομῶν οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι.* *ſtitia &*
Hoc eſt, legum aliæ quidem ſcriptis conſignatæ ſunt, aliæ *iure.*
verò in ſcriptis non habentur. Hìc repetere placet, quod
Iac. Gorſcius animaduerſione in Cruſium declinando ver- *Iac. Gor-*
ſus finem eleganter dixit cõtra Vvittembergenſes. Quòd *ſcius ani*
vos verbum Dei ſonetis, quòd confeſſiones veſtras è ver- *maduer-*
bo Dei hauſtas iacteris, id totum nihil eſt. Non omnis qui *ſione in*
dicit, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, in- *Cruſiũ.*
quit veritas ipſa, non omnes fidem orthodoxam habent,
qui verbum Dei ſemper perſonant. Sonabat Arrius ver-
bum Dei, dum verbum illud, quod ab æterno idem cum
patre eſt, mentiebatur, nomemque ſanctum Chriſti Ieſu
blaſphemabat. Quam eius hæreſim vos ipſi ita vt par eſt
oditis: hoſtes Chriſti omnes eos, qui eum ſequuntur, eſſe
pronũciatis. Arrius ſua peruerſa interpretatione, verbum
Dei ſubuertit, & pro verbo veritatis, verbum mendacij
reddit. Quòd ſi omnia ea fidem rectam ſonant, quæ è ver-
bo Dei ſtatuuntur, nulla hæreſis damnanda erit: cùm om-
nes hæreticorum doctrinæ, ex verbo Dei depromantur,
ſuos errores cõficiant, ſempérque ad verbum Dei prouo-
cent. Vnde illud commune dictum: Biblia librum eſſe hæ-
reticorum: cùm hæretici quicquid fingant, è verbo Dei ſe
omnia haurire clament. Non omnis, Cruſi, doctrina, quæ
verbo Dei munitur, doctrina Dei eſt. Verbo Dei Chriſtum
Sathan tentauit, verbum Dei afferebat, ſed ea fide, quę illi
mendacij

mendacij patri conuenit. Facilè demonſtrarem, omnes hę-reſes è verbo Dei ortas, at deprauato. Crepent veſtri iſti Pſeudologi, verbum Dei torqueant, & obtorto etiam collo, in ſuas fabricas trahāt, nihil equidem agunt: Deprauatum verbū Dei, deſinit eſſe verbum Dei: nihil veritati cum mendacio, nihil tenebris cum luce: purum putúmque verbū Dei Eccleſia ſeruat, inſanas eius interpretationes non fert. Nō, quod litera, quę occidit, ſonet, ſed qui ſenſus eius ſit, inquirit: ac omnem ſcripturam ſacrā, vt leges diuinas, cum ſumma fide interpretatur. Eum autem ſenſum verbi Dei verum eſſe ſtatuit, quem patres ſancti, quem œcumenica concilia, & conſenſus totius orbis Chriſtiani probauit, recepit, obſignauit, & fidei eccleſiæ, caſtè & integrè ſeruandum tradidit. Idem tu Cruſi, verbum Dei pro Sacramento Euchariſtię, quod ego, producis: idem ſonamus, eadem litera apud te, quæ apud me eſt, ſed ſenſus diuerſus. Ego ſenſum & conſenſum Eccleſiæ Catholicę, & Patrum ſanctorū & Cōciliorum œcumenicorum, complector: Panem in carnem, & vinum in ſanguinem Chriſti, verbo Dei verbi: verumq́ue Chriſtum in elemento, & Euchariſtiæ ſacramento ſumere me profiteor. Tu aliud nugaris, manere elementa ais, tranſſubſtantiationem negas, vt Sanctum in lauacro ſancto aquæ adſiſtere. Ita Chriſtum pani & vino aſſeris, quod vt tuis perſuadeas, verbum Domini concrepas. Quod idem verbum Caluinus arripit, & ex eo nihil in Euchariſtia, pręter panem ipſum & vinū merum, eſſe mentitur: teq́ue qui Chriſtum elementis tuis præſentem aſſiſtere, cum pane manducari, cum vino, contendis & deducis, ridet, Chriſtum ad dexteram patris cum carne ſedere ait, panem & vinum, ſigna tantùm eſſe Chriſti in cœlo ſedentis mentitur. Vides, Cruſi, vinum & idem verbum Dei nos afferre, non idē tamen ex eo omnes cōcludere, quemque ſuum ſenſum illi affingere: Cùm vnus ſemper ſenſus eius ille, quem Sanctorū patrum cōſenſus approbauit, verus maneat. Non igitur qui verbum Dei ſonet, verbo Dei vtitur, ſed qui eo ſenſu, quem cōſenſus Eccleſiæ docet, ſequitur. Cùm igitur veritas verbi diuini, non in litera, ſed in ſenſu & conſenſu conſiſtat, nihil agitis, verbum Dei nobis obijcientes, cum præter literam, nihil verbi diuini retineatis, ſenſus verbi Dei, ſpiritus eſt, qui viuificat, ſonus literarū aut nihil eſt, aut miniſterium mortis, vt Chriſtus aliis reſurrectio, aliis verò ruina fore à Symeone prædicitur,

tur, & lapis offenſionis & petra ſcandali. Ita verbum eius alios ſanat, alios occidit: Sanat eos, qui ſenſum & conſenſum Eccleſiæ & SS. patrum ſequuntur: Occidit iſtos, qui Eccleſia Catholica cæcitatis damnata, ſenſu eius & conſenſu reiecto, ſua ſomnia, ſuóſque inſanos ſenſus, verbo Dei affingũt. Et rurſus, Eccleſia, inquit, integrum verbum Dei, integram veritatẽ ſeruat, in verbo Dei omnia locat. Deinde, Cuius patres ſenſum, qui eſſet monſtrarũt: ac omnes in eo interpretando conſenſerunt: Nam ſi quis aliter verbum Dei, quam Sanctus Patres docuerit, interpretatur, non iam illud verbum, ſed hominis eſt. Dei ſonus, ſenſus hominis fuerit. Hucuſque Gorſcius, vnde colligere haudquaquam fuerit difficile, integrum Dei verbum, nõ ſolùm ſcripto, verumetiam non ſcripto conſtare: ex tradita nimirum à SS. patribus vniformi atque conſentanea interpretatione: Vnde Clemẽs Alexand. Panteni quidem martyris diſcipulus, præceptor verò Origenis, ſuis illis ſtromatibus haud infrequenter non ſcriptarum meminit traditionum. Initio igitur ſtromatũ pauca de cõcionatorum, & ſcriptorum ſcopo præfatus, ita de Chriſtianę fidei doctrina ſub frumenti & agriculturę allegoria attexuit, ἡ γεωργία δὲ διττὴ, ἡ μὲν γὰρ, ἄγραφος: ἡ δ' ἔγγραφος. ὁ ποτέρως δ' ἂν τοῦ κυρίου ἐργάτης σπείρῃ τοὺς εὐγενεῖς πυρὸς, καὶ τοὺς στάχυς αὐξήσῃ τε καὶ θερίσῃ, θεῖος ὄντως ἀναφανήσεται γεωργὸς, id eſt, Agricultura autem duplex eſt, vna quidem quæ ſcriptis nõ continetur: altera verò quæ continetur. Vtróuis autem modo domini operarius præclarum frumẽtum ſeminauerit, & ſpicas auxerit, & meſſuerit, verè diuinus apparebit agricola. Idẽ li. 6. Strom. ante media, de vera cognitione differens, Cognitio ipſa eſt, ait, quę per ſucceſſionem ad paucos ex Apoſtolis abſque ſcriptis tradita peruenit. Denique li. 7. Stromat. declinãdo verſus finem luce clariùs meridiana, Traditionis eccleſiaſticæ non ſcriptę docet auctoritatem, ita ſcribens: Neceſſe eſt labi in maximis, eos qui res maximas aggrediuntur, niſi regulã veritatis ab ipſa veritate acceptam tenuerint. Quæ autem hæc ſit regula adeò neceſſaria, mox ſubtexuit, adhibita hac ſimilitudine: Quomodo ergo ſi quis fiat beſtia ex homine, ſimiliter atque ij, qui fuerant infecti venenis Circes: Ita homo Dei eſſe, & domino fidelis eſſe perdidit, qui aduerſus eccleſiaſticam recalcitrauit traditionem, & in humanarum hæreſeôn deſiluit opiniones. Hactenus antiquus ille pater. Sed eo antiquiorẽ proferamus,

Clemens Alexãd. lib. 4. Strom. initio.

Idẽ lib. 6 Strom. ante media.

Et lib. 7. Strom. verſus finem.

Dionyſius lib. 1. Eccleſ. Hier. c. 1. verſus finem.

feramus, B.Dionyſium Areopagitam, lib.1. Eccleſiaſticæ hierarchiæ c.1.ſub finẽ: Res,inquit,diuinas per humanas, res materia carentes per materiales, cœleſtiáque per res iſtas ſenſiles. Ταῖς ἐγγράφοις τε αὐτῶν καὶ ἀγράφοις μυήσεσι, κατὰ τοὺς ἱεροὺς ἡμῖν ἔδοσαν θεσμοὺς, id eſt, Scriptis & non ſcriptis ſuis ſacris initiationibus, pro ſacroſanctos nobis tràdidere ritus atque cæremonias. Sic ille. Quod non tantùm de ſacrorum ritibus ac ſacramentorum cæremoniis accipiendum eſſe, ſed etiam in vniuerſum de credendis, vel hoc vnum ſatis indicat, quod idem Pauli diſcipulus pro infantum Baptiſmate propugnando, attulit non ſcriptam traditionem, Vetuſta, inquiens, traditione nobis proditam: eius verba ſunt ad calcem eiuſdem Hierarchiæ Eccleſiaſticæ: πλὴν γε, ὅτι καὶ περὶ τούτου ταῦτα φαμὲν ἅπερ οἱ θεῖοι ἡμῶν ἱεροτελεσταὶ, πρὸς τῆς ἀρχαίας μυηθέντες παραδόσεως, εἰς ἡμᾶς προήγαγον. Hoc eſt, vt vertit Perionius, tametſi hoc quoque de hac re dicimus, quod diuini noſtri Põtifices à veteribus acceptum nobis tradiderunt. Sic ibi. Hiſce pauculis ſed luculentis demõſtratũ opinor, Dionyſiũ nõ minus auctoritatis diuinæ crediſiſſe traditionibus nõ ſcriptis inſediſſe, atq; ſcriptis. Subiiciã & D.Baſilij meritò magni nuncupati ſuffragiũ, is igitur, c.27.de Spiritu-ſancto, cõcorditer ſcribit: τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως, διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα, ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς, ἀντερεῖ, ὅστις γε κἂν κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. Hæc ſic vertenda exiſtimo: Eorum quæ in Eccleſia conſeruata, & prædicata ſunt, dogmatum: quædam ex ſcripta habemus doctrina, alia ex Apoſtorum traditione, nobis quaſi per manus in myſterio atque arcano tradita ſuſcepimus: Quæ vtraque ad religionem Chriſtianam eandem vim habent, & his nemo cõtradicet, quiſquis certè vel tenuiter Eccleſiaſticorum rituum peritus fuerit. Hactenus Baſilius. Cui adſtipulatur & Epiph.to.1.l.2.cont.hæreſ. Κατὰ Ἀποστολικῶν, hæreſ.61. procedendo verſus finem, ita ſcribens: Δεῖ δὲ καὶ παραδόσει κεχρῆσθαι οὐ γὰρ πάντα ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς δύναται λαμβάνεσθαι διὸ τὰ μὲν ἐν γραφαῖς, τὰ δὲ ἐν παραδόσει παρέδωκαν οἱ ἅγιοι Ἀπόστολοι, ὥς φησιν ὁ ἅγιος ἀπόστολος, ὡς παρέδωκα ὑμῖν, καὶ ἄλλοτε, οὕτως διδάσκω καὶ οὕτως παρέδωκα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. Hoc eſt, Oportet autem & traditione

Aliàs, παρέδοσαν.

Idem circa finem lib.de Eccle. Hierar. Perioni⁹ ĩterpres.

D. Baſilius libr. de SS. c. 27.

Epiph. to.1.li.2. cont.hæreſ.Apoſtol.h. 61

ditione vti. Non enim omnia à ſacra ſcriptura accipi poſſunt. Quapropter aliqua in ſcripturis, aliqua in traditione Sancti Apoſtoli tradiderunt. Quemadmodum dicit S. Apoſtolus: Sicut tradidi vobis: & alibi: ſic doceo, & ſic tradidi in Eccleſiis. Sic ille. Id demum Concilij Tridentini authoritate comprobatur ac deciditur his verbis, Seſſione 4. Veritas, & diſciplina continetur in libris ſcriptis, & ſine ſcripto traditionibus: quæ ex ipſius Chriſti ore, ab Apoſtolis acceptæ, aut ab ipſis Apoſtolis Spiritu ſancto dictante quaſi per manus traditę, ad nos vſque peruenerunt. Sancta Synodus, omnes libros tam veteris, quàm noui Teſtamenti, necnon Traditiones ipſas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel oretenus à Chriſto, vel à Spirituſancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia catholica conſeruatas, pari pietatis affectu, ac reuerentia ſuſcipit ac veneratur. Sic ibi. Ergo Achilles Hæreticorum corruit, & euertitur dogma illud, ſiue Axioma hæreticis omnibus per quam familiare, Nihil inquiunt, credendum quod non ſit ſcriptum. Agnoſcimus phraſes & modos loquendi eiuſmodi, non ex nouis aduerſariorum pulpitis prodiiſſe, ſed ab antiquis ſectariis eſſe mutuata. Quod autem antiqui errorum architecti huiuſmodi fuerint ſermonibus vſi, apertè indicant verba Maximini, Ariani Epiſcopi, quę commemorat D. Aug. to. 6. contra eundem lib. 1. in principio. Maximinus dixit, Si quod de diuinis ſcripturis protuleris, quod cõmune eſt cum omnibus, neceſſe eſt vt audiamus. Hæ verò voces, quæ extra ſcripturam ſunt, nullo caſu à nobis ſuſcipiuntur. Præterea cum ipſe dominus moneat nos, & dicat: *Sine cauſa colunt me docentes mandata & præcepta hominum.* Aug. dixit, Si ad iſta omnia reſpõdere voluero, id etiam ego agere videbor, ne veniatur ad cauſam. Proinde vt citò agamus quod inſtat, dic mihi fidem tuam de Patre & Filio & Spiritu ſancto. Et ſub finem libri: Idem Maximinus, Oro & opto, inquit, diſcipulus eſſe diuinarũ ſcripturarum. Nam ſi de patre, filio & S. Sancto quidquam affirmaueris de diuinis ſcripturis, ſi alicubi ſcripti lectionem protuleris, nos diuinarum ſcripturarum optamus inueniri diſcipuli. Huc uſque Maximinus Arrian⁹ qui cum nobiliſſimo doctore D. Aug. auſus eſt diſputare, & in arenam deſcendere, hac tamen lege, vt nõ patiatur ſe alia re vlla, quàm ſcriptura ſacra vrgeri. (quæ nũc temporis purum putum Dei verbum appellatur (illa quę à

Conciliũ Tridentinum Seſſione 4.

D. Aug. to. 6. lib. 1. contra Maxim. Arianorum. Epiſcop.

Matt. 15.

Catholicis,pro vera Scripturarum intelligētia produci ſolent,acſi hæc commenta eſſent,& hominū traditiones,excipiens. Quam vulgarem ſectariorū fugiēdi potius quàm pugnandi rationem ſic contempſit Auguſt.vt eam nō exiſtimaret ſua reſponſione dignam: ſed ad propoſitam difficultatē reuocans,aduerſarium, docet hos verborū fumos, & inania præludia,omnibus omnium partium hominibus poſſe eſſe cōmunia: Nam non ſolum Catholici Scripturarum poſſeſſionē vſumque ſibi vēdicāt(idque meritò, cum ad illos propriè Scriptura, eiuſdémque interpretatio ſpectare cognoſcatur)ſed etiam hæretici vniuerſi,quātumuis ignorantes ſint,& abſurdorū dogmatū defenſores,ſic gloriantur hoc ſcripturarum nomine vt contēnant & cōdemnent omnem ſapientiā,& eruditionem Eccleſiæ catholicę, totiúſque mundi velut ſtultitiā & inanem fatuitatē,vix vt vllum artificē tam vilem & abiectū inter Hugnoſticos reperias, qui non audacter ſeſe opponat vniuerſæ Eccleſiæ Chriſti, hac cautela fultus, purum putum Dei verbū præponendū eſſe humanis doctrinis atque inuentionibus.Purū enim Dei verbū nominant Biblia ſua Geneuenſia falsè, corruptè & fraudulenter tranſlata,vna cū ſordidis,friuolis & falſis ſuppoſitionibus inde deductis.Et vt generatim loquar,omnes quotquot fuerūt ſectarū magiſtri,in fraudem populi, hunc conſtituunt cōtrouerſiarū ſtatum inter ſe atque Catholicos:vtrūne illis,qui doctrinā in puro Dei verbo fundatam tuētur,ſit credendū potius, quā aduerſariis, qui ſuam religionē humanis traditionibus,atque inuentis ſuffultam defendunt.Cum tamen is ſtatus quęſtionis cenſeri nō debeat,ſed hic:Vtrum illi potius,quàm nos genuinum ſenſum verámque ſcripturæ intelligentiam habeant, cuius & ſyllabæ & verba ſcripta ab vtriſque agnoſcuntur, & recipiuntur indiſcriminatim:Et vtrùm illi ſequātur geminum germanumque ſenſum, qui proprio ducūtur ſpiritu,aut nos,qui adhærem⁹ ſpiritui Eccleſiæ.Intelligant igitur omnes oportet, quòd quemadmodum hæretici illum ſcripturæ ſenſum, quem ipſi ſuperbè & ignoranter elegerunt,putum putū Dei verbū ſoliti ſunt appellare:ita etiam ex aduerſo ſcripturæ ſenſum & interpretationē,ſecundum Eccleſię iudicium Patrúmque conſenſum,humanas phantaſias & inuentiones nominare:quamuis cōſtet priuatum, ſingularem & nouum illum ſpiritū nihil pręter inania viſa continere:Communē è contrario,vniuerſalem,antiquam & catholi

Verus cō trouerſiæ ſtatus.

& catholicam interpretationem,verum & purum Dei verbũ eſſe,vtpote,cui omnis doctrina noſtra:hoc eſt,Catholica innititur.Perpetuò enim ſcripturæ ſanctæ ſecundũ vnanimem Patrum conſenſum interpretandæ ſunt.Secundum Spiritũ veritatis à Chriſto Apoſtolis ſuis & toti ſimul Ec- *D. Aug.* cleſiæ promiſſum: non iuxta cuiuſuis Hugnoſtici phanta- *to. 6. lib.* ſiam. Proprerea D.Auguſtinus to.6.l.32. cõtra Fauſtũ Ma- *32. cõtra* nichæum,c.19.ſimiles homines notauit his verbis: Videtis *Fauſtum* id vos agere , vt omnis de medio Scripturarum auferatur *cap. 19.* authoritas, & ſuus cuiuſque animus Author ſit, quid in quaque ſcriptura probet,quid improbet: id eſt, vt non authoritati ſcripturarũ ſubiiciatur ad fidẽ,ſed ſibi ſcripturas ipſe ſubiiciat: non vt ideò illi placeat aliquid, quia hoc in ſublimi authoritate ſcriptum legitur:Sed ideò rectè ſcriptum videatur,quia hoc illi placuit. Hacten⁹ D. Auguſt.At euitandum ergo hos ſpiritus priuatos, optimũ & neceſſarium eſt vrgere cõtra hæreticos non tam ſcripturã, quàm Apoſtolicas traditiones,Cõciliorum decreta & ſanctorum Patrũ interpretationes catholicas. Quæ omnia perperam ab hęreticis vocantur traditiones aut mandata hominum: cùm ſint ordinationes SSti.qui perpetuò ſuæ Eccleſiæ aſſidet,quæ eſt columna & firmamentum veritatis,vt vas electionis diſertè ſcripſit. Non eſt ergo verũ illud hæreticum dogma : Nihil credendum , quod non ſit ſcriptum. Cuius confutationem vide apud Lindanum primis nouem capitibus libri Panopliç primi.Arguti ſcilicet & egregij ſophiſtæ ſunt hęretici:quibus nihil magis in vſu eſt,quàm locus ab authoritate negatiuè,qui apud peritos dialecticos nullius eſt momenti.Animaduertere,quæſo, quòd ſeipſum euertit prędictum hęreticorum axioma.Vbi enim ſcriptum eſt expreſſis verbis illud: Nihil credendum?&c.Arrius nolebat credere *ὁμοούσιον*, prætexens hoc ipſum,quia non eſſet ſcriptum.Ad cuius inſtar noſtræ tempeſtatis hęretici,Miſſam abrogatam cupiunt:(Antichriſti nempe hoc ipſo præcurſores ſeſe comprobantes)quia(vt blaterant) Miſſæ nomẽ ac vocabulum in ſacris Bibliis nuſquam comperiatur. quod vel ex malitia,aut ſanè ex ſacræ ſeu Hebraicę linguę ignoratione procedit:*Cum Deut.16.*in fonte Hæbraico le- *Deut.16* gatur,מסה,id eſt,oblatio ſpontanea. Qua de re in decadibus noſtris ſacris cùm de ſacroſancta ageremus Euchariſtia , ſatis nos dixiſſe recolimus. Ea de cauſa conſimiliter Tranſſubſtantiationem reiiciunt, quòd nuſquam tale in

Bibliis occurrat vocabulum. Ob id etiã Purgatorium improbant,& quid non? Quos interrogo,an tres perſonas in diuina Trinitate non credant?Et tamen D.Auguſtinus to. 3.l.7.de Trinitate,ca.4.diſertis profitetur verbis: Nec tres perſonas alicubi ſcripturã cõmemorare inuenimus.Licuit loquẽdi & diſputandi neceſſitate tres perſonas dicere, ait, non quia ſcriptura dicit,ſed quia ſcriptura nõ contradicit. Idẽ rurſus,Sunt multa,inquit, quæ vniuerſa tenet Eccleſia & ob hoc ab Apoſtolis præcepta benè creduntur,quãquam ſcripta non reperiantur. Audis,hæretice,D.Aug.optimum fidiſſimumque antiquitatis interpretẽ? Hoc enim elogio exornat illum hæreſiarcha Caluinus, alter Lucianus (vt eius anagramma ſatis loquitur.) Is ipſe Auguſt.to.6.contra Epiſtolam Fundamenti cap.5. Ego, inquit, Euangelio non crederem, niſi authoritas Eccleſiæ, ad id me commoueret.Patet itaque quod regula fidei non eſt ipſa ſcriptura, quin potius verbum traditum. Quod enim illud Euangelium ſit Matthæi, illud autem Ioãnis,ſicque de aliis duobus: quódque 4.tantum nec plura nec pauciora recipiamus Euangelia, aut melius, quatuor duntaxat vnius Euangelij ſcriptores,nec plus minuſve, non niſi ex authoritate totum hoc conſtat Eccleſiæ. Quæ ſint noui & veteris Teſtamenti volumina,ex maiorum traditione per Spiritum ſanctum inſpirata, creduntur; nec ex Biblicis ſcripturis hæç omnia habentur. Falſum eſt proinde quod nihil credendum ſit,quod non ſit ſcriptum. Quæris,fortè,quale ſit iudicium Eccleſiæ & ſententia circa hoc? Exemplo ſcripturæ accipe. Tale nimirum, quale fuit iudicium Regis Salomonis, ſuper infante illo, de quo contendebant duæ illæ mulieres meretrices, Vtrius eſſet filius. 3. Reg.3.quod non effecit, vt puer ille filius eſſet matris ſuæ, cui ex ſententia regis controuerſiam dirimente,datus eſt:ſed declarauit, & authoritate iudiciali decreuit, vt haberetur pro eius filio, & non amplius ſuper ea re contenderetur. Sic iudicium primæ Eccleſiæ diuinis ſcripturis non præſtitit, vt veræ eſſent, atque diuinæ, ſed declarauit illas eſſe diuinas, & authoritate & magiſterio ſpiritus, quo potens eſt, iuxta Pauli ſententiam, de huiuſmodi ſpiritualibus iudicare, recipi eas fecit, & reuereri coëgit. Eſt ergo reſolutio, quòd credimus, hanc ſcripturam eſſe diuinam, quia primi patres, Apoſtoli & apoſtolici viri eam recipiendam eſſe iudicauerunt, & receperunt. Hæc Aiala, 3. parte aſſectione

D. Aug. to. 3.li.7. de Trin. cap.4.

Idem to. 7.lib.5.de Baptiſmo contra Donatiſtas cap.23.

Caluin⁹.

D. Aug. to.6.contra epiſt. fundamẽti cap.2.

3. Reg.3.

aſſectione 1. in fine. Finiero, ſi hęreticos modernos rogem, Num credant & recipiant Symbolum fidei? Et tamen D. Hieronymus tomo 2. in Epiſtolá ad Pammachium aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani; Symbolum, ait, fidei & ſpei noſtræ, quod ab Apoſtolis traditum, non ſcribitur in chárta & attramento, ſed in tabulis cordis. Hæc D. Hieille. Tempus eſt, vt obiectiones hæreticorum diluamus. Illi namque vt probent omnia in vtroque Teſtamento contenta ſufficere ad ſalutem vſurpant illud, 2. *Timoth. 3. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum &c.* quæ ſuprà protulimus? Reſpondeo, Apoſtolum hac propoſitione vniuerſali, Omnis ſcriptura &c. Cõplexum fuiſſe vtrumque verbum, de quo agitur, ſcriptum & non ſcriptum ſeu traditum, & vtrumque quidem ad ſalutem neceſſarium. Quod ſi vrgeant vocabulum ſcripturæ, γραφὴς, Reſpondeo, traditiones quãuis formaliter & expreſsè non contineantur in vtroque teſtamẽto, nihilominus inde deducuntur, quapropter nõ deſinunt ſcripturæ nomine cenſeri, ac illo ſubintelligi vocabulo. Teſtis D. Apoſtol⁹ ſcribens, *poſterioris ad Corinthios 3; Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris; quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus: ſcripta, inquam, non atramento ſed ſpiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Et Hier. 31. Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. Idipſum Heb. 10. repetit D. Paulus.* Quod verò appoſuit idem dicens, diuinitùs inſpirata, confirmat propoſitũ, cùm traditio Scriptura quædam ſit menti inſcripta digito Dei viui, diuinitúſque inſpirata, vt ſuprà patuit. Frãciſcus Turrianus De dogmaticis characteribus: lib. 1. f. 9. Apoſtolus cum docet vtilem eſſe ſcripturam &c. Cùm ſcripturam dixit, ea quoque intelligi voluit, quæ Apoſtoli ſine ſcripto Eccleſiis omnibus tradiderunt, ſiue ad myſteria vel ſacramenta pertinerent, ſiue ad alia dogmata, quæ licet pauiò obſcurius, ex ſcriptura tamen ratione connexi neceſſariò cõcluduntur, quæ duo vt D. Dionyſius ait, colligata & implicata ſunt cum ſcriptura. Idcirco Ap. poſtquã dixit paulò ante præcedentia verba, *Tu autem permane in ijs, quæ didiciſti. 2. Tim. 3. ſubiungit & credita ſunt tibi,* vt tũ ſcripta, tum non ſcripta compreheſa eſſent. Credita enim dixit, quæ in priore ep. 6. vocauerat depoſitum. *Depoſitum,* inquit; *cuſtodi deuitans profanas vocum nouitates.* Tertullianus autem lib. De præſcriptionib. aduer. hęret. per depoſitũ ait, inculcari, non

Aiala 2 parte de Tradit. aſſertiõe 1. in fine.

D. Hieron. to. 2. epiſt. ad Pammachiũ aduerſus errores Io. Hieroſolym.

2. Tim. 3.

2. Cor. 3.

Hier. 31.

Heb. 10.

Turrianus de Dogm. charact. lib. 1.

Tertullianus de præſcrip. aduerſus hæret.

non admittendam eſſe aliam,præter eam,quã audierat ab ipſo,doctrinam,& puto coram multis, inquit teſtib⁹,ibid.

Hæc ergo de depoſito doctrinæ ſiue ſcripto, Apoſtolus dixit credita, in quibus præter illa, quæ ex ſcripto didicimus,permanere præcepit, quæ quia ad ſcripturam pertinent,vt riuus ad fontem,& ad eam pari authoritate referenda ſunt,tanquam ex ea nexa, idcirco ſubiungit Apoſt. illa quoque credita complectens.Omnis ſcriptura diuinitùs inſpirata,& quæ ſequuntur.Itaque cùm ſcripturam dixit:verbum Dei intelligi voluit, ſiue ſcriptum, ſiue non ſcriptum,cum ſcripto tamen colligatum. Hactenus Turrianus.Dicit etiam,Vtilis eſt,non autem ſufficiens eſt. Inde autem quilibet haurire poteſt,quod ſibi ſatis eſt,modò ad hauriendum deuotè ac piè,vt vera religio poſcit, accedat:& quemadmodum Chriſti paſſio eſt ſufficiens, ſed illam nobis applicari oportet vt proſit., tanquam pharmacum aliquod & ſalutare medicamentum, ſic etiam ſcriptura ſufficiens eſt, cum vera applicatione, & expoſitione, ſecundum antiquorum traditionem & patrum doctrinam.Non enim ſatis eſt cum diabolo celante ſcriptu-
Matt.4. ram,Matth.4.*Dicere,ſcriptum eſt: Angelis ſuis mandauit,&c.*
Ioan.19. & cum Iudæis,Ioan.19.*Scriptam legem proferre: Nos legem habemus & ſecundum legem debet mori, &c.* Cùm ſacra ſcriptura non ſit in verbis, ſed in ſenſu, non in ſuperficie,ſed in medulla,quia litera occidit, Spiritus autem vi-
Ruffinus hiſt.eccl. lib.11.c.9 uificat(vt ait Apoſtolus.)Sic Ruffinus hiſt.Eccleſ.lib. 11.c. 9.Baſilius & Nazianzenus,ait,per annos tredecim in monaſterio,ſolis diuinis voluminibus operam dabant: Eorúmque intelligentiam,non ex propria præſumptione,ſed ex maiorum ſcriptis & auctoritate, ſequebantur: quos & ipſos ex Apoſtolica ſucceſſione intelligendi regulam ſu-
Caſſiodorus tripart. lib. 12.c.4. ſcepiſſe conſtabat.Caſſioderus tripartitæ lib.12.ca.4. Neſtorius,inquit,in hæreſim lapſus deſcribitur, qui dum naturaliter eloquens eſſet,ſe putabat doctum, & libris antiquorum interpretum dedignabatur incumbere, omnibúſque ſe meliorem putabat eſſe. Quod autem tales Ec-
D. Hieronymus lib.1. cõment. in epiſt. ad Gal.c.1. cleſiaſticas expoſitiones Sanctorum Patrum repudiantes, non habeant Dei Euangelium, diſertè teſtatur. D. Hieronymus lib. 1. commentariorum in Epiſtolam ad Galatas cap.1.his verbis:Marcion,& Baſilides, & cæteræ hereticorum peſtes,non habent Dei Euangelium, quia non habẽt Spiritum ſanctum.Nec putemus (proſequitur ibidem) in

ver

verbis ſcripturarum eſſe Euangelium,ſed in ſenſu,non in ſuperficie,ſed in medulla, non in ſermonum foliis,ſed in radice rationis. Deinde, alioquin & diabolus,qui loquitur de ſcripturis, & omnes hæreſes, ſecundum Ezechiel, inde ſibi conſuunt ceruicalia, quæ ponant ſub cubito vniuerſæ ætatis: Hæc Hieronymus. Nunc de effectis verbi diuini paulo fuſiùs agamus, eiúſque characteribus: Verbum Domini primùm illuminat intellectum, Pſalm. 118. *Declaratio ſermonum tuorum illuminat.* Pſal.118.
2. Inflammat affectum, Pſalmus 104. *De Ioſeph dicitur:* Pſ. 104.
Eloquium Domini inflammauit eum. 3. Mundat & purificat,auctore ſaluatore,Ioan. 15. *Vos mundi eſtis, propter ſermonem, quem loquutus ſum vobis.* 4.Sanat animas.Sapien. Ioa.115. Sap.16.
16. *Neque herba,neque malagma ſanauit eos, ſed tuus, Domine ſermo,qui ſanat omnia.* 5.Frangit cordis duritiem atque emollit, Hierem. 23. Nónne verba mea quaſi malleus conterens petram? 6. Inſtar clypei defendit & protegit nos contra tentamenta diaboli, Prouerb. 30. *Omnis ſermo Dei ignitus clypeus eſt ſperantibus in ſe.* 7. Delectat ſtudioſos,Pſal.118. *Lætabor ego ſuper eloquia tua,ſicut qui inuenit ſpolia multa*, Vel, qui inuênit theſaurum abſconditum,vt in parabola,Matt.13.Imò *omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua,* Sapien.7. *Deſiderabilia ſuper aurum,& lapidem pretioſum multum: & dulciora ſuper mel & fauum.* Pſalm. 18. A morte eripit æterna. Ioann. 8. *Si quis ſermonem meum ſeruauerit,mortem non guſtabit in æternum.* 9.Sanctificat profana, 1. Timoth. 4. *Sanctificatur per verbum Dei & orationem.* 10. Summam nobilitatem comparat,ex Pſal.81.*Ego dixi Dij eſtis,illos dixit Deos,* inquit Chriſtus,Ioann.10.*ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura.* 11.Ardere facit cor pium, Luc. 24. *Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis.dum loqueretur in via Dominus,& aperiret nobis ſcripturas?* 12. Memoriam paſcit dum ruminatur.Pſalm.118. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.*Eccli.15.*Cibauit illũ pane vitæ & intellectus.* &,ex Deut.8.*Retulit Chriſtus.* apud Matth.4.c. *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Vnde Lactantius lib.1.c.1.Diuinarum Inſtitutionum:Nullus ſuauior animo cibus eſt, quàm cognitio veritatis, & de ſanctiſſima Deipara ſcribitur, Luc. 2. *Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo.* & de altera Maria, capit. 10.dicitur: *Maria ſedens*

Hier.23. Prou.30. Pſ.118. Mat. 13. Pſal.18. Ioan. 8. 1.Tim.4. Pſal. 81. Ioan.10. Luc 24. Pſal.118 Eccli.15. Deut. 8. & Mat. 4. Lactantius libr. 1.c.1. Luc.2. Luc. 10.

ſectus pedes Domini, audiebat verbum illius, Sicque non ventrem ſed mentem paſcebat. Eſt ſiquidem verbum Dei, pa-
Pſal.118. bulum animi.13. Viuificat, Pſal. 118. *Eloquium tuum viuificauit me.* Et iterum, *In æternum non obliuiſcar iuſtificationes*
Pſal.118. *tuas, quia in ipſis viuificaſti me.* 14. A peccato reuocat. Pſ.118.
Ioan. 6. *In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccē tibi.* Ioā.6. *Verba vitæ æternæ habes, Domine.* dicebat D. Petrus Chriſto, & ibidē, ait Chriſtus: *Verba quæ loquutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* 15. Armat in pugna ſpirituali aduerſus hoſtes. Iſto enim gladio Chriſtus Sathanam repulit & expugnauit:
Matt.4. Mat.4. ter citans Verbū Dei. *Scriptū eſt, ſcriptum eſt, ſcriptū eſt,* Eph.6. *Accipite armaturā Dei: Vt poſſitis reſiſtere in die malo, Aſſumite gladiū ſpiritus* (*quod eſt Verbum Dei*) *clypeus eſt,* vt ſuprà diximus, ad repellēda tela nequiſſimi aduerſarij noſtri diaboli, *Cui reſiſtite fortes in fide*, ait Apoſtolorum
1. Pet.5. columen & vertex Petrus, 1. Petr.5. Gladius etiam, ad confodiendum gigantem ſicut Dauid olim Philiſtęum, 1. Reg.
1.Reg.17 17. & Iudith Heroina virago tyrannum Holofernem, c.13.
Iudith. 16. Verbum Dei denique, in regnū Dei ſaluat. Nam, *Beati*
13. *qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*, Luc. 11. omnes
Luc 11. beati eſſe cupimus: Ergo, (quod ſequēti dicetur Homilia) & Audiamus ſedulò, aure nedum corporis, verumetiam cordis, & cuſtodiamus verbum Dei, vt beatitudinē optatam conſequamur. Audire quidem Verbum Deí, multorū eſt, Cuſtodire non item. Cuſtodiendum eſt verbum Dei, in corde bono & optimo, *Vt fructum afferat in patiētia,* Luc.
Luc.8. 8. Cuſtodiendum in opere. Nam, *ſeruus ſciens voluntatem Domini, & non faciens ſecundum voluntatem eius, vapulabit*
Luc.12. *multis* Luc. 12. *Nec auditores legis, ſed factores apud Deum iu-*
Rom.2. *ſtificabuntur,* Rom.2. *Vos amici mei eſtis, dixit Saluator Diſci-*
Ioan. 15. *pulis,* Io.15. *Si feceritis quæ præcipio vobis.* Nō dicit, ſi ſciueritis, ſi credideritis, ſi legeritis, ſi docueritis, ſed ſi feceritis.
Luc. 10. Hoc fac & viues, ait Chriſtus, Luc.10. Finis erit huius digreſſiōis ſi hoc addidero.17. Verbū Dei ſcutū eſt, cōtra oēs tentatoris technas, ſtratagemata, dolos, & artes. Iuxta il-
Pſal.90. lud, Pſal.90. *Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. A ſagitta volante in die, &c.* Etenim ſi tentaris de ſuperbia, memento ſcriptum eſſe, Eccli.10. *Odibilis*
Eccli.10. *coram Deo & hominibus, eſt ſuperbia. Quid ſuperbis terra &*
Iac.4. *cinis?* Iac.4. *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiā.*
Eccli.10. *Si de auaritia, ſcriptum eſt.* Eccli.10. *Auaro nihil eſt ſceleſtius.*
Luc. 12. *Hic enim & animam ſuam venalem habet.* Luc 12. *Cauere ab*

omni

omni auaritia,&c. Si de gula,ſcriptum eſt:Nume.11.& Pſal. *Num.11.*
77.*Adhuc eſcæ erant in ore eorum, & ira Dei aſcendit ſuper* *& Pſ.77.*
eos. Et prophanus ille Eſau,propter vnam eſcam vendidit pri-
mitiua ſua,& poſtea cupiens hæreditare promiſſionem reproba-
tus eſt. Heb.12.Si de luxuria,ſcriptum eſt:Heb.13. *Fornica-* *Heb. 12.*
tores & adulteros iudicabit Deus & 1.Cor.6. *Fugite fornica-* *Heb. 13.*
tionem.Qui enim fornicatur,in corpus ſuum peccat.Tollens ergo *1.Cor.6.*
membra Chriſti,faciam membra meretricis? Abſit,& 1. Cor.3. *1.Cor.3.*
Neſcitis quia templum Dei eſtis:& ſpiritus Dei habitat in vo-
bis? ſi quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illũ Deus.
Si de inuidia,ſcriptum eſt:Prouer.14. *Putredo oſſium inui-* *Prouer.*
dia.Imò,qui odit fratrem ſuum,homicida eſt, 1.Ioan.3.Si de *14.*
ira,ſcriptum eſt:Pſal.4.*Iraſcimini,& nolite peccare*,Epheſ.4. *1.Ioan.3*
*Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.*Matth.5. *Beati mi-* *Pſal.4.*
*tes,&,omnis qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio.*ibidẽ.Ad- *Epheſ.4*
do & iſtud corenidis loco,Verbum Domini, Hebræis di- *Matt. 5.*
ci : דבר יהוה dauar Iehouah.Hæc autem vox, דבר dauar,
id eſt, verbum , cùm ſit trium literarum, myſterium ſan-
ctæ Triadis inuoluit,prima litera,ד patrem,qui &,שדי Sa-
dai,nominatur,hoc eſt,qui ſufficit, à quo item omnis no-
ſtra ſufficiẽtia eſt,quique nullo indiget,ſignificat. De quo
nomine, שדי, Sadai,ſic Galatinus,lib.2.de arcanis Catho- *Galati-*
licæ veritatis,c.16.Scribit ex Rabbi Moſe Maimonis filio, *nus lib.2*
quod compoſitum eſt, ex verbo, די, dai,quod eſt,ſufficit,& *ca.16.*
ex litera, ש, ſin nuncupata,quæ huic nomini Sadai, שדי
præponitur,idẽmq; valet quod,אשר,aſſer,id eſt,qui.Quã-
obrem Sadai,idẽ eſt,quod אשר די aſſer dai,id eſt,qui ſuffi-
cit,vel qui ſufficiens eſt,vel,qui ſufficientia eſt.Ideò nomẽ
hoc nunquã apud Hebræos,niſi de ſolo Deo dictum repe-
ritur.Neque mirum quidem.Sic ille & Reuchlinus Caba- *Reuchli-*
læ,lib.3.de eodem agens.Sadai,inquit, Latini verterũt di- *nus Ca-*
centes,Omnipotens:ſed aptiùs Hebraicè ſignificatur, ſibi *balia li.3*
ſufficiens,ſe contentus,& nullius indigens,quod Græci re-
ctiùs *αὐτάρκης*,id eſt, ſufficiens ſibi interpretãtur.Hæc ibi.
Et perſonæ Patris non incongruè appropriatur,quia Pater *Athana-*
à nullo eſt, ait D. Athanaſius in Symbolo, & Diuus Aug. *ſij Sym-*
to.3.lib.4.de Trinitate, c.20.Totius diuinitatis,ait, vel ſi *bolum.*
melius dicitur,Deitatis,principium pater eſt.igitur ratiõe *D.Aug.*
originis,& emanationũ diuinarũ.Pater per, די dai,vel,Sa- *to.3.li.4.*
dai,meritò inſinuatur.ב, 2.litera, בן, ben, id eſt, filium.3. *de Trini-*
ר, Ruahh,רוח,id eſt,ſpiritum,nempe,Sanctum. Tribus ſit *tate.c.20*
honor vnus,Amen.

Audite hoc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: ſi factum eſt iſtud in diebus patrũ veſtrorum? ſuper hoc filiis veſtris narrate, & filij veſtri filiis ſuis, & filij eorum generationi alteræ. Ioël 1. cap.

MAieſtas prophetica hinc perſpicitur. Quãdoquidẽ nõ demiſſe vel humiliter ſermonẽ aggrediuntur, ſed clariſſima tuba inſonãt, vt oẽs audiãt, vt ſub initiũ Iſaię: *Audite*
Iſa.1.ca. *cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus loquutus eſt: Filios enutriui, &c.* Ante quẽ
Deut.32 legiſlator & propheta Moſes dixerat: Deut.32. *Audite cœli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* &, Michæas c.1. *Audite populi omnes: & attendat terra & plenitudo eius, &c.* Hic Ioël omnes habitatores terræ cõpellat, vel ſpecialiter Iudæã, intelligẽs vt ad ſuos ſermonẽ dirigat, vel, terrã in genere, vt maius faciat quod dicturus eſt: quaſi nuſquam & nunquam à quoquã viſum auditúmve ſit tale quippiã. ac propterea videtur adieciſſe Omnes. Alioqui ſatis eſſe videbatur, Habitatores terræ: q.d. Tantã rẽ ſum dicturus, vt totũ mundũ audire velim. Primùm, ſenes: quia horum eſt præ aliis verbũ Dei audire, ſub quibus Sacerdotes & prin-
Prou. 1. cipes intelligit. *Audiens ſapiens ſapientior erit*, Prouerb.1. Senes, experti, ideò hos teſtes vocat. Nam iuuenibus facilè imponitur. Et ne diu moretur, vno nomine dicit oẽs habitatores terræ. Si factũ eſt iſtud in diebus veſtris aut patrũ veſtrorũ? Id quod propter ſenes præcipuè dicit, qui rerum experientia quũ valeant, aut ipſi vidiſſe aut audiſſe præterita poſſunt. Rẽ ergo nouam pollicetur, ἐμφατικώτερως, quã more Rhetorico. Nunquid factũ eſt ſimile? Quis non attẽderet? Res aſſuetas, quas in dies experimus, pro nihilo ducimus, ſed iſtę à ſęculis ſunt inauditæ, idcirco hac de re cũ filiis colloquimini, & illi viciſſim cum ſuis, & nepotes veſtri colloquantur cum generatione altera, id eſt, in longinquum tempus. Res ſanè digna eſt, cuius meminerint, (Poëtæ verbis libenter vtar)

Poëta. *Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.*

Quod à Patribus didicimus, manet alta mente repoſtum,

vt vix ac ne vix quidē vnquam labatur, exciderέve queat. Hinc frequens illa nobis reſponſio,(quando obiiciunt hęretici, cur iſta vel illa tam arctè teneamus & accuratè defendamus) *Patres noſtri annunciauerunt nobis*, Pſal. 43. Iſta doctrina, quę traditione acquiritur, non ſolùm apud Chriſtianos, ſed etiam apud Ethnicos plurimum valuit. Vnde Pythagorea illa philoſophia (cuius Galli noſtri Druydes, vt & quondam Italia Pythagoreorum referta, fuerunt admodum tenaces) tanti æſtimabatur, niſi quia viua voce & traditione quadam docebatur, nec vulgi manibus terebatur: De Druydibus quidem, Iulius Cæſar in ſuis commentariis li. 6. de Bello Gallico circa initia, ſic ſcribit: Sua ſpōte multi in Druydum diſciplinam conueniūt, & à propinquis parentibúſque mittūtur: magnum ibi numerum verſuum ediſcere dicuntur. Itaque nonnulli annos vicenos in diſciplina permanent, neque fas eſſe exiſtimant ea literis mandare, cùm in reliquis ferè rebus, publicis, priuatíſque rationibus Græcis literis vtantur. Id mihi duabus de cauſis inſtituiſſe videntur: quòd neque in vulgus diſciplinam efferri velint, neque eos, qui diſcunt, literis confiſos minùs memoriæ ſtudere, quod ferè pleriſque accidit, vt præſidio literarum memoriam in perdiſcendo, ac memoriam remittant. Sic Cæſar. De Pythagorica verò diſciplina, A. Gellius lib. 1. c. 9. Noctium Atticarum commemorat, eum qui exploratus ab eo fuerat, recipi in diſciplinam ſtatim iuſſum, & tempus certum tacere. Is autem qui tacebat, quæ dicebantur ab aliis audiebat; neque percontari, ſi parùm intellexerat, neque cōmentari, quæ audierat, fas erat. Sed non minus quiſquam tacuit quàm biēnium. Hi prorſus appellabantur, intra tempus tacendi, audiendíque ἀκουστικοί, quod ſi interpreteris, Auditores ſonat. Aſt vbi res didicerant rerum omnium difficillimas tacere, audiréque, atque eſſe iam cœperant ſilentio eruditi, cui nomen erat, ἐχεμυθία: (Taciturnitatem liceat nunc quidē vertere) tum verba facere, & quærere, quæque audiſſent ſcribere, & quę ipſi opinarentur expromere, poteſtas erat. Hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοί (quaſi diſciplinis vacantes) huc uſque A. Gellius Pythagoram & Socratem nihil in vita ſcriptitaſſe, ſubindicat Plutarchus, to. 1. opuſc. lib. priore de fortuna Alexandri ſub initium. Verùm de his plus ſatis. Maiores igitur noſtros de fidei rebus præcipuè ſciſcitemur, Quemadmodum Nectarius Antiſtes Bizantinus, conſilio

Pſal. 43.

Iuli⁹ Cæſar lib. 6. cōm. de Bello Gallic. ſub initium.

A. Gellius lib. 1. c. 9. noct. Attic.

Plutarchus to. 1. opuſc. lib. 1. de fortuna Alex. circa initiū.

conſilio Siſinnij tunc Nouatianorum lectoris eruditiſſimi fretus, pro exponenda fide & ſchiſmate remouendo coram Theodoſio Imp. orthodoxo imprimis, ad Patres veteres confugiendum prudenter cenſuit. Sacra ſcriptura clarè & apertè id nos vtique docet: Deut. 32. *Interroga maiores tuos, & dicent tibi.* Et ſapiens: *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.* Sic autem Socrates hiſt. Eccl. lib. 5. c. 10. narrat: Siſinnius vir imprimis diſertus, & rerum vſu peritus, quoniam exploratum habebat, diſceptationes non ſolum non reconciliare ſchiſmata, ſed hæreticos præterea ad contentionem multo magis accendere: idcirco tale conſilium Nectario dedit, vt concertationes dialecticas vitaret, teſtéſque adhiberet formulas fidei à veteribus editas: efficerétque vt hæreticorũ principes ab Imperatore rogarentur, vtrùm aliquam rationem ducerẽt eorum Doctorum, qui ante diuiſionem probè Eccleſiam temperaſſent, an eos tanquam à religione Chriſtiana alienos reijcerent? Quòd ſi eos reijciunt, eiſdem etiam anathema denunciare audacter aggrediantur; ac ſi illud aggredi audeant, certè à multitudine ipſi expellentur. Quo confecto veritatem viciſſe manifeſtò, conſtabit. Sin veteres Doctores minimè reijciunt, tum noſtrum eſt, eorum libros proferre, quorũ teſtimoniis noſtra confirmetur opinio. Hoc conſilium Imperatori approbatum dicẽtibus ſectis Imperatori: Doctores, qui ante Eccleſiç diuiſionẽ fuerunt, tanquam magiſtros ſe in permagno honore habere, ac approbare: ſic tandem confunduntur. Hæc Socrates.

Deuter. 33. c. Sapiẽs in Prouerbiis. Socrates, hiſt. eccleſ. lib. 5. c. 10.

Cæterùm & ſi Moſes, Exod. 10. vaticinans, tantùm fuiſſe Aegyptiarum locuſtarum agmen dicat, quantum aut nunquam viſum aut viſendum vnquam foret. ſic enim ſacer habet contextus, *quantam, ſcilicet multitudinem locuſtarum, non viderunt patres tui, & aui, ex quo orti ſunt ſuper terrã, vſque in præſentem diem,* & rurſus ibidem: *Aſcenderunt ſuper vniuerſam terram Ægypti locuſtæ innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec poſtea futuræ ſunt.* Rectè Hebrçi hçc conciliant, quod non ita diu terram occuparint Aegyptiacę illę locuſtæ vt hæ, nec tam varij generis, non enim memoratur in lege niſi locuſta. Hîc autem fuere 4. genera (de quibus infrà dicetur) Nec fuit tunc in lege, niſi vno tẽpore. Hîc autem, quatuor annis, vnum poſt alterum, atque hoc malum non fuerat ad illud vſque tẽpus. Hæc autẽ ad literam eueniſſe, tametſi hiſtoria Regum, & Paralip. non memoret,

Exod. 10

memoret, cur non credamus, quum tantopere vaſtitatem hinc enatam exaggeret Propheta, & pleraq; Prophetæ afferant, quorum nulla in iis, quæ hodie extant hiſtoriis, fit mentio? *Super hoc filiis veſtris narrate, &c.* Non contentus ſuæ ætatis populum docere, hortatur vt generatio generationē doceat. Nemo ſibi ſoli natus eſt: & vt patres nos docuerunt, idem beneficiū nos poſteritati debemus, & poſteri ſubſequentibus ſe. Interim diligenter cōmendat filiorū inſtitutionem. q. d. Hoc cōmendetur in omnes generationes: quia iudicium Domini deſcripturus eſt, quod ſi homo ab oculis abijciat, quid in eo niſi impietas: Hactenus quaſi *παραφραστικῶς*, hæc dicta ſint. Vult autem dicere; *A ſeculo non eſt auditum quid ſimile,* Ioan. 9. Sic Habacuc 1. cap. *Admiramini & obſtupeſcite: quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet cùm narrabitur.* Vbi attentionē captat vates futurę calamitatis magnitudine ac mole propoſita. epiphonema eſt enim, id eſt, magnitudinis rei cum acclamatione ęſtimatio, illud, Quod nemo credet cùm narrabitur. Vel, horreſco referēs, vel, vt hîc, Si factum eſt iſtud in præteritis diebus &c. Eandem hanc ſententiam aliis enuntiatam verbis legimus, 4. Reg. 21. *Ecce ego inducam mala ſuper Ieruſalem & Iudam, vt quicumque audierit, tinniāt ambæ aures eius.* Tēporibus Manaſſis id dictum. Idem prorſus Hierem. 19. repetitur, vt intelligamus, hæc ad auditorū admirationem & ſtuporem, necnon ad rei magnitudinē explicandā prædici. Nemo credet cùm narrabitur, tum propter auditorum cōtumaciam, tum etiam propter ingentem rei grauitatē. Quia ego ſuſcitabo Chaldæos, proſequitur Habacuc, qui per locuſtas corrodentes, de quibus noſter vates, deſignantur. Ad præſentem locum ſic D. Hieronymus cōmentatur: ex rerū magnitudine attentū auditorē facit. Luc. 8. *Qui habet aures audiendi audiat.* Extra rem minimè fuerit hoc loci adaptare quod de Zenone à Laërtio commemoratur: Idcirco, inquiebat, aures duas, & os vnum habemus, vt plura audiamus, loquamur pauca. Iac. 1. *Sit autē omnis homo velox ad audiēdum, tardus autem ad loquendum.* Hierem. 22. *Terra, Terra, Terra, audi ſermonē Domini.* At verò quidam ſimiles ſunt aſpidi ſurdæ (de qua diuinus & regius vates in Pſalmis) *quæ obturat aures ſuas: ne exaudiat vocem incantantis ſapienter.* Sic, Hier. 6. *Ecce incircunciſæ aures eorum, & audire non poſſunt, nempe, quia nolunt.* Act. 7. *Conticuerunt aures ſuas*, ne ſcilicet audirent. B. Stephani verba, vel po

Ioan. 9. *Habacuc 1. c.* *4. Reg. 21. c.* *Hier. 19.* *D. Hieronymus in 1. c. Ioëlis prophetæ* *Luc. 8.* *Laërtius lib. 7. in Zenone.* *Iaco. 1.* *Hier. 22.* *Hiere. 6.* *Acto. 7.*

Act.6. vel potius, Spiritusſancti, qui per eum loquebatur, Act. 6. & 2. Timot. 4. *à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Facit ad id, quod in Demoſthenis vita, per Plutarchum veriùs congeſta, quàm digeſta, inter eiuſdem oratoris opera legitur, & apud Suidam in Prouerbio ὄνυ σκία ad hũc modum: Cùm defenderet accuſatum, & tumultuantes auditores videret: rogauit vt paululũ auſcultarent. Túncque narrauit ſe Megara euntem cõduxiſſe aſinum, æſtuantem ſe ſub vmbra aſini voluiſſe requieſcere (Neque enim arborem ibi affuiſſe) Agaſonem prohibuiſſe: aſinum ſe tantùm, nõ etiam vmbram locaſſe: Sic de ea re contentionum intercediſſe. Cumque vidiſſet Athenienſes attentos, & cætera audiẽdi cupidos, caſtigauit eos dicens: Cupidè eos de aſini vmbra velle audire, at de homine in periculo conſtituto capitali nolle audire. Itáne de aſini vmbra audire cupitis, ait: de rebus ſeriis loquentem auſcultare non vultis: Haud abſimile fecit quondam Diogenes ille Cynicus, vt de illo Laërtius lib. 6. refert. Cùm ſeriò quandoque loqueretur, Demóque ſibi intenderet, ſeſe ad ſonum muſicum contulit. Congregatis ad ſe plurimis, exprobrauit quòd ad inepta ſtudioſè concurrerent, ad ea verò, quæ grauia eſſent & vtilia, negligenter conuenirent. Subijciam & ex Ioãne Caſſiano lib. 5. Collationum, de Spiritu gaſtrimargiæ Machetæ factũ. Vidimus, inquit, ſenem nomine Machetam, qui gratiam iſtam à Deo diuturnis precibus impetrauit, vt quotquot diebus ac noctibus fieret collatio ſpiritualis, nunquam ſomno opprimeretur. Si autem quis introduceret verbum detractorum, aut otioſum, protinus reſolueretur in ſomnum, ita vt nihil audiret. Declarauit idem, diabolum eſſe otioſarum fabularum fautorem his ſignis: Cùm enim ſermocinaretur de ſpiritualibus rebus, viderétque eos dormire, qui audituri conuenerant, introduxit repentè fabulam otioſam, ad cuius auditionem cùm vidiſſet eos confeſtim euigilaſſe, & aures erectas habere, ingemuit, dicens: nunc vſque de rebus cœleſtibus loquebamur, & omnes dormiebatis: Cùm fabula propoſita eſt, omnes excuſſiſtis torporem ſomni. Ex hoc perpendite, quis fuerit impugnator ſpiritualis collationis, & quis auctor infructuoſæ fabulæ huius, nempe diabolus. In quoſdam dictũ ſit, qui potius ad theatrũ audituri ſcurrilia à mimis & hiſtrionibus, aut viſuri ludicra, concurrũt, quàm vt audiant ex ore prædicatoris in templo Dei verba ad eorum

2. Timot. 4. c.

Plutarchus in Demoſthenis vita, inter eiuſdem Demoſthenis opera & apud Suidam pariter legitur.

Laërtius lib. 6. in Diogene.

Caſſian⁹ in collat. lib. 5. de Spiritu gaſtrimargia.

ad eorum conſolationem & ſalutem. Qui etiam interea dum conciones fiunt, in ſomnum ſtatim reſoluuntur: protinus autem, ſi fabulæ narrarentur, expergiſcerentur, auréſque accommodarent lubentiſſimè. Vt, *quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Pſalm.4. & Pſalm.118. *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua.* Pſal.4. & 118.

Narrate filiis veſtris & generationi alteræ, &c. Eccli.8. *Non te prætereat narratio ſeniorum. Ipſi enim didicerunt à patribus ſuis.* Hier.6. *State ſuper vias & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus veſtris.* Iob 8. *Interroga generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memoriam (heſterni quippe ſumus) & ipſi docebunt te.* Prou. 22. *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerũt patres tui.* Patres noſtri ſunt Apoſtoli: termini ab illis præſcripti, eorũ Apoſtolica dogmata. Heb.13. *Mementote præpoſitorum veſtrorum qui vobis locuti ſunt, &c.* Eccli. 8. Hier. 6. Iob.8. Prouer. 22. Heb. 13.

Diuus Auguſtinus tomo 7. libr. 2. contra Iulianum Pelagianum ſub finem: Iſti patres quod inuenerunt in Eccleſia, tenuerunt: quod didicerunt, docuerunt: quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt. Deuteronom. 32. *Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas. Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.* Hęc tam vtilis conſuetudo deſiit. Pſal.77. *Quanta mandauit patribus noſtris, nota facere ea filiis ſuis, vt cognoſcat generatio altera, filij qui naſcentur, & exurgent, & narrabunt filiis ſuis.* Pſal.43. *Deus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annunciauerunt nobis* & Pſal.77. *Quãta audiuimus, Patres noſtri narrauerũt nobis.* Et Dominus in lege, *Narrabis ea,* ait, *filiis tuis, & quãdo interrogauerit te filius tuus, dices ei, &c.* Exod.12. & 13. Ioſue cap.4. *De Phaſe, ſiue agno Paſchali:* item, *de ſanctificatione primogenitorũ, & de tranſitu Iordanis.* Deut. 4. *Docebis ea filios ac nepotes tuos, diem in quo ſtetiſti coram Domino Deo tuo in Horeb, c.6. Narrabis ea filiis tuis & meditaberis, &c. cap.11. Docete filios veſtros, vt illa meditẽtur.* Quod filij docendi ſint illud imprimis indicat, Geneſ.18. *Scio quòd præcepturus ſit Abraham filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viã Domini, & faciant iudiciũ & iuſtitiam.* Prouerb. 4.c. *Dauid docuit Salomonem. Docebat me, inquit ille, Pater, dicens, Suſcipiat verba mea cor tuum. Sic Tobias filium cap.1. Docuit, ab infantia timere Dominũ, & abſtinere à peccato.* Eccli.7. *Filij tibi ſũt? erudi illos, & curua eos à pueritia.* Epheſ.6. *Patres educate filios, in diſciplina & timore Domini.* Apud Laërtium, lib.5.

D. Aug. to.7.li.2. cont. Iulianum Pelag. ſub finẽ. Deut.32 Pſal.43. & 77. Exod. 12 & cap. 13. Ioſue c.4. Deut. 4. Gen. 18. Prouerb. cap.4. Tob.1. Eccli.7. Epheſ.6. Laërtius

lib. 5. in Ariſtotele. li.5.in Ariſtot.Dicebat Ariſtoteles ,parētes qui liberos eru diēdos curaſſent,honorabiliores iis, qui ſolùm genuiſsēt. Eos enim viuendi tantùm ,illos etiã benè beatéq; viuendi auctores eſſe.Herodiadis filia perperam à matre ad ſaltus & choreas inſtructa fuit. Hely ſacerdoti malè ceſſit, quòd filios non corripuerit, Sed de his in Decadibus noſtris ſacris fuſiùs egimus. Eò remiſſum lectorem cupimus, ad Euangelium de filio prodigo. Vnum hoc loco commémorabo, & alterum fide dignum exemplum: Prioris author eſt Boëtius, de diſciplina Scholarium lib. vno, cap. 2. circa medium, ſic referens: Contumelioſo coitus appetitu, ſanguineum Lucretij filium, Zenoníſque diſcipulum tota Roma fleuit inuiſcatum, qui tamen clariſſimus ortus fuit natalibus, quantitatis proceræ, & ſanguineæ qualitatis,miræ ſiquidem eloquentiæ, perſpicacis ingenij,ſed quotidianis & vltra debitum nuptiis gaudebat, patre pœnam deſerente. Patrimonium enim,parentúmq; cenſus illicitè conſumebat, cunctiſque zelotypis eminebat. Aleis autem & meretricum cellulis ſemper inhiabat. Proprio autem adhuc non deſtitutus pruritu, poſtea à parentibus eiectus,tandem ab amicis & conſortibus deſtitutus,à creditoribus vndique fatigatus,notis & ignotis furtim ſtuduit aſſiſtere, crucis ab anguſtiis à patre creberrimè redemptus,vltimò tamen parentis pecunia redimi nō potuit.Cruci ergo addictus,eundem ad ſe venire lacrymis compellebat, oſculúmque voce querula petebat.Pietatis autem motio ad filij petitionem patrem erexit,erectíque filius naſum morſu ſecuit acutiſſimo, dicens: Quare à meis primis erroribus incaſtigatus euaſi?Vt quid magiſtri mei documentis non obediui?ſocióſque meos contempſi? Filij patrē neceſſe eſt indulgere caſtigationi, magiſtrúmque diſcipuli mores informare.Hactenus Suuerimus Boëtius.Poſterioris author eſt Plato diuinus.De legibus Dialogo 3.declinando verſus finem:Ita, inquit, de Cyro vaticinor:in cęteris quidem ipſum & ducem bonum,& ciuilis vitæ amicum fuiſſe, rectam verò diſciplinam nullo pacto attigiſſe, nec ad rei familiaris adminiſtrationem animum vnquam applicuiſſe. Siquidem à iuuenta per totam vitam militia occupatus, mulieribus filios tradidit educandos: quę ipſos vt fœlices ſtatim pueros atque beatos,nullius indigentes rei ſic educabãt,vt prohiberent ne quis eis vt potè beatis aliqua in re aduerſaretur, cogentes omnes quic

Boetius lib. 1. ca. 2. de diſciplina ſcholarium.

Plato dial. 3. de legibus inclinando verſus finē.

quid

quid ipſi dicerent aut facerent, laudare. Ita ipſos tales quoſdam educauerunt, Bellam ſcilicet educationem, fœmineam nempe, quam induxerunt Regiæ mulieres, nouis elatæ diuitiis, deſertæque à viris bello & periculis occupatis. Pater verò ipſorum, ouium, hominum, multorúmque aliorum, quorum ad eos ſpectabat poſſeſſio, greges multos habebat: ſed ignorauit quòd filij, quibus hæc relicturus erat, paternam ipſam Perſicámque artem non docebantur, cùm Perſæ paſtores eſſent, in regione aſpera geniti, & ipſa ars Perſica dura eſſet, ſufficiénſque robuſtos eos paſtores efficere, qui & cuſtodias agere, & vigilare poſſent, & militare, ſi res poſtularet. Permiſit autem vt mulieres & eunuchi Medorum ritu, filios eius nutrirent: quorum educatio ab ea quæ vulgò exiſtimatur fœlicitas, corrupta eſt. Vnde tales euaſerunt, quales fieri conueniebat eos, qui in ſumma rerum licẽtia nutriti fuiſſent. Cùm igitur mortuo Cyro rerum potiti ſunt, vt potè qui deliciarum & impunitatis ac licentiæ pleni eſſent, primùm alter, æqualitatem non ferens, alterum interficit: deinde ipſe ignorantia ebrietatéque furens principatum perdidit. Medi enim ac quidam eunuchus tunc dictus, Cambyſem quaſi amentem contempſerunt. Et quibuſdam interpoſitis ſubiungit: Sed te nunc iure appello Dari, qui Cyri malo commonitus non fuiſti, ſed in eiſdem Xerxem moribus educaſti, in quibus Cambyſem Cyrus nutriuerat. Ipſe igitur vtpote eodem pacto educatus, ſimilia quoque perpeſſus eſt. Ex illo tempore nullus vnquam fermè Perſarum rex magnus niſi nomine fuit. Neque fortunam fuiſſe cauſam arbitror, ſed vitam malam, quam filij valdè diuitum Tyrannorúmque plurimùm viuunt. Sic ibi, diuinus ille Plato. Quàm verè Baptiſta Mantuanus Parthenices primæ lib. 1. cecinit. *Baptiſta Mantuanus Parthenices prima libro 1.*

Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos.

Prouerb. 13. qui parcit virgæ, odit filium ſuum. & c. 23. Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi percuſſeris eum virga, non morietur. Tu virga, percuties eum: & animam eius de inferno liberabis, Hebr. 12. Quis eſt filius, quem nõ corrigit pater? Quòd ſi extra diſciplinam eſtis, ergo adulteri eſtis. Apocal. 3. Ego quos amo caſtigo. Plantas dum teneræ ſunt facilè inflectes. Si filios diligis, animarum ſalutem ama imprimis. In ſumma, *Prouerb. 22. Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit non recedet ab ea.* Et vt eſt apud Horatium. *Prouerb. 13. & ca. 23. Hebr. 12. Apoc. 3. Prou. 22. Horati⁹.*

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu.

Eccli.22. Eccli.22. *Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato.* Oportet ergo narrare filiis, erudiréque eos & educare in timore Domini. *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos.* *Pſal.33.* Hæc autem de filiorum educatione, & informatione ac caſtigatione ſeu diſciplina in præſentiarum ſufficiant. Nunc de ſucceſſione doctrinæ recto ordine dicendum. *Pſal.44. Pro patribus nati ſunt tibi filij.* Eius rei per prophetã Ioël admonemur: filiis veſtris narrate, à generatiõe in generationẽ. *3.Reg.21. Naboth dicebat: Abſit vt ego patrũ meorum hæreditatem tradam.* Nos quomodo prodemus fidem antiquorum? Omnium errorum ſcaturigo, eſt venerandæ antiquitatis contemptio, & deſpicientia. *Iob 30. nunc deſpiciunt me iuniores tempore:* Noſtri æui hæretici Patres antiquos flocci faciunt, qui perbellè in Eliu deſignantur. *Iob 32. Iunior ſum tempore,* dicebat ille, *Vos autem antiquiores, ſed ſenes non intelligunt iudicium. Plenus ſum ſermonibus. Loquar &c.* Sed cõtra nouatores huiuſmodi ſpernentes antiquitatem, Reſcribunt Imperatores. leg. Teſtamenta omnia, Cod. de teſtamentis. Mos namque retinendus eſt fideliſſimæ vetuſtatis & in Authenticis nouella conſtitutione 23. De appellationibus. §. Illud etiam. Veneranda vetuſtatis authoritas. Et, Volcatius Gallicanus in Auidio Caſſio Imp. citat ex Epiſtola Marci Imp. verſum Ennij. D. autem Auguſtinus to.5. lib.2. De ciuitate Dei cap. 21. ex Tullio lib. 5. de Republ. citat eundem verſum.

Moribus antiquis, res ſtat Romana, viriſque.

Hinc D. Baſilius epiſt.60. Quæ à ſanctis patribus edocti ſumus, ea rogantibus nos annunciamus. Conqueritur idem epiſt.61. quòd patrum dogmata contemnuntur. Apoſtolicæque traditiones annihilantur, & recentiorum hominum inuenta Eccleſiis inſeruntur: Euſebius lib. 4. hiſt. cap. 29. ex tralatione Rufini. Tatianus, inquit, tum in hæreſes incidit, cùm nimia elatione inflatus, exiſtimauit ſe cæteris meliorem, & maluit proprium inſtituere ſtylum docendi, quàm à veteribus traditum ſequi. Et, Paulus Samoſatenus ex eodem Euſebio lib. 7. cap.27. eodem Rufino interprete, Antiquis & defunctis tractatoribus inſultabat, & illis derogans, ſuas laudes impudenter iactabat: Pſalmos & hymnos veteres tolli, recentiores à ſe confectos, cantari voluit, & ſibi applaudi ab omnibus. Sic etiam

Pſal. 33. Pſal.44. 3. Reg. 21. Iob.30. & 32. l. Teſtamẽta omnia. C. de teſtamentis. In Authenticis Cõſtitut.23. de appellat. §. Illud etiã. Volcat. Gallicanus in Auidio Caſſ. Imp. Verſus Ennij apud Ciceronem. D. Baſilius Epi. 60. & 61. Euſebius hiſt. Eccl. li.4.c.29. interprete Rufino. Idẽ li.7.c.27. eod. Ruf. interpte.

etiam Beſa Væſanus,in ſuis conciliabulis Rhytmicos ſuos verſus Gallicos, loco Pſalmorum in Eccleſia decantari ſolitorum, inuexit, & introduxit. Maiorum veſtigia ſequi negligens: Profanas nouitates importauit.O ſacrilegã,viri dicam an belluę,audaciam!In huiuſmodi,perbellè quadrat, quod Caſſiodorus tripartitæ lib. 10. cap. 11. ſcripſit: *Caſſiodorus tripart. lib. 10. ca.11.* Viles homines, & qui per ſeipſos nequeunt apparere,vituperando meliores eſſe ſe aliquid conantur oſtendere. ſic ibi. Nota quod ſolidiſſima blaſphemiarum in Chriſtum ſolutio & profligatio eſt dicere: Iſtam doctrinam eſſe Catholicæ Chriſti Eccleſiæ ignotam. Non ita noſtros patres ſenſiſſe olim, per continuas nec interruptas ſucceſſiones ab initio, à generatione in generationem recurrendo ad antiquiſſimas Eccleſias, vt D.Irenæus loquitur, lib. 3.contra hæreſes, cap. 4. *D. Irenæus lib. 3. cap.4.* Ita enim D. Athanaſius ad Epictetum Corinthiorum Epiſcopum epiſtola contra Hæreticos ſcripta, propoſitis multis hæreſibus loquitur: Græcè quidem ſic vt doctus Lindanus lib. 2. cap. 6. in ſuam Panopliam Euangelicã retulit *τοῦτο μόνον ἀποκρίνασθαι πρὸς τὰ τοιαῦτα, καὶ εἰπεῖν ἀρκεῖ, ὅτι οὐκ ἐςὶ ταῦτα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, οὐδὲ ταῦτα πατέρες ἐφρόνησαν.* *D. Athanaſius ad Epictetẽ Epiſcopũ Corinth.* Latinè verò ita: Tantummodò ad ea reſpondendum eſt,quod ipſum per ſe ſufficit. *Lindanus li.2.ca.6.* Ea orthodoxæ catholicæque Eccleſiæ non eſſe, neque maiores noſtros ita ſenſiſſe. Relinquitur ergo, quòd maiorum fides,ac patrum religio ad nos continua ſucceſſione deriuata,nobis ſeruanda eſt & tenenda aduerſus hæreticorum ſycophantiam, nec à patribus vllo modo diſcedendum, ſed ſicut tradiderunt & annunciauerunt nobis, à progenie in progenies ita credamus, & ſentiamus, nec fidem patrum vel deſeramus vnquam vel mutemus.*Tob.2. filij Sanctorum ſumus,& vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt ijs,qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.* *Tob.2.* Et nos cum B. Hieronymo ingenuè profiteamur.Is enim to.2. ad Pammachium & Oceanum de erroribus Origenis circa finem: Illam, ait, ſenex tenebo fidem, in qua puer natus ſum. *D. Hieronymus to. 2. ad Pammachium de erroribus orig. ſub finem.* Cæterùm quòd in contextu dicetur: De Generationibus ſic accipe Generationem, vt ſit ætas hominum, ſiue idem quod ſæculum. De quo ſic Cenſorinus, ad Cærellium, de die Natali. cap. 17. Sæculum inquit, eſt ſpatium vitæ humanæ longiſſimum partu & morte definitum. quare qui annos 30. ſæculum putarunt, multum videntur erraſſe. *Cenſorinus.§.17. de die Natali.* Poëtæ quidem multa incredibilia ſcripſerunt,

nec minus hiſtorici Græci, quamuis eos à vero non par fuit recedere. Vt Herodotus, apud quem legimus Arganthonium Tarteſſiorum regem cētum & 50. annorum fuiſſe: aut Ephorus, qui tradit Arcadas dicere apud ſe reges antiquos aliquot ad 300. vixiſſe annos. verùm hæc vt fabuloſa prætereo. Sed inter ipſos Aſtrologos, qui in ſtellarum ſignorúmque ratione verum ſcrutantur: nequaquam etiam conuenit. Epigenes in centum duodecim annis longiſſimam vitam conſtituit, Beroſus autem in centum ſedecim: alij ad centum viginti annos produci poſſe, quidam etiam vltrà crediderunt. Romanorum autem ſæcula, quidam ludis ſæcularibus putant diſtingui, qui centeſimo quoque anno fiebant. Sic enim Liuius lib. centeſimo triceſimo ſexto. Eodem anno ludos ſæculares Cæſar ingenti apparatu fecit, quos centeſimo quoque anno (his enim terminis ſæculum terminari) fieri mos. Quamuis contrà vt decimo centeſimóque anno repetantur, teſtari videatur Horatius Flaccus in carmine, quod ſæcularibus ludis cantatum eſt, vbi tempus hoc modo deſignauit.

Certus vndenos decies per annos
Orbis vt cantus referátque ludos
Ter die clara totiénſque grata
Nocte frequentes.

Ergo poſt centum annos, aut poſt centum decem, hi ludi fiebant, aut alio ſpatio, vt ſæculares dici potuerint, quod plerumque ſemel fiant hominis ætate. Deinde Etruſcorum prima ſæcula centenûm fuerunt annorum. Hactenus ex Cenſorino dictum de ſæculo. Communiter autem hominis vita vix ad centum annos peruenit, nec excedit: Nam Herodotus, lib. 7. & Valerius, lib. 9. cap. 13. De cupiditate vitæ referunt quòd Xerxes contemplatus copias ſuas terreſtres & nauales, deinde fleuit dicens: Reputantem me quàm breuis ſit omnis hominis vita, ſubiit horum miſeratio, quorum quum tot ſint, nemo ad centeſimum annum ſupererit. Et Pſalmographus pſalm. 89. *in potentalibus 80. anni.* Et quidem ante diluuium longiſſimam vitam ducebant Antiqui: Mathuſale enim *Gen.* 5. annis. 969. vixiſſe memoratur. Et Liranus noſter ibi declarat, quamobrem ante diluuium tamdiu viuerent. 1. Ex bonitate complexionis primorum parentum. 2. ex temperantia & frugalitate in victu. 3. ex bonitate nutrimenti ante diluuium. Siquidem terræ naſcentia erant meliora, quàm

Herodot. lib. 7. & Valer. li. 9. cap. 13.

Pſal. 89.

Geneſ. 5. Liranus in 5. cap. Geneſ.

quàm nunc. 4. Ex diuina diſpoſitione hoc ordinante, vt per longam vitam hominum citò multiplicaretur genus humanum. Poſt diluuium verò Geneſ. 11. aliqui leguntur vixiſſe 500. vel 400. annis. Abraham etiam vixit 175. annis. Iſaac 189. annis. & Iacob 147. annis, vt ex Geneſi ſacra colligitur. Tempore Dauidis fuit abbreuiatum ſpatium vitæ humanæ, & in robuſta quidem & bona diſpoſitione ad 70. vel 80. annos durabat vita, vt ſuprà attigimus. Nunc experientia docet, quod in valentioribus, humanæ vitæ annus eſt quinquageſimus quintus. In vitis patrum, Paulus primus heremita annis centum viginti vixit. Antonius abbas 150. annis. Modò verò, paucos admodum videmus, qui hos attingant annos. Refert Guaguinus lib. 6. Chronicorum ſiue Annalium Gallicorum; quendam Ioannem dictum De temporibus, ſub Imperatore Conrado II. plus 360. annis vixiſſe. Fides ſit penes authorem. Ex profanâ certè hiſtoria, narrante Plinio lib. 7. cap. 48. didicimus, quòd Gorgias Siculus 108. an. vixit. Valerius Coruinus 100. annos impleuit. Conſul ſexies fuit. Terentia Ciceronis, 103. ann. Claudia O filij, 115. ann. An non anni Neſtorei celebrantur? quem ex Homero, amplius 300. annis vixiſſe referunt. Sed multa mentiuntur poëtæ. Vitæ ergo humanæ tanta eſt varietas ac incertitudo, vt quot annorum ſpatiis deſcribenda ſit vna generatio, nullus facilè dixerit. Satis eſt. Si (quum ſit vita breuis, & Generatio prætereat & adueniat) quamdiu in Generatione hac contingit nos verſari, in fide patrum & auita religione conſtantes ſimus, & in bonis operibus curemus eſſe abundantes, vt ad patres noſtros in regno cœlorum aggregemur: cum illis in æuum, & per omnia ſæculorum ſæcula fœliciter victuri. Quod nobis concedat, qui viuit & regnat Deus.

AMEN.

***

Geneſ. 11. cap.

Guaguinus l. 6. Annalium.

Plinius li. 7. c. 48.

Homer⁹.

HOMILIA V.

Reſiduum erucæ, comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo.

IOEL I.

QVAE hactenus dicta ſunt, ad titulum libri, & ad reddendos auditores attentos pertinent. Nunc ſubdit ſermones parabolicos de comeſtione ſiue corroſione erucæ, locuſtæ, bruchi, & rubiginis: quæ deſignabant quatuor Monarchias, quæ per tẽporis ſucceſſionem Iudæos oppreſſerunt ac deuaſtarunt. Conſequẽter parabolam adaptat ad propoſitum ibi: *Gens enim aſcendit ſuper terram meam, &c.* Poſtea ſuper hoc inuitat ad lamentum & planctum. Ibi: *Plange quaſi virgo &c.* inuitat virgines, agricolas, ſacerdotes, animalia, greges, ac campos, per hoc innuens reſpectu regionis immenſam deuaſtationem. Atque huius primi capitis talis eſt partitio, ex Petro Aureolo Franciſcano ac S.R.E. olim Cardinali. Vaticinatur hoc loco Ioël de 4. illis peſtibus quòd veniẽt, atque adeò eo tempore venerunt, & omnes arborum fructus ac virentia agrorum abſumpſerunt. Quo verò tempore id contigerit, ſtatim dicetur. q. d. Id quod reliquum fecit eruca anno primo, vorauit locuſta anno ſecundo. Neque enim venerunt 4. genera anno vno, ſed vnum poſt alterum, 4. annis. Hic igitur incipit narratio prophetica. Quatuor generũ peſtium harum, prima minus nocua, poſtrema quæque nocentiſſima: Obſcurum aliquid ferè prophetæ præmittunt, vt magis mentem auditorum ſuſpendant, & dicenda commendent. Simpliciter, de fame aliqua vehementi, & diuturna, quæ tunc contigerit, accipi poteſt: propter horum vermium depaſtionem ac corroſionem. q.d. Ad depaſtionem erucæ, omnia deuenere, populum ſatis putabamus punitum, ſequuntur grauiora, pœna pœnam, anguſtia anguſtiam, vltimò vaſtitas. Sed malim proponi vt parabolam, vt variæ afflictiones à Tyrannis principibus, qui quater populum afflixerunt, per vermes deſignentur & adumbrentur. Authoritate Moſis interim moueor, vt hæc nedum allegorica ſed hiſtorica etiam putem. Sic enim *Deut. 28.* violatoribus mandatorum Dei prædicit

Petrus Aureolus.

Deut. 28

cit

cit ac minatur:*Sementem multam iacies in terram,& modicũ congregabis:quia locuſta deuorabunt omnia. Vineam plantabis, & fodies,& vinum non bibes,nec colliges ex ea quippiam, quoniam vaſtabitur vermibus.Omnes arbores tuas,& fruges terræ tuæ rubigo conſumet*.Peccati pœna eſt, noxiorum vermium copia,qua perit annona.Cũ Moſe experientia cõuenit.Ferè autem noxiorũ vermiũ copia, etſi per ſe pœna peccati, ſignũ eſt grauioris pœnæ ſequuturæ.Sic apud Iudæos hãc vaſtationẽ agrorũ ſequuta eſt grauiſſima vaſtitas per Babylonios,qui terrã magis afflixere,quã vermes.Prima pœna mitis & tolerabilis:ex agrorũ depaſtione, fames & peſtis.Quæ ſubſequuta eſt,grauior:de qua dicet paulò poſt: barbarus hoſtis, qui omnia euertit. Nunc de 4. arborum peſtibus,vt dicamus,ordo poſtulat:Eruca villoſus eſt vermis,vnde & hirſuta Columellæ dicitur lib. 10. declinando verſus finem. Sic ille,De cultu hortorum,cecinit:

Columella lib. 10. inclinãdo verſus finẽ.

Nec ſolum teneras audent erodere frondes
Implicitus concha limax,hirſutáque campe.
Subiungit etiam,
Serpitque eruca per hortos.
Quos ſuper ingrediens exurit ſemina morſu,
Quæ capitis viduata coma,ſpoliatáque nudo
Vertice,trunca iacent triſti conſumpta veneno.
Hæc ne ruricolam paterentur monſtra,&c. *Poſtea ſubdit,*
Huic mala rubigo virides ne torreat herbas.

Et quæ ſequũtur.Galli appellant,*Chenilles*. De his idem Columella De re ruſtica,li.11.c.3.ad calcem, ſic iterũ ſcribit. Vbi verò apricis regionibus poſt pluuias noxia inceſſerunt animalia, quæ à nobis erucæ appellantur,Græcè autem κάμπαι nominantur,vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices oleorum concuti. Sic ibi.Et Plinius lib.17.c.24. Erucæ, inquit, dirum animal, erodunt frondem, aliæ florem, ac depaſtam arborem turpi facie relinquunt. Naſcitur hoc malum tẽpore humido, & lento. De Locuſtis autem idem Plinius lib. 11.c. 29. ita ſcribit: Deorum iræ peſtis ea intelligitur. Namque & grandiores cernũtur,& tanto volant pennarum ſtridore, vt aliæ alites credantur, Solémque obumbrant, &c. Multa contactu adurentes: omnia verò morſu erodentes. Hæc Plinius. Brichus autem, vel,vt Heſychius ſcribit, βροῦκος eſt propriè χλωρὰ ἀκρὶς virens adhuc locuſta. Phauorinus, inquit, ἡ νεογενὴς καὶ ἄπτερος ἀκρίς, hoc eſt, locuſta

Columella li. 11. c. 3. in fi.

Plinius lib. 17. c. 24.

Plini9 li. 11.c. 29.

recens nata,& implumis,ſiue abſque alis. (Sic enim vtrũ-
Mercer⁹ que citat Mercerus,in ſuis ad hunc locum commẽtariis.)
in Ioële Bruchus inſecti genus, παρὰ τὸ βρύκειν τὸ ἐσθίειν, Heſychius.
adhoc ca id eſt,à rodendo ſiue mordendo,etymologiam habet.Ru-
*put & * bigo autem in ſegetibus nihil relinquit quod ſit vſui,hæc
propoſi- rorem noxium ſequitur:qui quum in folia depluit, ſole
tum. ſuperueniente animatur, & viuit, variéque plantis nocet.
Plinius Plinius l.18.ca.17. Cæleſte frugum vinearúmque malum,
lib. 18.c. nullo minus noxium eſt rubigo, inquit, frequentiſſima
17. hæc in roſcido tractu, cõuallibúſque, ac perflatũ non ha-
3.Reg.8. bẽtib. E diuerſo carent ea vẽtoſa & excelſa.Sic ille.3.*Reg.8.*
*Precabatur Salomon:fames ſi oborta fuerit in terra, aut peſti-
lẽtia,aut corruptus aër,aut ærugo,aut locuſta,aut rubigo:ſiquis
expanderit manus ſuas in domo hac,tu exaudies in cælo, &c.*
Hæc autẽ quo tẽpore cõtigerint, prout à Ioële vaticinata
fuerunt,nõ liquet ex ſacra hiſtoria: de euentu tamen du-
bitare nefas, quãuis deſertis verbis non proferant Biblia
Theodo- ſacra,quib⁹ tẽporibus,vel ſub quib⁹ regibus tãta ſuperue-
ret⁹ in 1. nerit calamitas.Theodoret⁹,in Ioëlis c.1.Ego verò,inquit
c.Ioëlis. hæc vera eſſe cẽſeo,atq; vt dicta ſunt ſine dubitatiõe facta
Amos 4. eſſe arbitror:Nam beatus Amos c.4.*etiã meminit locuſtæ &*
cap. *bruchi,& combuſtionis,& aniriginis:tũ ficus,olиueta,& vineas cõ-
memorat,ab erucis conſumpta:* Nõ igitur ſolùm per transla-
tionem hæc accipienda ſunt,cùm ſacri Prophetæ concor-
diſſimè nos docuerint ſupradicta, vt narrantur accidiſſe.
Idem in Sic ille. Idem argumento prophetiæ Amos ſcribit. Diui-
argumẽ- nus Amos fuit tempore,cùm admirabilis illi Oſee & Ioël
to Amos extiterunt:ac de Aſſyriis prædixit & Babyloniis,deq; inde
prophe- reditu, &c. Et c.1.Amos dicitur, quòd prophetauerit in
tæ. diebus Oziæ regis Iuda &c.c.4.ſic habetur:*Percuſſi vos in
vento vrente,& in aurigine, multitudinem hortorum veſtro-
rum,& vinearum veſtrarum,oliueta veſtra & ficeta veſtra
comedit eruca, & non rediſtis ad me,dicit Dominus.* Quam
autem famẽ,& frugũ vaſtationem hic deſcribit,haud ſanè
eam eſſe putarim, quæ ſub Iorã accidit, & ab Eliſeo præ-
4.Reg.8. dicta eſt: 4.*Reg.8.Eliſeus locutus eſt ad mulierem cuius viuere
fecerat filium,dicens,Surge & peregrinare vbicumque repere-
ris:Vocauit enim Dominus famem, & veniet ſuper terram ſe-
ptem annis.* Duplici de cauſa,eam non eſſe exiſtimauerim.
Illa enim ſeptem annorum fuit, hæc quadriennij tantùm
fuiſſe videtur. Deinde, illa ſterilitas ab Eliſeo pronun-
ciata,ad decem tribus pertinebat, non ad Hieruſalem,

cui

cui prophetauit Ioël. Nam mulier, cui ab Eliſeo prædictum fuerat, erat de decem tribubus. Nam reuerſa, (vt habet ſacer contextus vbi ſuprà) arceſſit ad regem Iſrael petens ſuos ſibi agros reſtitui. De alia ergo fame, quæ ſub aliis euenerit regibus (vt quorundam, referente Mercero, ad hunc locum probabilior eſt ſententia) intelligendum eſt. Ioëlem namque poſtremis Ezechiæ temporibus, aut ſub Manaſſe hæc vaticinatum putant, iam ſcilicet abductis decem tribubus per Aſſyrios. Videtur itaque Ioël, Iſaia poſterior. Sed de his ſatis prima concione à nobis dictum eſt. *Mercer* ad hunc locum.*

Reſiduum erucæ &c. Hic D. Hieronymus disertè ſcribit ad hunc modum: Exordium ſequitur narratio. Ibi vt attentum faceret auditorem, magna & incredibilia ſe dicturum eſſe promiſit, quæ nec vetus ſciret hiſtoria, nec præſens ætas facta cognoſceret. Hic erucam, & locuſtam, & bruchum, & rubiginem, poſuit: vt quæ ſingula rarò eueniunt, omnia ſimul facta memorentur: & ideò mirabilia ſint. Erucam, quæ Græcè dicitur *κάμπη*, Hebræi Aſſyrios interpretantur, Babylonios atque Chaldæos: qui de vno orbis climate procedentes, tam decem tribuum, quã duarum, hoc eſt, Iſraëlitici populi cuncta vaſtarunt. Locuſtam autem Medos interpretantur & Perſas, qui ſubuerſo imperio Chaldæorum, Iudæos habuêre captiuos: Bruchum, Macedones, & omnes Alexandri ſucceſſores: maximéque regem Antiochum cognomento Epiphanem, qui inſtar bruchi ſedit in Iudæa, & omnes priorum regum reliquias deuorauit, ſub quo Machabæorum bella narrantur. Rubiginem referunt ad imperium Romanorum, qui quarti & vltimi in tantum oppreſſere Iudæos, vt de ſuis finibus eos pellerent. Scribit plenius Ioſephus ſeptem voluminibus, Veſpaſiani & Titi narrans triumphos. Helij quoque Hadriani contra Iudæos expeditionem legimus: qui ita Hieruſalem muróſque ſubuertit, vt de vrbis reliquiis ac fauillis ſui nominis Heliam conderet ciuitatem. Hæc ſunt 4. regna, quæ ſubuertere Iudæam in 4. cornibus Zacharias vidiſſe ſe ſcribit, dicente ad eum Angelo: Hæc ſunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam & Iſraël & Hieruſalem. Hucuſque Diuinus Hieronymus. Nunc de 4. Monarchiis ſeſe offert locus vt aliquid latius ſcribamus. Arias Montanus in primum Ioëlis caput ad hæc verba: Reſiduum erucæ &c. ita ſcribit: quatuor orbis imperia, quæ *D. Hieronymus in Ioëlem 1. cap.* *Arias Mõtan* in 1. cap. Ioëlis.*

ſeſe continuato ſucceſſu ſecuta ſunt, breuiſſimè & ſummo cum artificio hæc 4.locuſtarum genera, ſeu inſectorum, continere videmus, quorum ſingula calamitates non exiguas, ac tandem exitium Iſraëliticis rebus attulerunt. Ac primum quidem imperium Aſſyriorum fuit: quorum reges totum orbem in ſuam ditionem redegerunt: Secundum verò Perſarum, qui Babylonio rege interfecto, rerum etiam potiti ſunt. Hos Alexander Macedo deuicit, atque imperij diadema in Græciam tranſtulit. Vltimi fuerunt Romani: quorum imperio Oceanus terminum ſtatuit. Primam ergo calamitatem Iſraëlitæ ab Aſſyriis, eámque maximam accepere. Hi enim Babyloniis hoſtibus Sennacheribo, Salmanaſſarij, & Nabuchodonoſori prædæ & triumphi materia non ſemel fuerunt: à quibus primùm Iſraëlis, regnum omne victum, raptum, direptum, & abductum eſt: inde Iudæa omnis debellata, atque vrbe ipſa Hieruſalem expugnata, vnaque cum templo incenſa, gens ipſa etiam Babylonem migrare eſt coacta. Horum reliquias Perſæ etiam hoſtilem in modum vexauêre vehementer, dum apud eos Iudæi detinebantur, antequam per regem Hieroſolymam redire licuiſſet, multis iniuriis affecti, atque publicè & priuatè cæſi peribant, vt in Heſter volumine legimus: nempe cùm vellet Aman omnem Iudæorum qui erant in regno Aſſueri, perdere nationem. Quamobrē Mardochæus ſacco indutus ad Dominum ſe contulit exorandum, pro ſuo populo: Eſther c.4. Et dum iam reſtituti à templi ædificatione retardarentur, quid non malorū paſſi ſunt? Vide Eſdræ libros ac Nehemiæ. Hucuſque Arias Montanus. Age, paulò fuſiùs de his 4. Monarchiis tractemus, vt dilucidius fiat beati Ioëlis vaticinium. Ioannes Reuchlin. de arte Cabaliſtica libr. 3. tractans, quid ſit Notariacum dicit. Notariacum, eſt conuentum quoddam clam receptum inter Cabaliſtas, vt literæ ſingulares, ſine coagmentatione ſyllabarum, certa verba deſignent, quemadmodum Notariis & actuariis (*aux Greffiers*) eſt in more. Deinde ſubiungit, quod in rē noſtrā facit, De Monarchiis. Quandoque per integram dictionem ſe offerunt ſingulæ literæ, quæ vnà comprehenſæ, arcana & myſteria quædam inuoluunt, vt Pſalmus 3. *Multi inſurgunt aduerſum me.* Qui ſunt iſti multi? Reſpondent Cabaliſtæ, רבים. Rabim, (quod, multos ſignificat) illi autem

Eſther c. 4.

Reuchlī. abaia lib.3.

Pſal.3.

autem ſunt, Romani, per primam literam, ר. Res, ſignificati, Babylonij per ſecundam ב Beth. Iauan, hi ſunt Iones, ſeu Græci per י Iod deſignati, tertiam in ordine literam, & Medi ac Perſæ, per ם men finale, 4. literam. Hæ ſunt 4. Monarchiæ, quæ Dei populum afflixerunt. Sic ille. Nunc de ſingulis ſpecialiter tractemus.

Monarchiam primus omnium cœpit Ninus, Babylonicúmque Imperium conſequutus eſt, partitáque fuit poſtea Monarchia in regnum Babylonicum atque Medorum & Perſarum poſt Sardanapali interitum, qui fuit Aſſyriorum rex poſtremus, in eo quidem ordine. & Balthaſar poſtremus fuit Babyloniorum rex, quo interfecto ſummam imperij tranſlatam eſſe dicit Daniel ad Darium Medum. à cuius morte ſumma rerum ad Cyrum generum delata fuit, & hoc quidem eſt alterius initium Monarchiæ. Eſt ergo Cyrus Perſarum rex Primus, & auctor ſecundæ Monarchiæ. Altero Dario deuicto expugnatóque, Alexander, Philippi Macedonum regis filius, in Europam ex Aſia tranſportauit imperij ſummam, & tertiam conſtituit Monarchiam. Quo mortuo, diuiſa fuit imperij moles in proceres. Poſtremò in populi Rom. ditionem paulatim venerunt omnia, qui longè latéque rerum potitus, quartam & poſtremam effecit Monarchiam. Primus autem Monarcha, ſub quo etiam natus eſt Chriſtus ſaluator noſter, fuit Octauius Auguſtus. De his 4. regnis frequens habetur apud Danielem prophetam mentio. Vidit Nabuchodonoſor per ſomnium ſtatuam ingentem, cuius erat caput aureum, pectus vnà cùm brachiis, argenteum: venter & fœmora ex ære, crura ferrea, pedum pars aliqua ferrea, pars autem fictilis. Hoc ſomnium Daniel ſic interpretatur, ſtatuam illam ſignificare dicit quatuor orbis imperia ſumma, quæ ſint ordine ſucceſſura, & ad ipſum regem oratione conuerſa: Tu, inquit, illius ſtatuæ caput es aureum, poſt te regnum aliud orietur argenteum, videlicet deterius, quàm ſit hoc tuum: deinde tertium aliud æreum, quod longè latéque dominabitur, regnum verò quartum erit ferreum. Nam ſicut ferrum comminuit, & perdomat omnia: ſic etiam quartum & poſtremum illud reliqua omnia confringet, ſibique ſubijciet. Hoc verò Romanum Imperium, quo nullum fuit nec erit potentius, noſtris temporibus propè eſt omninò diſſipatum. Nam per Aſiam ne veſtigium quidem, aut latum vnguem (ſicut

prouerbio dicitur) habemus. Occupāt omnia Turcæ,Scythæ,& alij noſtrę religionis hoſtes.Aphricam totam amiſimus, niſi quantum ſuperioribus annis à Carolo quinto Cæſare recuperatum eſt. Auulſa eſt Hiſpania,Gallia, Britannia ſiue Anglia,Dania,Polonia,Pannonia,Græcia tota, quæ quidem prouinciæ ſuos habent Dominos,ſeu Reges, qui plenam in omnibus poteſtatem obtinent, & ad Imperij rationes ne tantillum quidem conferunt. Videamus nunc Italiam, priſcum & auitum ac primum Romani Imperij patrimonium: nónne Neapolim auita ſucceſſione tenent Hiſpaniarum reges? Romam ſanctiſſimus Dominus noſter ex donatione Conſtantini poſſidet. Quæ ſunt iis locis potentiores ciuitates, ſuos regulos habent. iam Venetorum Reſp. & dominium, egregias non ſolùm vrbes & municipia, verumetiam prouincias, ipſi interim liberrimi, & ab Imperio Romano haudquaquam dependentes, poſſident. Ex omni igitur Italia nihil fructus ad Imperium redit: Sola ſupereſt Germania, quæ tandem à Carolo Magno Cæſare & Francorum Rege collecta fuit, & in vnum redacta corpus, ac deinde, cùm eligendi Cæſaris poteſtas, ad ſeptemuiros delata fuiſſet, facta eſt Cæſarum domicilium atque ſedes. Totum igitur illud, quod hodie Imperij nomine cenſetur, intra Germaniæ fines includitur. Nam foris & extra limites illos nihil ſupereſt. Vt autem ad finem aliquando perueniamus, Danielem de his rebus omnibus vaticinationem iterum audiamus. De ſtatua ſuprà diximus, Daniel.2. Nunc alia loca percurramus. Cap.7. deſcribit 4. animalia, nempe Leonem, Vrſum, Pardum ſiue Pantheram, & poſtremum ait, fuiſſe terrificum, & horrendum aſpectu: Leo denotat regnum Aſſyrium. Alæ duæ quas illi tribuit, ſunt duo veluti membra illius Imperij, Babylonia & Aſſyria. Per Vrſum ſignificatur regnum Perſicum, à quo fuit deuictum Babylonicum. Tres ordines dentium in ore illius, ſunt tres præcipui reges huius Monarchię, Cyrus,Darius, Artaxerxes, qui præ cæteris claruerunt, & multam carnem ederunt, vt inquit, hoc eſt, complures populos ſuæ ditioni coniunxerunt. Panthera ſiue Pardus eſt Alexandri magni ſeu Græcorum Imperium. Quatuor illius alæ, & capita ſunt 4. regna quæ poſt Alexandri mortem ex illa Monarchia prodierunt. Syriæ, Aegypti, Aſiæ minoris, & Macedonum Græciæque.

Dan.c.2 *Dan.c.7*

Quartum

Quartum & poſtremum animal eſt Imperium Romanum decem cornua, ſunt eius membra ſeu partes, cuiuſmodi ſunt Syria, Aegyptus, Aſia, Græcia, Aphrica, Hiſpania, Gallia, Italia, Germania, Britannia ſeu Anglia: nam illi hæc omnia tenuerunt. Iam inter decem iſta cornua naſcitur & prodit cornu quoddã paruulum, quod de decem illis cornibus, tria reuellit: Iſtud de venturo Antichriſto, filio perditionis, & homine ſcelcroſo communiter exponitur, cui viam iam parauit, tanquam eius anteambulo, & præcurſor, nefarius, Mahometus. Denotat igitur regnum Mahometicum ſiue Turcicum, quod ex humili initio natum in Romana Monarchia, tres præcipuas illius occupauit, & inuaſit, Aegyptum, Aſiam, Græciam: deinde cornu iſtud paruulum habet oculos, & eſt contumelioſum aduerſus Deum. Mahometus enim nouum doctrinæ genus propoſuit, ſuis valdè gratum, & quod prudentis ſpeciem aliquam haberet: hi ſunt oculi, ſed reuera Deum afficit contumelia. Nam Prophetarum & Apoſtolorum ſcripta planè deleuit, & Chriſti beneficium nullum agnoſcit, imò conuiciis exagitat omnem de Chriſto doctrinam. Adhæc paruulum illud cornu bella cum ſanctis gerit, & vehementer illos affligit, vt inquit, donec iudicium fecerit antiquus ille, cuius nec initium eſt, neque finis, id potiſſimum implebitur tempore perſequutionis, quam ſub finem exercebit Antichriſtus in propria perſona, per tempus, & tempora, & dimidium temporis, quod hîc & in Apocalypſi diſertis verbis exprimitur, hoc eſt, per tres annos cum dimidio. Ex quo quidem clarè perſpicitur, in hoc ipſo Imperio finem eſſe habiturum hoc mundi curriculum, nec vllum prætcrea futurum: ſed abolitis omnibus mundi principatibus, venturum eſſe perpetuum illud regnum, cuius auctor & dux erit Chriſtus. Nec enim quinta conſtitui poteſt Monarchia terrena. Ne quis ſomniet Turcicam tyrannidem ad Monarchiam peruenturam. Quandoquidem ſi Danielem propius intueamur, (Deo ſuos conſeruante cultores, ac fideles Chriſtianos) ſperare licet, vim atque potentiam illorum in ſummo nunc gradu conſiſtere. Nam tria ſolùm cornua Daniel eis attribuit, vt ſuprà diximus, & illa quidem nunc obtinent, initio Domini rerum facti per Aſiam, deinde per Græciam & Aegyptum. Et quanquam hoc tempore non modicam Vngariæ partem occupent, & tametſi fieri

fieri poteſt, propter peccata, ac graſſantes hæreſes, vt Germaniam, aut alias vicinas regiones diuexent, tamen, quoniam & certos intra limites illorum ditio conſiſtere debet, & Romanæ potentiæ minimè poterit conferri, credibile eſt has prouincias non eſſe venturas in illorum ditionem, ſicut tres illæ ſunt hodierno die, Græcia, Aegyptus, Aſia. Hoc ipſum 4. Monarchiarum ſummum Imperium, & principatum, Ezechielem quoque intellexiſſe ac præuidiſſe exponunt quidam haudquaquam imperiti, ſub 4. animalium typo ac figura, cap. 1. quamuis ab vniuerſis propè de 4. Euangeliſtis interpretatum inueniatur. Per Leonem ſiquidem intelligitur Rex Babyloniorum: Hier. 4. *Aſcendit leo de cubili, & prado gentium ſe leuauit, vt ponat terram in ſolitudinem.* Aſſerunt nonnulli Babylonæ regem Leonem pro ſigno ſeu vexillo habuiſſe. Per hominem deſignatur Rex Perſiæ, qui ad tempus Iudæos oppreſſit, tandem illis ſe humanum & clementem exhibuit. Per bouem ſignificatur Græcorum regnum, & ſpecialiter Antiochus, qui ſuæ tyrannidis cornibus Iudæos grauiter attriuit atque afflixit. Per aquilam autem Rom. Imperium, de quo valdè congruenter illud intelligitur: & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor, quia profligati fuerunt Iudæi, & ad extremam redacti calamitatem per Romanos, Veſpaſianum, ac Titum filium eius, ac denique funditus omnia diſſipauit Hadrianus Romanorum Cæſar ac Imperator. Obſerua item, quòd aquila fuit teſſera ſiue ſymbolum Imperij, ac Imperatorum Romanorum. Et vt finem quandoque inueniamus dicendi de huiuſmodi Monarchiis, non tibi videatur durum, per 4. à noſtro Ioële deſcriptas arborum peſtes, illas præſignari: ſi enim inuertas tabulam, ſi allegoricum perpendas ſenſum, ſi ad interiorem penetres parabolæ intelligentiam, & expoſitionem; facilè id apud eundem deprehendes, ſubdit namque cap. 1. *Gens aſcendit ſuper terram meam, &c.* & cap. 2. *adhuc clariùs: Ne des, inquit, hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes.* Audis, Nationes, quas nimirum ſub 4. vermium inuolucro intellectas à nobis voluit Propheta, ex ſtylo prophetico. Hìc accommodare placet, illud Pauſonis, pictoris egregij. De quo Aelianus libr. 14. variæ hiſtoriæ cap. 15. & Plutarchus, tom. 1. opuſculorum, de Pythię oraculis. Lucianus item, tomo primo in Encomio Demoſthenis concorditer ſcribunt; quòd quum ei quidem

Ezech. 1. cap.

Hier. 4.

Ioël. 1. & c. 2.

Ælianus libr. 14. var. hiſt. c. 15. Plutarch. to. 1. opuſc. de Pythia oraculis. Lucianus tom. 1. in Demoſthenis Encomio

equum

equum ſe volutantem pingere locaſſet, currentem depinxit. Indignatus, quòd contra pactum feciſſet, Reſpondit Pauſon, Verte tabulam, & volutabitur equus qui nunc currit. Ita quoque (vt accommodat Aelianus vbi ſuprà.) Socratem, aiunt, non explicatè, planéque diſſerere. Quod ſiquis ea vertat, planiſſima promptiſſimáque eſſe. Noluit enim auditorum inuidiam ſibi conciliare: atque ob eam cauſam obſcuras & quaſi obliquas diſſertationes propoſuit, & idcirco Sermones doctrinámque eius Pauſonis picturis comparabant, ſic Aelianus. Idem quoque de Prophetarum vaticiniis obſcuris æſtimare cōuenit. Quod ſi inuertas tabulam, nullo ferè negotio apparebit, quod videbatur obſcurius, inferis partibus ſurſum elatis, per Allegoriam nimirum, aut Anagogem, lucem accipiunt Prophetica oracula. Verbi gratia, obſcurum eſt tibi, quid per 4. illa deſignetur? Inuerte tabulam. Confer ſubſequentia, & peruestiga, quid per gentem, quidve per nationes (vt ſuprà protulimus) voluerit intelligi. Et 4. regna ſumma, vel, (vt communiter nominantur) Monarchias facilè intelliges. Ioël igitur diuinus vates, vt Arias Montanus Hiſpalenſis in eius argumento ſcripſit diſſertiſſimè, calamitates populis Iſraëliticis venturas, horrendæ famis atque annonæ defectus imagine deſcribit: ipſos autem, à quibus venturæ eſſent, 4. locuſtarum generibus, numero, multitudine, & nocendi ingenio atque ſtudio diſſimilibus comparat: atque adeò hanc imaginem omnibus ſuis coloribus, & membris ita aptè, ita diligenter, ac minutè depingit & ornat, vt ad eam tantùm rem, omnem ſuam operam, omnéque ſtudium contuliſſe nonnullis videatur, qui picturæ admiratione ducti, quam rem, aut perſonam ea referat, nihil curandum putent, neque quicquam ſub illis locuſtarum, famis & penuriæ depictis ſpectaculis, præter ea, quæ ſeſe oculis primùm obiecère, aut ſubeſſe credant, aut deſiderant: adeò pulchrè, adeò artificioſè hæc poſita tractatáque ſunt. nos autem tabulam ipſam, ita vt recto obtutu conſpici poteſt, primùm ſingulis notatis partibus ſpectandam proponemus. Deinde, quomodo vertēda, dirigendáque ſit, docebimus; vt maius pulchriúſque multò, opus maximo artificio perfectū inſpiciatur: cuius operis perficiēdi cauſſa omnis agēdi ratio ab auctore eſt inſtituta. Sic Arias ibi. Idē verò, in c.1. hęc verba: *Reſiduū erucæ comedit locuſta, &c.* Solēt, ait,

Arias Montanus argumento in Ioël.

Idem in Ioël. c.1.

qui

qui pingendi artis peritiſſimi ſunt, cùm alia multa oculorum oblectamenta, atque artis ſpectacula edere, tum mirandas quaſdam depingere tabellas, quæ ex aduerſo ac directè ſpectantibus aliam rem, aliam verò ſi ex obliquo inſpiciantur, eámque multo pulchriorem, & quamobrem pictura ipſa ab artifice ſit inſtituta oſtendant. Atque hic modus magnam perſpectiuæ artis exigit peritiam: vt ſpectator recto obtutu conſiderans, aut nauem, aut lucum, aut fluuium aliquem ſibi videre videatur. aliter autem attentè perſpiciens Cæſaris equeſtrem imaginem ad viuum effictam, aut Adami, Euæ, atque ſerpentis hiſtoriam, aut aliquid aliud artificioſè & propriè expreſſum videat. Hác ſimilitudinem à pictura ad dicendi artem auctores transferentes, multa ſæpè dicere ſolent, quæ primùm audita aliam rem, propius verò atque attētius conſiderata, aliam multo elegantiorē, atque magis ex dicentis ſententia cōtineant. cuius generis illud eſt: *Non alligabis os boui triturāti, Deut. 25. 1. Cor. 9.* Atque hæc frequens ſacris auctoribus exornatio Græco vulgatóque vocabulo allegoria dicitur, quæ perpetua metaphora à Quintiliano dicta eſt. Hoc dicendi genus in toto hoc priori vaticinio ſecutus Ioël, rē de qua ſermonem inſtituit obſcuriorem, attentioréque conſideratione excipiendam reddidit. Nam cùm 4. orbis imperia diligenti ſpectatori depingere inſtituiſſet, quatuor beſtiolarum, ex iis, quibus agri atque fruges infeſtari nimium ſolent, effigies ita graphicè depinxit, ita ad viuum earum notamenta expreſſit, vt multi ex commentatoribus id ſibi ſolum negotij dari crediderint, vt quàm optimè has, quę primò oculis oblatę ſunt, imagines lectoribus indicarent. Hactenus ille. Verùm de his hactenus.

Deut. 2. & 1. Corint. 9. Quintilianus.

Poſſumus & aliter iuxta B. Gregorium de hoc dicere, quod recitatur à Remigio Benedictino Altiſſiodorēſi Epiſcopo, Diui Odonis primi Abbatis Cluniacēſis (vt Trithemius ſcribit) præceptore, qui floruit, anno Domini 880. Commētariis in Ioëlem c. 1. cum Oecumenio, Antuerpię, anno 1545. editis, ſic enim ſcribit ad hūc locū: Per erucam, intelligere poſſumus libidinem; per locuſtam, inanem gloriam: per bruchū, ingluuiem ventris: per rubiginem, iram. Sunt multi qui dum domāt libidinem, eriguntur in ſuperbiam, & in inanem gloriam, & de ſuperbia ruūt in ventris ingluuiem, & nimium edendo & potando irruunt in furorem & in iracundiam. Ingluuies enim ventris, & maximè

D. Gregorius. Remigius in Ioëlē c. 1. Trithemius de ſcriptoribus eccleſiaſticis.

ebrietas,

ebrietas, pellit à ſe pacem. Hæc Gregorius apud Remigium præfatum. Gregorij autem verba expreſſa ſi requiras, accipe ex eius moralibus in Iob lib.33.cap.39. Benè inquit, per Ioël cap.1.dicitur: *Reſiduum erucæ comedit locuſta, &c. Expergiſcimini ebrij, & flete, &c.* Quid enim per Erucam, quæ toto corpore in terra repit, niſi luxuria deſignatur? quæ cor, quod tenet, ita polluit, vt in ſuperioris mūditiæ ſurgere amorem non poſſit. Quid per Locuſtam, quæ ſaltibus euolat, niſi inanis gloria exprimitur, quæ ſe vanis præſumptionibus exaltat? Quid per Bruchum, cuius penè totum corpus in ventrem colligitur, niſi edendi ingluuies figuratur? Quid per rubiginem, quæ dum tangit, incendit, niſi ira innuitur? Reſiduum ergo Erucæ locuſta comedit: quia ſæpè cùm luxuriæ vitium à mente receſſerit, inanis gloria ſuccedit. Nam quia iam per amorē carnis non ſternitur, quaſi ſanctam ſe ex caſtitate gloriatur. Et reſiduum locuſtæ Bruchus comedit: quia ſæpè cum inani gloriҫ, quæ quaſi ex ſanctitate veniebat, reſiſtitur, vel ventri vel quibuſlibet ambitionis deſideriis immoderatius indulgetur. Mens enim Dei neſcia, tantò atrocius ad quemlibet ambitum ducitur, quanto nullo vel humanҫ laudis amore refrenatur. Reſiduū Bruchi rubigo conſumit: quia ſæpè dum ventris ingluuies per abſtinentiam reſtringitur, iræ impatiētia acrius dominatur, quæ more rubiginis, qua exurendo meſſem comedit: quia virtutum fructus impatientiæ flamma tabeſcit. Cum ergo vitia vitiis ſuccedunt, agrum mentis, alia peſtis deuorat, dum alia relinquit. Benè autem illic ſubditur: Cap.40. D. Greg. vbi ſuprà. *Expergiſcimini Ebrij, & flete:* Ebrij quippe vocati ſunt, qui mūdi huius amore confuſi, mala non ſentiunt quæ patiuntur. Quid eſt ergo dicere: Expergiſcimini Ebrij & flete, niſi ſomnum veſtræ inſenſibilitatis excutite, & in deuaſtatione cordis tot ſibi ſuccedentibus vitiorum peſtibus vigilantibus lamētis obuiate? Hucuſque verba ſunt magni Gregorij. In eandem propemodum ſententiam conuenit noſter Aluarus lib.2. articulo 8. de planctu Eccleſiæ. Etenim per erucam, (quæ ab erodendo dicta videri poteſt) exponit luxuriam, quæ toto corpore repens depaſcit, erodit deuaſtátque olera, quia luxuria inquinat corpora & animas. *Qui fornicatur, in corpus ſuū peccat, & fornicatores ac adulteros iudicabit dominus,* ait D.Paulus. Locuſta eſt vana gloria, quæ inanes ſaltus velociter caſura ſectatur. Hi ſunt, qui ſaltant de

D.Greg. moralū in Iob li. 33.c. 39.

Ioël. c. 1.

D. Gregori⁹ moraliū in Iob li.33. cap.40.

Aluarus de planctu Eccl. l.b.2.c.8.

D. Paulus.

prælatione in prælationem, de beneficio ad beneficium: contra ſacros Canones latos aduerſus pluralitatem beneficiorum, & de reſidentia perſonali, qui non ſeruantur. Bruchus, Gula eſt: cui magnus venter in paruo corpore, vel potius venter in toto corpore. Rubigo (quæ frugum eſt corruptio, ex noxio rore) eſt auaritia, quæ fruges corrumpit. Agite nunc diuites, Iacob 5. *Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt.* Hactenus ille. Cogitandum verò nobis relinquitur, quomodo ex eo quòd eruca, locuſta, bruchus, & rubigo, omne germen in Iudæa conſumpſerunt, ita vt omnes fructus perierint: ingens fames eſt ſubſecuta, ex qua occaſione, de fame nobis quædam dicenda ſunt, antequam huic homiliæ finem imponamus. Durum telum neceſſitas. Virgilius Æneidos lib. 6. ita cecinit.

——*Maleſuada fames, & turpis egeſtas.* Item lib. 9.

Suadet enim veſana fames.

Egeſippus lib. 1. de excidio Hieroſolymitano, cap. 44. Egeſtas, inquit, ſolet indigẽtibus ſuadere latrocinium. Fames vt ſcribit Baſilius, homil. 8. in diuites auaros, miſerabilis eſt afflictio, humanarũ calamitatũ caput eſt fames, cuiuſuis mortis genere duriorem adferens finem. Quid fames non cogit? Naturæ leges ſæpè peruertere ac tranſgredi multis ſuadet, & hominum corporib9, vel propinquorum veſci. Matrem, quem peperit natum impulit in ventrẽ malè recondere. Quam tragœdiam Iudaica commemorat hiſtoria à Ioſepho graui auctore conſcripta. Sic Baſilius ille magnus. Hìc ſubiiciam ex eodem Ioſepho memorandam hiſtoriam, quam Baſilius citauit, ille lib. 7. de bello Iudaico, c. 8. quem ſequitur Egeſippus, lib. 5. ca. 40. Scribit, quod mulier quędam Maria nomine, lactentem filium ſuum coxit, coctúmque præ fame comedit. Nónne Leuit. 26. *Non ſeruantibus mãdata comminatur dominus dicens, comedetis, & non ſaturabimini, ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorum?* 4. *Reg. 6. In obſidione Samariæ, facta eſt fames magna in Samaria*, adeò vt quædam mater (rem prodigioſiſſimam ſed tamen veriſſimam narro) coxerit filium ſuum, & comederit, vnà cum vicina ſua. Quod expendens D. Auguſtinus, tom. 10. ſermone, 211. de tempore, titulo, de fame Samariæ, ita exclamat: In cibum pietas vertitur. Innocens ſanguis effunditur, vt parẽtum fames rabida ſaginetur. Hinc deplorat ſanctus ille Hieremias, Threnor. 4. ca. *Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame. Manus mulierum miſericordium*

coxerunt

Iac. 5. ca.

Virg. Æneid. 6. & lib. 9.

Egeſipp9 lib. 1. de excidio Hierem. cap. 44.

D. Baſilius hom. 8. in diuites auar.

Ioſephus de bello Iudaico, lib. 7. c. 8. & Egeſippus de excidio Hieroſol. li. 5. c. 40.

Leui. 26.

4 Reg. 6.

Aug. to. 10. ſerm. 211. de tẽpore, de fama Samaria.

Threnor. 4. cap.

coxerunt filios ſuos, facti ſunt cibus eorum in contritione populi mei. Cicero lib.5.epiſtolarum ad Atticũ,epiſt.20. Fame,inquit,nihil miſeri⁹ eſt.Maluit Dauid & præoptauit, elegítque potius peſtilentia, quàm fame caſtigari. Prouerbium extat inter Grçcos,Miſerrimũ eſſe fame mori.quod conſiderabat,Luc.15. *Prodigus ille dicẽs apud ſe:Ego hic fame pereo.* Quid hoc loco memorem famem illam Ægyptiacam, de qua Geneſ. 41.*quæ ſeptem annis durauit, contigitque tempore Ioſeph, poſt ſeptem annos vbertatis.* Fusè aliàs diximus de fame, in decadibus noſtris ſacris, ad Euangelium de filio prodigo.Quapropter hîc mihi deſinendum putaui. Deum opt. maxim. ſupplex obſecrans, vt populum graui fame, peſte bellorúmque turbine quaſſatum, & oppreſſum ob peccata, ipſe propter bonitatem ſuam aliquantiſper reſpirare concedat, & ad veram pœnitentiam nos perducat: tandémque vitam largiatur æternam, Amen.

Cicero li. 5. Epiſt. 20. ad Atticũ. *Luc. 15.* *Geneſ. 41.cap.*

HOMILIA VI.

Expergiſcimini Ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinũ in dulcedine, quoniã periit ab ore veſtro. Gens enim aſcendit ſuper terrã meã, fortis & innumerabilis: Dentes eius, vt dentes leonis: & molares eius vt catuli leonis. Ioel. 1. c.

PRAESENTI homilia, quare Iudaicus populus, ita à 4. monarchiis, 4. illis peſtium generibus deſignatis, perdendus foret, dilucidè oſtenditur. Nec enim priùs eſt Deus vltor, quàm homo ſit peccator aiunt Theologi. Cùm igitur inter Dei ob hominũ ſcelera iuſtè irati, flagella, numeretur fames: conſequens eſt profectò, vt tam atrocem famem à noſtro Ioele prædictam, propter peccata habitatorum terræ illius temporis, cõtigiſſe iudicemus. Trãſgreſſoribus etenim mãdatorum ſuorum interminatur domin⁹, *Deut. 28. dicens: Si audire nolueris vocẽ Domini Dei tui, vt cuſtodias & facias oĩa mãdata ei⁹ veniẽt ſuper te omnes maledictiões iſtæ, & apprehẽdẽt te:* Poſtea ſubinfert. *Mittet domin⁹ ſuper te famẽ, & eſuriẽ, deinde adiũgat tibi dominus peſtilentiã,* (quę nimirũ famẽ vt plurimũ ſequi ſolet) *Percutiat te dominus aëre corrupto, ac rubigine, &*

Deut. 28

perſequatur donec pereas. Sit cœlũ quod ſuper te eſt,æneum, & terra,quã calcas,ferrea,&c. & Deut.32. *Dereliquit Deũ factorem ſuum.Prouocauerunt eum in Diis alienis. Deum qui te genuit dereliquiſti,& oblitus es Domini creatoris tui.Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt. & ait: Congregabo ſuper eos mala,& ſagittas meas complebo in eis. Conſumentur fame, &c.*Item Ezechielis 14.c. *Terra cùm peccauerit mihi,vt præuaricetur præuaricans,extendam manum meam ſuper eam, & conteram virgam panis eius, & immittam in eam famem, &c.* Paulò infrà ſubditur:*Si 4 iudicia mea peſſima gladium,& famem,ac beſtias malas,& peſtilentiam,immiſero in Hieruſalem, vt interficiam de ea hominem & pecus,&c.*Colligo autem ex prænominato Deuteronomij 32. cap. 4. eſſe famis iuſtiſſimas cauſas. 1. Beneficiorum Dei obliuio, *Oblitus es domini creatoris tui.*2.Legis Dei contemptio: *Receſſit à Deo ſalutari ſuo, Prouocauerunt eum in Diis alienis*, in hoc legis primum violantes præceptum:*Non habebis Deos alienos. Audi Iſrael, Dominus Deus noſter dominus vnus eſt.* Et in Pſal. Iſraël. *Si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.* 3. Auitæ Religionis in profanam commutatio. Ibidem, *Immolauerunt Deis,quos ignorabant: noui recentéſque venerunt, quos non coluerunt patres eorum.* 4. Ingens de ſuſceptis beneficiis ingratitudo, & turpis donorum Dei abuſus.Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: impinguatus,dilatatus,dereliquit Deum factorem ſuum. Sícque, vt dicit Pſalmographus: *Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum, &c. Hæccine reddis domino, popule ſtulte & inſipiens? nunquid non ipſe eſt pater tuus,qui poſſedit te,& fecit, & creauit te? Filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me,*Iſai.1. Vix ferre proſpera poteſt inſolens homo, dicente Poëta: Is eſt Ouidius lib.2.de arte amandi.

Deut.32

Ezech. 14. cap.

Iſai.1.ca.

Ouidius lib. 2. de arte amandi.

Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis,
Nec facile eſt æqua commoda mente pati.

Neque dominus tam turpem donorum ſuorum abuſum ferre poteſt. Ergo quoniam in proſperis, & bonorũ abundantia,atque annonæ vbertate ſeu copia,euadit homo deterior,& aduerſus Deum ingratus inſolẽtiùs ſe gerit iuſto Dei iudicio, ſubtractis Dei bonis, in magnam incidit penuriam,famémque patitur:vt vexatio det illi intellectum, & mala quæ eum hîc premunt, ad Deum redire cõpellant. Fœlix certè, neceſſitas, quæ ad meliora compellit, vt ait quidam ex ſanctis. Sic fame preſſus valida, prodigus ille filius,

filius , ad amantiſſimum patrem reuerti proponit, ac in a-
nimum inducit ſuum, Luc. 15. *Surgam*, inquiens, *& ibo ad*
patrem,Ego enim hic fame pereo. Expergiſcimini ebrij,&c. Er-
go crapula & ebrietas cauſa eſt eiuſmodi afflictionum. *D. Aug.*
Subſequuntur ebrietatem blaſphemiæ , homicidia , ince- *to.10.ſer.*
ſtus,alea, ludus, & quid non mali? Quod vno exemplo ab *33.ad fra*
Auguſtino allato,clariſſimum euadit.is to.10. ſermo.33.ad *tres in e-*
fratres in eremo,de vitio ebrietatis,ita ſcribit: Ciuis Hip- *remo, de*
ponenſis Cyrillus nomine,vnicum habebat filium,& cæco *vitio e-*
amore eum non corrigebat. Quæ fuit cauſa ſuæ perditio- *brietatis.*
nis , & filij. Ipſe per ebrietatem quadam die matrem præ-
gnantem nequiter oppreſſit, patrem occidit,ſororem vio-
lare voluit , & alias duas grauiter vulnerauit ad mortem.
O quot mala attulit ebrietas. Hæc Auguſtinus. Loth ine-
briatus vino fit inceſtuoſus. Geneſ.19.Exo.32.*Sedit populus* *Gen.19.*
manducare & bibere & poſtea ludere , in honorem ſcilicet *Exo.32.*
idoli: hinc ludus & idololatria, ex crapula & ebrietate, iā-
ctatū cōperio hoc Prouerbio , Ebrioſa eſt meretrix. Qua-
propter *Eccli.26. dicitur. Mulier ebrioſa ira magna & contu-* *Eccl. 26.*
melia,& turpitudo illius non tegetur. q.d. Cùm ebrietas om-
nibus fugienda ſit,maximè tamen dedecet mulieres,quòd
per eam pudoris & verecundiæ , quæ pudicitiæ cuſtos eſt,
frena relaxentur. Turpitudo verò illius non tegetur, quia
nullum ſecretum eſt , vbi regnat ebrietas , quæ operta re-
cludit,& inuerecūdos facit homines. Subditur igitur, for-
nicatio mulieris in extollentia oculorum , & in palpebris
illius agnoſcetur.quādoquidem mulieris luxuria maximè
in ebrietate proditur, eſtque extollentia oculorum in mu-
liere quandoque ſignum libidinis & impudicitiæ,quia de-
clarat abeſſe pudorem & verecundiam. vnde rectè D. Au- *Ianſeni*
guſtinus,Impudicus oculus, impudici cordis eſt nuncius. *in Eccle-*
Hæc eſt Ianſenio ad citatum Eccleſiaſtici locum.Sed præ- *ſiaſt. ci*
ſtat Clementis Alexandrini, grauiſſimi & antiquiſſ. ſcrip- *cap.26.*
toris verba recenſere. Is lib. 2.pædagog.c.2.verſus finē,ci- *Clemens*
tato præcedenti loco,ira magna,eſt mulier,ebria,tāquam *Alexād.*
ira Dei mulier temulenta:Quamobrē ait,Quoniā ſuā non *lib 2. Pa-*
cedat turpitudinē. Facilè enim (proſequitur) mulier ad in- *dagog. c.*
honeſtè ſe gerendū attrahitur,ſi liberā ſuā animi electionē *2.*
voluptatibus ſolūmodo permiſerit. Sic ille. Cui cōcinit &
illud: *Sine Cerere & Libero friget Venus*,apud Terētiū.*Prou.* *Terenti.*
23.Cui væ?Cui uffuſio oculorū? Nónne his qui cómorātur in vi *Prou 23*
no,& ſtudēt calicibus epotādis.c. 20. Luxurioſa res vinū,& tu- *cap.20.*

multuoſa ebrietas. Hinc rixę, iurgia, cędes. Gallicè *des querelles & meurtres.* Ergo cõuertit ꝓpheta ſermonẽ ad ebrios, vt Deũ oſtẽdat luxũ & ebrietatẽ odiſſe: quæ peccata vaſtitatẽ & publicas calamitates ferè pręcedunt. Ebrietas, quia priuatũ peccatũ, exiguũ iudicatur: at omniũ lõgè maximũ eſt, quod ſecũ infinita alia trahit, vt paulò antè attigimus. Et gẽtes ebrietatẽ ſunt deteſtatæ, vt hominis naturę aduer-

D. Aug. tom. 10. ſerm. 231 De ebrietate vitanda. ſantem: quum nec bruta plus bibant, quàm poſtulat naturę ratio. Vnde D. Pater Auguſt. to. 10. ſer. 231. De ebrietate vitãda. Quando animalia ducuntur ad aquã, etiã ſi ſuper aquã diuti⁹ teneãtur expleta ſiti, bibere nolũt. Cõſiderent ebrioſi, ſi nõ peiores animalib⁹ ſint. Nã illi & duplũ & triplũ quã eis expedit, accipiũt. Sic ille. Et caput mali eſt (qđ

Luc. 21. gentes nõ viderunt, ſcriptura docet) quòd corda ebrietate & crapula grauẽtur, vt inquit Chriſtus, Luc. 21. *Attendite ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate,* hoc eſt ne lumẽ

Oſeæ 4. cap. mentis obtenebretur, animus obruatur, ac cõſcientia noſtra grauetur. *Cor aufert, inquit Oſeas, c.* 4. id eſt, timorem Dei: Vinum & ebrietas auferunt cor, ait ille. Ebrietas appetitus accendit, cũ lege Dei pugnantes, ineptos ad inuocationẽ ſeu orationẽ reddit: vno verbo, Dei imaginẽ in a-

Mercer⁹ in 1. cap. Ioel. nimis noſtris lucentẽ velut cœno inuoluit. Gręcus poëta, ἐμέθυον, ἱκανὴ πρόφασις εἰς θ᾽ ἁμαρτάνειν. Ita citatur à Mercero ad hunc locum, non indicato aut expreſſo poëtę nomine. Quis autẽ fuerit ille poſtmodũ deſcribemus. Ebrie-

Gal. 5. tas corpus animam exarmat. Ebrioſi regnum Dei non poſſidebunt, ait Apoſtolus, Galat. 5. hac de re agens. *Qui talia*

Seneca. *agunt, regnum Dei non conſequentur.* Vitia vino cõcepta (inquit Seneca) etiã ſine vino durant. Ebrietas, Pythagorę, τῆς

Mercer⁹ Commẽtariis in primum cap. Ioel. μανίας μελέτη, id eſt, inſaniæ exercitatio quædam eſt, Sophocles de perpetua ebrietate Aeſchyli dicebat εἰ καὶ δέοντα ποιεῖ, ἀλλ᾽ οὐκ εἰδώς γε. Et ſi bonos verſus ſcribit, laudem nõ meretur, quia neſciens hoc facit. Hęc apud Mercerum, nõ indicatis alio modo locis ex quibus deprompta ſint. Eccli.

Eccli. 19. 19. Operarius ebrioſus non locupletabitur. Iſai. 5. *Væ qui*

Iſai. 5. *potentes eſtis ad bibendum vinum, qui conſurgitis mane ad e-*

Eccli. 31. *brietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperam.* Am-

Athenæ⁹ li. 10. dipnoſop. cap. 9. mon & Holofernes temulenti occiduntur. Eccli. 31. *Multos exterminauit vinum.* Athenæus dipnoſophiſtarum libro 10. cap. 9. Scitè prouerbiorum inuentores, quoniam, vt ſpeculum æreum formę, ſic vinum mentis eſt index, hinc traxerunt elegans iſtud adagium: ὁ οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλια,

id eſt,

id eſt,vinũ nõ habere clauũ,ſeu gubernacula.Nimirũ propterea quòd ebrietas nihil cõſultè,vel moderatè vel dicit, vel facit.Obruitur enim ratio,quæ claui vice ſobrios moderatur ac gubernat. Ibidẽ rurſus Athenæus : Sophocles Aeſchylũ,quia tragœdiam ebrius conſcripſit, idcirco húc carpens ait: εἴ τι ὦ Αἰσχύλε εἰ καὶ τὰ δέοντα ποιεῖς, ἀλλ' οὖν οὐκ εἰδώς γε ποιεῖς, ὡς ἱστορεῖ Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Αἰσχύλου.hoc eſt, Etſi apta facis ô Aeſchyle,non tamen peritus hæc aptè facis,vt Chamęleon teſtis eſt,in libro de Aeſchylo. hæc Athenæus , ex quo haud dubiè ſumpſit deprompſitque, quod ſuprà recitauimus de Aeſchylo Mercerus.Athenęus item cap.libr.15.decimi,ſcribit,Τῶν δεινῶν εἶναι μητρόπολιν τὸν οἶνον Omnium malorum ſiue grauium vinum eſſe metropolim,per quod ebrietas emanat & inſania. Ibi citatur hic verſus:

Athenæus ibidem. *Athenæus lib. 10.c.15.*

Πολὺς γὰρ οἶνος πολλὰ ἁμαρτάνειν ποιεῖ.hoc eſt,
Multum merum peccare cogit plurimum.

Eleganter profectò & Ariſtophanes:

Ἀφροδίτης γάλα τὸν οἶνον εἶπεν εἰπών,
Ἡδύς τε πίνειν οἶνος Ἀφροδίτης γάλα.hoc eſt.
Veneris lac vinum appellauit,dicens,
Bibentibúſque dulce vinum,lac Veneris.

Quòd multum nonnulli bibentes,illegitimæ reî venereæ deſiderium concipiunt. Sic ille. Stobæus ſermone 18. de incontinentia Philemonis poëtę Gręci illud citat,quod ſuppreſſo nomine ſuprà allegauit Mercerus. ἐμεθυον,ἱκανὴ πρόφασις εἰς θ' ἁμαρτάνειν.hoc eſt , Ebrius erã, ſcilicet prętextus hic ad peccandũ ſatis eſt.Imò, Pittacus, vt de illo Laërtius lib.1.narrat:Ebrios quũ peccarent , duplici incommodo afficiendos per leges ſtatuit , vt cauerẽt temulentiam:abundat quippe vino inſula Mitylene. Stobęus vbi ſuprà Pytagoram citat:

Stobæus ſerm. 18. de incontinentia. *Laërtius lib. 1. in Pittaco.* *Stobæus vbi ſuprà.* *Laërtius li.1.de Anachar.*

Πυθαγόρας ἔλεγε,τὴν μέθην μανίας εἶναι μελέτην.

Pythagoras ebrietatem inſanię meditationẽ vocitabat. Hoc & Mercerus non indicato loco , ſuprà poſuerat. Citat item,de Sophocle vitio vertente Aechylo,quòd ebrius ſcriberet.Nam & ſi bene ſcribit, inquiebat, neſciens tamen id facit.Hactenus Stobęus.Anacharſis , vt author eſt Laërtius lib.1.agens de eodẽ:Rogatus quo pacto quis temulentiã effugeret?Si turpes, inquit, ebrioſorũ motus ſibi ante oculos ponat.Vnde Plutarc.to.1.opuſculorũ,in inſtitutis Laconicis ſcribit:quòd pueris oſtendebant ſeruos

Plut.to.1 opuſc. in inſt. Laconio. to. 3. opuſc. aduerſus Stoicos & to. 1. vitarum in Licurgo.

ebrios, vt à largo vini potu eos deterrerent. Idem to. 3. opuſc. aduerſus Stoicos, & to. 1. vitarũ in Lycurgo: Introducebant, inquit, illos in conuiuia, oſtendentes iuuenibus quàm eſſet fœda res ebrietas. Hac de re Clemens Alexandrinus Pædagog. lib. 3. c. 8. ita ſcribit: Ilotas Lacedemoni (ſeruorum nomen ſunt Ilotes) cogentes inebriari, ſibi ipſis ſobriis, ea quæ faciebat ebrietas, correctionis curationiſque loco oſtendebant. Obſeruantes ergo illorum turpitudinem, docebantur ne in idem quod danabant vitium inciderent, ex ebriorum probro hoc fructus conſequẽtes, quòd ipſi non peccarẽt. Sic ibi. *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*, ait Paulus Eph. 5. Ennius poëta articulari morbo conſumptus eſt, quem ex immodico vini vſu contraxerat. quam rem egregiè docet Serenus Samonicus Gordiani iunioris olim præceptor, cuius meminit Spartianus. is præcepta quædam medicinæ edidit carmine: agens verò de remediis Iſchiæ depellendæ, & articulari morbo leniẽdo, ſic cecinit.

Clemens Alexandrin. pædagog. li. 3. c. 8.

Epheſ. 5.

Spartianus.

Vel pelagi latices, ſimul & Baccheia dona
Sumere curabis: nimio ſed parcito vino.
Ennius ipſe pater, dum pocula ſiccat iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruiſſe dolores.

Sic ille circa media. Ebrietatem podagræ cauſam eſſe, tradunt communiter medici. Quid dicam de Patriarcha Noë, qui femora ex ebrietate nudauit? Geneſ. 9. Loth quẽ Sodoma non vicit, vina vicerunt, cap. 19. Clemens Alexãd. lib. 2. Pædagogi c. 2. in fine perbellè ac eleganter admodũ confert ebrioſos cum Elpenore Homerico, eius verba recenſebo: Quemadmodum, inquit, Elpenor fregit calcaneum, cum cecidiſſet propter ebrietatem: ita eorum cerebrum, præ ebrietate caligine offuſum, ad cor & iecur, hoc eſt, ad voluptatem & irã maiori caſu decidit, quàm dicunt poëtæ, Vulcanum cælius à Ioue in terram fuiſſe deiectũ. Hæc ille. Plura aliàs è nobis dicta ſunt in decadibus noſtris ſacris, contra hoc vitium, Euangelio, de vinea, non quòd vini culpa ſit, ſed immoderatè bibentis. Creatura Dei quidem bona eſt, ſed arguitur abuſus. Scribit egregiè de vino Homerus,, Iliados ζ. Α'νδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει: id eſt,

Gen. 9. c. & 19. c.

Clemens Alex. li. 2. pædagog. c. 2. in fin.

Homer. ἰλιαδ. ζ.

Viro defeſſo robur magnum vinum addit.

Verũ culpatur exceſſus & incontinentia. Scribit Tertul. Apologetico contra Gentes c. 6. Mulieres apud Romanos, inquit

Tertullian. apologetico contra Gẽtes c. 6.

inquit,vſq; adeò vino abſtinebãt vt matronã ob reſignatos cellę vinariæ loculos,ſui inedia necarint. Sub Romulo verò, quæ vinũ attigerat,impunè à Macẽnio marito, trucidata eſt:Idcirco & oſcula propinquis offerre,neceſſitas erat,vt ſpiritu iudicarẽtur. Hęc ille.Diſertè ſiquidẽ Ouid. lib.2.de remedio amoris in fine cecinit:*Vina parãt animos Veneri,&c.*Et D. Hieron.to.2. Oceano de vnius vxoris viro,circa finem, venter mero æſtuans, citò deſpumat in libidines.Finiero,ſi Senecæ teſtimoniũ protulero.Is epiſtolarũ lib. 2.epiſt.84.contra ebrietatem,grauiter.ſic ſcribit: Quàm multa ebrij faciunt, quibus ſobrij erubeſcant:nihil autem aliud eſſe ebrietatem, quàm voluntariã inſaniã exiſtimat.M. Antoniũ, magnũ virum & ingenij nobilis,quæ alia res perdidit, quàm ebrietas? Nec minor vino Cleopatre amor. Hæc illũ res hoſtem Reip. hęc hoſtibus ſuis imparem reddidit, hęc crudelem fecit, cùm capita principum ciuitatis cœnãti referrentur, cùm inter apparatiſſimas epulas,luxúſque regales, ora ac manus proſcriptorũ recognoſceret,cùm vino grauis ſitiret tamẽ ſanguinẽ.Ferè vinolentiã crudelitas ſequitur:violatur enim,exaſperaturq; ſanitas mentis.Quẽadmodũ difficiles faciunt oculos diutini morbi,etiã ad nimiã radij ſolis offenſionẽ: ita ebrietates cõtinuè afferãt animos. Nã cùm ſępè apud ſe nõ ſint,cõſuetudine inſanię durata vitia vinio cõcepta, etiã ſine illo valẽt. Hucuſq; Seneca grauis author,ex quo proculdubio deſumpſit Mercerus, quòd ſuprà retulimus.

Ouidius lib.2.De remed. amor. in fine.

D.Hieronym⁹ to. 2. Oceano, De vni⁹ vxoris viro circa finem.

Seneca lib.12. epiſt.34.

*Expergiſcimini ergo & flete ebrij.*Flete inquã,ad pœnitentiã. Nõ ſic ſerpẽs in paradiſo.quinimò dicebat, agite veſcimini fructibus vetitis.Omnes cibi mũdi ſunt. Sic noſtrę tẽpeſtatis hęretici,cum Epicuro dicentes,1.*Cor.15.Manducemus & bibamus, cras enim moriemur, & Iſai. 22. Comedere carnes,& bibere vinũ:Si dimittetur hæc iniquitas vobis,dicit dominus?*Veri Prophetę arguunt.d.O ebrij, expergiſcimini à veſtris voluptatibus.1.*Pet.5.Sobrij eſtote,& vigilate.* Ratio, quoniã periit vinũ ab ore veſtro (τροπικῶς dictum) ob vinum ori veſtro ereptum. Quòd tamen poteſt intelligi: inuiti eſtote ſobrij,ac dolete vini penuriã, ob vites à vermibus noxiis exeſas. Eccui æquè doleat vitium corroſio, atque ebrio? in hunc locum D.Hieronymus ita ſcribit.Sępe Dei fit prouidentia, vt qui non cognouerunt Deum in proſperis,agnoſcant in aduerſis.Et qui diuitiis malè abuſi sũt,ad virtutes penuria corrigãtur.Nũc ſequẽtia videam⁹.

1.Cor.15

Iſa.22.c.

1.Pet.5.

D. Hieronymus in Ioel.1.

Gens aſcendit ſuper terram meam, &c. Iam cauſam ſubiungit, vnde vinum ſit defecturum, ſed ita hæc proponit quaſi iam accidiſſent, poſſunt verò eſſe præterita pro futuris. Aſcendit (pro) aſcendet, & in ſequenti verſu, poſuit vineam meam, id eſt, ponet prophetarum more, ad certitudinem prophetiæ. Gentem figuratè appellat, locuſtarũ examen, vt Salomon, Prou.30. formicarum, & lepuſculorum ſiue cuniculorum, populum ac plebem; & noſtri apum gentem, plebemque. Sic enim Columella de re ruſtica, lib.9. cap.9. de apibus, ita ſcribit: Talis eſt apium natura, vt pariter quæque plebs generetur cum regibus. Deinde, Quaſi procerum ſeditione plebs, in partes diducitur: quod frequenter fieri prohibendum eſt, quoniam inteſtino bello totæ gentes conſumuntur, & cap.11. Duas, vel tres alucorum plebes. Et Virgilius lib. 4. Georgicorum initio, de Apibus ita cecinit:

Prou.30. cap. *Columella li. 9. c. 9. De re ruſtica, & c.11.* *Vir. li. 4. Georg. initio.*

Magnanimóſque duces, totiúſque ex ordine gentis
Mores, & ſtudia, & populos, & prælia dicam.

Hic primarius eſt huius loci ſenſus. Poſt enim ad Chaldæorum gentem hæc cum veteribus referre potes, quæ animoſitate & truculentia etiam leonibus comparatur ſub finem 5. capit. Iſaiæ. Rugitus eius vt leonis: rugiet vt catuli leonum, tenebit prædam, & non erit qui eruat.

Verùm propiùs exactiúſque inſpicienda ſunt prophetę verba: Gens inquit, aſcendit. R. Dauid Kimhi, verſans hunc locum, Mercero interprete, Omnis, ait, congregatio ex viuentibus appellatur גוי goi gens: propterea dicit de locuſta, Gens, & ſic dicit de formicis, populus, & de cuniculis ſimiliter. Sic ille. Et R. Selomo, referente Lyrano noſtro metaphoricè locuſtas appellari putat, Gentem fortem. Ipſe verò rem figuratam cenſet exponi. Poteſque non inconcinnè 4. Reges accipere, qui Iſraël tum vaſtarunt Teglatphalaſar, Sennacherib, Salmanaſar, & Nabuchodonoſor, qui vaſtam 70. annis terram reliquit. Aſcendit, dicit, qui Hieroſolymam petunt, aſcendere dicuntur. Ecce aſcendimus Hieroſolymam, &c. Iſa. 11. cap. *In die illa qua aſcendit Iſraël de terra Aegypti.* Fortis, hoc eſt, atrox: fortitudo namque capitur pro virtute, aliquando pro robore. Quod autem hæc virulenta Eruca, Babyloniæ rex, in Iudęa deſignarit, quãta truculentia dentibúſque leonis contriuerit, & deuaſtauerit populum

R. Dauid Kimhi. Ioël. 1. *R. Selomo.* *Lyranus Ioel. 1.* *Iſa. 11. c.*

Dei legitur 4. Reg.24.& 25. & Hier. 39. Exercitus Nabuchodonoſor venit in Hieruſalem, ſpoliauit templum, & abſtulit inde omnes theſauros domus Domini, & domus regiæ, & tranſtulit omnes principes & fortes exercitus in captiuitatem, trâſtulitque regem Ioachim in Babylonem. Deinde anno nono venit rurſus in Hieruſalem & comprehenſus eſt Sedechias rex, cui effodit oculos,& vinxit eum cathenis, & abduxit in Babylonem, ſuccendit templum, & muros Hieruſalem deſtruxit. Miniſtros templi interfecit,reliquos captiuos auexit in Babylonem:ſic ibi. Quæ mihi in memoriam reuocant,quæcunque ab Hugnoſticis, templorum euerſoribus atque ſacerdotum interfectoribus, tempore bellorum ciuilium geſta ſunt crudeliſſimè & pluſquam Turcicè. Captiuitatis Babylonicæ cauſa deſcribitur.2. Par. 36. *Sedechias*, ait ſacer contextus, *non erubuit faciem Hieremiæ prophetæ loquentis ad ſe ex ore Domini: & indurauit cor, vt non reuerteretur ad Dominum Deum Iſraël. Sed & vniuerſi principes ſacerdotum, & populus praeuaricati ſunt iniquè, iuxta vniuerſas abominationes gentium,& polluerunt domum Domini,quam ſanctificauerat ſibi in Hieruſalem. Mittebat Dominus ad illos, per manus nunciorum ſuorum: at illi ſubſannabant nuncios Dei, illudebántque prophetis, donec aſcenderet furor Domini, & nulla eſſet curatio. Incenderunt hoſtes domum Domini, & quicquid pretioſum fuerat, demoliti ſunt, &c. Et completi ſunt deſolationis 70. anni.* Sic ibi. Vide quomodo abundabat iniquitas tunc temporis. Ideóque in vindictam ſcelerum immiſſa eſt à Domino huiuſmodi deuaſtatio, de qua noſter vaticinatur Propheta. *Lento quidem gradu* (quod ſcribit Valerius) *ad vindictam ſui,diuina procedit ira, ſed tarditatem, ſupplicij grauitate compenſat, & quantò ſeriùs, tantò ſeueriùs agit.*

4.Reg. 24.25.et Hier.39. cap.

2. Par. 36.

Valeri.

Noë, centum annis pœnitentiam in conſtructione arcæ prædicauit, cùm nihil ille proficeret, nec homines emendarentur, ſequutum eſt diluuium. Sodomitæ irridebant Loth, & ſulphure conflagrarunt. Pharao contemnebat Moſem & Aaron; ideò ſubmergitur in mari rubro. Non fert Deus contemptum ſuorum nuntiorum ac legatorum. Enimuerò qui legatos Dei opt. maxim. ſpernit,ipſum quoque cõtemnere conuincitur.*Quicumque autem honorificauerit me, glorificabo eum:qui autem contemnunt me, erunt ignobiles,ait Dominus*, 1.Reg.2. Et hæc fuit cauſa, quare per Babylonios, Iudæos Deus punierit & afflixerit,

ob ſui

Arias Montanus in 1. c. Ioelis. ob ſui nimirum contemptum in prophetis. Arias Montanus ad hæc verba Ioël.1. Gens aſcendit ſuper terram meam, &c. Significanter verò dixit, ſuper terram meam, &c. quòd iam ſuum ius repetere videatur ab iis, qui creditam & commiſſam ſibi ad religionis cultum regionem, *Matth. 21.c.* (Matth.21.in parabola de vinea) propriis tantùm ipſorum commodis vtilitatiq́ue ſeruire coëgerant. Habet autem affectum vox Meam, & dolentem indicat dicentis ani-*Cant.* mum, vt illud in Canticis, *Vineam meam non cuſtodiui.* Nollet quidem Dominus ad eum locũ rem deueniſſe, vt alienis hominibus crudeliſſimis & inſolentiſſimis vtendum illi ad recuperationem eſſet, ſed cùm quis iure æquitatéque expertus, nihil tamen effecit, vel inuitus vim atque impetum adhibet. Sic ille. Huc reuocabis quod Matth. *Matt.22* 22. dicitur, de vocatis ad nuptias & nolẽtibus venire, aliis autem ſeruos ad ſe miſſos, contumeliis affectos occidentibus. Rex autem cùm audiſſet, iratus eſt: & miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit. Quod & de ingratis agricolis, quibus locata erat vinea, intelligendum venit. Cum enim miſſis nunciis & ſeruis ſuis identidem, qui officium iúſque ab Agricolis repeterent, nihil tamen vnde Dominus profeciſſet, tandemq́ue filij legatione contẽpta, inſolentiſſimos nimiúmque iniurios fuiſſet expertus, miſſis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & vineam ſuam locauit aliis agricolis. Quòd autem ſubiungitur dentium & molariũ men-*Arias vbi ſuprà.* tio, ſic accipiendum exiſtimat Arias, vbi ſuprà. Duplex, inquit, in vniuerſum armorum genus eſt, quibus bella expediri conficiq́ue ſolent; Alterum quod ad feriendi & cædendi hoſtis rationem; alterum verò, quod ad vaſtandi, expugnandi, & diruendi pertinet vſum. Prioris generis ſunt gladij, arcus, haſtæ, & miſſilia omnia. Poſterioris verò arietes, teſtudines & cætera quę olim excogitata, aut hoc tempore adinuenta ſunt tormẽta: atque illud genus, dentium, hoc molarium imagine vates indicauit. Dentes enim ad mordendum & lacerandum, molæ verò ad contundendum & molendum natura comparatæ ſunt. Vtroque genere paratiſſimum atque inſtructiſſimum hoſtium exercitum fore oſtendit, vt non ſolùm hominibus, ſed vrbibus, muris & munitiónibus omnibus ſuperior ſit. Hęc ille. Nec ſilentio prærerire debemus, hîc Deum vocare terram ſuam, quã tamen cæteris gentibus alienis à religione, alta

pace

pace fruentibus,& in vtramque aurem (quod dicitur) dormientibus, diripiendam hoſtium furori tradidit. Hoc ſiquidem facto oſtendit eos, qui legem & prophetas habẽt, & qui religione ad ſuas abutuntur delicias, multò ſeuerius infidelibus ipſis caſtigandos eſſe, dicente Chriſto in Euangelio: Seruus ſciens voluntatem Domini ſui & non faciens, vapulabit plagis multis. Sequitur in textu. *Dentes eius vt dentes leonis, & molares eius vt catuli leonis, &c.* Sæuitia eorum deſcribitur & robur. Pſal. 57. *Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum, molas leonum confringet Dominus.* Pſal. 57.
Habent & ſectæ dentes leonũm. Diabolus illarum pater, leo in ſcriptura nominatur 1. Pet. 5. *Aduerſarius veſter, diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.* Pſal. 56. *Dentes eorum arma & ſagitta.* Micheæ 3. *Hæc dicit Dominus ſuper prophetas, qui ſeducunt populum meum, qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem, & ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium.* Prouerb. 30. *Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus ſuis, vt comedat inopes de terra.* Sathanæ miniſtri ſunt ſanguinarij, ac proprio epitheto à quibuſdam noſtratibus, *Predicans empiſtolez*, nominantur. 2. Timot. 4. *Liberatus ſum de ore leonis.* Neronem ſignificat, propter eius crudelitatem, è cuius carceribus in præteritum liberatus fuerat. Sic truces ſæuique tyranni leonibus comparantur. Leo eſt animal curuis vnguibus, quibus rapacitas tyrannorum exprimitur. Dentes habet leo, & molares, quibus nedum carnes edit, ſed ipſa quoque oſſa comminuit & perfringit. Lucretius de rerum natura lib. 5. circa media, ſic de leonibus cecinit: 1. Pet. 5. Pſal. 56. Michea 3. Prouerb. 30. c. 2. Tim. 4 Lucreti⁹ lib. 5. circa media

Principio genus acre leonum, ſæuáque ſæcla
Tutata eſt virtus, vulpes dolus, & fuga ceruos.

Idem lib. 3. verſus medium, ſimiliter, Idẽ lib. 3 verſus mediũ.

Denique cur acris violentia triſte leonum
Seminium ſequitur? Dolus vulpibus, & fuga ceruis
A patribus datur, & patrius pauor incitat artus.

Seminium dixit, pro ſemine, nempe pro fœtura & progenie leonum, imitatione Varronis lib. 2. de re ruſtica, ſeminium pro fœtura vſurpantis, vt obſeruat Giſanius, ſuis in Lucretium conlectaneis dictione Seminium. Et quia animal eſt maximè febri obnoxium, eóque morbo leones toto vitæ tempore cruciari feruntur: ea de cauſa Lucretius triſte leonum ſeminium appellauit. Sanè prouerbiũ hinc emanauit, Varro li. 2. de re ruſtica. Giſanius in Lucretiũ dict. ſeminiũ. Lucreti⁹

emanauit, ἐγέλασεν ὁ λέων, Riſit leo, quotiens rarum aliquod hilaritatis exemplum intueamur. Thucydidis id dictum. Sic Pierius lib.1. Hieroglyphicōn de leone annotauit, tit. Furor indomitus. Poëta non immeritò leonibus tribuit acrem violentiam, vis eſt violenta leonum, ait ille alibi, quod facit & noſter propheta hoc loco. Eſt etiam furor leoni familiaris, vnde apud Maronem--*Iræque leonum*, legitur, &c. Ouidius: *Iram vultus habet*, de eiſdem ait. Hæc Pierius. Animal hoc, cibo incontinenter admodum vtitur, multáque deuorat ſolida, ſine vllo diſſectu, quæcumque poteſt. quam ſcilicet voracitatem Iuuenalis tangit, vbi multa paſcendum carne leonem dixit: Hæc Pierius vbi ſuprà tit. de Crapula. Hoc ex Plinio lib.8. cap.16. de leonibus, ſumptum. Quæ poſſint, inquit, in mandendo ſolide deuorare. Molares autem, dentes maxillares dicuntur, quòd cibum à cæteris dentibus confractum dentes maxillares molant. Verùm ſequentia conſideremus.

Thucydides. Pierius li.1. hieroglyphicon. in leone. Virgili⁹. Ouidius.

Pierius vbi ſupr. Plini⁹ li. 8. c. 16. de leonibus.

Poſuit vineam meam in deſertum, & ficum meam decorticauit: nudans ſpoliauit eam & proiecit, albi facti ſunt rami eius, &c.

Quum peccatores ebriis compararit, in parabola perſtans, vaſtationem vinearum & ficuum ponit: In genere totius terræ vaſtationem intelligens. Hæc ab ebriis, qui delicatè viuebant, magis amabantur, vt quiſque rei alicui addictus eſt, ita ſi pereat dolet. Poſuit, id eſt, certum eſt quod vaſtabit, iam actum eſt; ne dubitetis. Cæterùm quum Prophetæ de bonis corporis loquuntur, animi bona non negligunt. Itaque Propheta deplorat omnem virtutem ſuo tempore perditam, vineam Domini degeneraſſe ad idololatriam. Meruerant Iſraëlitæ, vt hæc illis auferrentur, quibus abuſi fuerant, ea offerentes idolis. Planè vineam in deſertum, Galli dicunt *en friche*, poſuit; & ficum retexit ſeu decorticauit, exhauſto qui ſupernè erat virore, & proiecit in terram ſcilicet, quicquid corroſit, vnde albi remanſerunt eius palmites, ſiue rami, vt palmites ad vites, rami ad ficum referantur. Vitium autem & ficuum vaſtatione & reliquorum vaſtationem complectitur: ſed horum ſpeciatim meminit propter ebrios, ad quos ſermonem inſtituerat, qui vitibus, vnde vinum, & dulcibus cibis, quales ficus, delectantur. Dulcibus enim abliguritores & decoctores veſci ſolent. Vitem ſeu vineam, ſunt, qui Domini vineam, Iſraëlem intelli

intelligant; vt Iſai. 5. *Vinea Domini exercituum, domus Iſ-* *Iſai.5.c.*
rael eſt, & Pſalm. 79. *vineam de Ægypto tranſtuliſti, &c.* *Pſal.79.*
Exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depa-
ſtus eſt eam, quod præſenti loco valde congruit. Ibi. *Re-*
ſpice de cœlo, & viſita vineam iſtam. Matth. 21. *Homo* *Matth.*
quidam plantauit vineam. Et ſenſu allegorico 4. Eſdræ 5. *21.c.*
Ex omnibus arboribus elegiſti tibi vineam vnicam. Populus *4.Eſdræ*
Iudæus item, Matth. 21, & Mar.11. ficui comparatur, in *5.c.*
qua quum fructum non inueniſſet Saluator, maledixit *Matth.*
ei, & aruit. Tam de vite infructuoſa, quàm de ficu va- *21.&*
cua nec ferente fructum, quamuis lata patulaque folia *Mar. 11.*
habeat, dicitur: Luc.13. *Succide illam, vt quid terram occu-* *cap.*
pat? Ezech. 15. *Quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis ne-* *Luc.13.*
morum? Nunquid vtile erit ad opus? Ioan.15. *de palmitibus in-* *Ezech.*
fructuoſis dicitur: Omnem palmitem non ferentem fructum ex- *15.*
ſcindes eum, & in ignē proijcies. Non vult Deus folia, ſed vult *Ioan.15.*
fructus. Amplificabis prout voles. Erucæ nō ſolùm vitibus
nocent, ſed etiam vulpes paruulæ vineas demoliuntur: in
Canticis, per Erucas, corroſio tyrannorum intelligitur,
per vulpeculas, fraus & dolus hæreticorum, ſed de his la-
tiùs in Decadibus noſtris ſacris Euangel. de vinea ſcripſi-
mus. At dices, quæ comparatio vineæ vel ficus ſeu fici ad
homines? Reſpondeo. Plato in Timæo hominem arbori ſi-
milem facit ex oppoſito, hincque arbor euerſa homo dici-
tur, & in Euangelio *quidam vidit homines ſicut arbores*,
Marc.8. Caput comparatur radici arboris, ſurſum autem *Mar.8.c*
vergit. Pſalmographus, *Vxor tua*, ait, *ſicut vitis abundans*,
Pſalm. 127. Scribitque Herodotus, lib.1. quòd de Manda- *Pſal.127*
ne Aſtyagis filia Cambyſi Perſæ nupta, viſionem habuerit *Herodo-*
Aſtyages huiuſmodi: Videbatur ei de genitalibus filiæ, *tus lib.1.*
vitis enaſci, quæ omnem occuparet Aſiam. Somniorum
verò interpretes expoſuerunt, filiæ prolem, pro ipſo re-
gnaturam. Quod de Cyro nepote eius, fœlici euentu com-
probatum eſt. Adde quòd Ioan. 15. loquitur Chriſtus: *Ego* *Ioan.15.c*
ſum vitis & vos palmites. Ex quibus liquidò conſtat tum
vitis, tum fici appellatione, ſiue alterius arboris, homi-
nem congruè intelligi. Tempus eſt, vt huic Homiliæ fi-
nem imponamus, ne lectoribus tædium faſtidiúmve ad-
portemus. Expergiſcamur & nos, qui quondam huius ſæ-
culi amore inebriati fuimus, voluptatibus hucuſque non
ſolùm addicti, verumetiam immerſi, nec minus, quàm
vino obruti. Siquidem, vt vinum mentem hominis
alienat,

alienat,ſit vanitas huius mundi,luxus, ambitio, & ſimiles
carnis mundíque illecebræ, homines dementant, & quod
Eccli.19. dixit Eccleſiaſticus Sirach, ca.19. *Vinum & mulieres apoſta-*
ea. Rom. *tare faciunt ſapientes.* Rom.13. *Hora eſt nos iam de ſomno ſur-*
13.Ephe. *gere.Eph.5.Surge qui dormis, & exurge à mortuis &c.1. Theſſ.*
5.1.Theſ. *5.Vigilemus,& ſobrij ſimus.Expergiſcimini ebrij*,clamat noſter
5. Ioël.Tempus eſt vt excitemini, adeſt tribulatio. Ebrietas
in genere, poteſt omnis amor mundi accipi. Alij honore,
alij aliis rebus inebriantur. At nihil eſt hîc ſtabile. Ab ore
veſtro vinum perit, ideſt veſter mundus periturus. Perit
voluptas quæ breui finitur. Tranſit mundus & concupiſ-
centia eius. Stultum eſt rebus non ſubſiſtentibus addici:
Ergo conuertamur ad Deum, & dignos agamus pœniten-
tiæ fructus: vt meritas pœnas euadere valeamus, & coro-
nas perditas recuperare.Quod nobis cõcedat, qui in Tri-
nitate viuit & regnat. Amen.

HOMILIA VII.

Plange quaſi virgo accincta ſacco, ſuper vir ũ pubertatis ſuæ. Perijt ſacrificiũ & libatio de domo Domini:Luxerunt ſacerdotes miniſtri Domini.Depopulata eſt regio, luxit humus: quoniam deuaſtatum eſt triticum,confuſum eſt vinum,aeanguit oleum.Cõfuſi ſunt agricolæ,vlulauerunt vinitores,ſuper frumento,& hordeo, quia perijt meſſis agri.Vinea confuſa eſt, & ficus elãguit:Malogranatum, & palma,& malum,& omnia ligna agri aruerunt:quia confuſum eſt gaudium à filijs hominum.

IOELIS. CAP. I.

INTER præcipuos dolores ponit ſcriptura
luctum parentum de liberis, & coniugum.
In vtroque genus muliebre excellit, vtpote
mollius, & ad ram inſignes dolores feren-
2.Reg.1. dos infirmius 2. Reg.1. *Doleo ſuper te frater*
mi Ionatha, ſicut mater vnicum amat filium
Luc.7. *ſuum,ita & ego diligebam te.* Luc.7. *Vidua filium ſuũ vnicum*
irreme

irremediabilibus ferè lachrymis deflebat, quem nõ ſolùm verbis, ſed & ipſo facto conſolatus eſt Chriſtus. Zachar. 12. Plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum, & dolebunt ſuper eum, vt doleri ſolet in morte primogeniti. Et mater filio orbata, & vxor marito viduata, magnos lachrymarum profundunt imbres, nec facilè temperant à lachrymis. Ad harum igitur inſtar, dicit nunc propheta, *Plange quaſi virgo &c.* Eiula, lamentare, non ſecus ac virgo cilicio accincta, ob maritum pueritiæ ſuæ, dum luget ſcilicet virum cui adoleſcentula nupſerat. Neque enim ad virginẽ refero (vt alij) quæ ſpem tantùm nuptiarum conceperit: (inquit ad hunc locum Mercerus) propter nomen בעל baal, quod nõ amaſium, ſed maritum, qui ius habeat in vxorem, ſignificat. Idem Mercerus in Oſeæ c. 2. Quod, inquit, quidã mouent בעל baal, etiam amaſium Hebraicè ſonare, falſum eſt. Sic ibi. Ac בתולה bethula ætatis hoc loco, non integritatis nomen accipio, vnde & ſeptuaginta νύμφην reddunt. Luctum grauiſſimum ſignificat. Certùm enim eſt hunc inter præcipuos luctus collocari, vt & parentis ob amiſſos liberos, mulieris præſertim. Hactenus Mercerus. Conſului Biblia Complutenſia, & reperi Græcè, παρθένον hoc eſt virginem. In exemplari autem Germanico, legi, νύμφην, id eſt ſponſam. Virum pubertatis, ſeu maritum virginalem, ait Diuus Hieronymus eum intelligit, qui primus abſtulit florem virginitatis. Quamuis de deſponſata Lyranus noſter exponat, quæ nondum viri amplexibus, vt potè præuenti morte, frui potuit. Virgo laxato vocabulo dicitur, mulier non ita pridem corrupta. De Paſiphaë vxore Minois Cretæ Regis, canit Virgilius Eglog. 6.

Ah virgo infœlix, quæ te dementia cœpit?

Nota ex Galatino lib. 7. cap. 15. Tria eſſe apud Hebræos vocabula idem ferè ſignificantia, videlicet Naara, Bethula, & Aalma. Naara ſolùm ætatis reſpectum habens, puellam ſiue adoleſcentulam ſignificat, tam virginem, quàm corruptam. Bethula verò ad virginitatem duntaxat reſpectum habens, virginem ſignificat ſiue adoleſcentula ſit, ſiue anus. Aalma autem ad vtrumque reſpectum habens, ad adoleſcentiam ſcilicet, & ad virginitatem, & adoleſcentulam & virginem deſignat. Hæc Galatinus. Verùm enimuero Ioan. Mercerus, in Academia Pariſiẽſi non ita pridem Hebraicæ linguæ profeſſor Regius, contrà exiſtimat, hoc loco Bethula ætatis nõ integritatis, nomen

Zacha. 12.

Mercer⁹ in 1. Ioël.

Mercer⁹ in 2. Oſeæ.

Biblia cõplutẽſia: Biblia Græca Germanica.

Lyranus in Ioël c. 1.

Virg. Eglog. 6.

Galatin⁹ li. 7. c. 15.

eſſe, cum quo nunc quidem hac in parte ſentio. Adducam etiàm Seruij in Virgilium ſuper hac re Commentarium. Is ad locum ſuprà citatum: Ah Virgo infelix &c. Virgo, vt diximus ſuprà, à viridiore ætate appellatur. Nam Paſiphae Cretenſium regina, Minoïs vxor, quæ tauri amore flagrauit, qua de ibi ſermo, iam mater fuerat Phædræ, Ariadnes, Androgei. Idem rurſus in illud Æneidos 11. *Muliebribus armis.*

Seruius in Eclog. 6.

Seruius ĩ Æneid. 11.

Vſus, inquit, obtinuit, vt innuptas, virgines, nuptas, Mulieres vocemus. Nam apud maiores indiſcretè virgo dicebatur & mulier: vtrumque enim ſexum tantùm ſignificabat. Vt ecce hoc loco dicit armis muliebribus, quum Camillam innuptam fuiſſe manifeſtum ſit. Item in Bucolicis legimus. Ah virgo &c. quum Paſiphaëm conſtet ex Minoë ante amorem tauri filios ſuſcepiſſe. Terentius etiam mulierem poſt partum virginem vocat in Hecyra: *Nam vitium eſt oblatum virgini olim ab neſcio quo improbo.* Quod autem ex Terentio protulit, habetur in Hecyra Actus 3. Scena 3. Quamquam non tam aperta ſit (tanti viri pace dixerim) probatio: virginis nomen etiam ei, quæ pepererit accommodari, ex eo quod dixit, Terentius, Vitium fuiſſe oblatum virgini, olim. Ampliatio enim hic ſit temporis, ad duas differentias, ad præſens nimirum & præteritum, vt, illa quæ eſt vel fuit virgo olim, vitium paſſa eſt: ſtuprum cùm eſſet virgo, ab improbo quodam pertulit: ſic exponeret ex regulis ampliationum Dialecticus. Quidquid ſit hoc loco, Virgo, pro corrupta etiam accipitur καταχρηστικῶς, & abuſiuè, ſiue impropriè. Attamen virgo propriè illa eſt quæ integra eſt, & incognita viro. Mulier autem corrupta, vt apud Vlpianum leg. Alioquin quid dicemus Dig. De contrahenda emptione. Quod ego me virginem emere putarem, cùm eſſet iam mulier, emptio valebit, in ſexu enim non eſt erratum. Scribit Quintilianus lib. 6. cap. 4. Ciceró obiurgantibus quod ſexagenarius Popiliam virginem [illegible]ſſet, Cras, mulier erit, inquit. Et Laërtius lib. 9. in [illegible]mocrito [illegible] Hippocratis comitem primo die ita [illegible] Poſtridie verò: Salue mulier, fue[illegible] illa vitiata. Etiam virgo mulier ap[illegible]ipotens l. 13. Mulieris appellatione [illegible]catione, Mulieris appellatione, ait [illegible] viripotens continetur. In quam legem

Terẽtius in Hecyra act. 3. ſcen. 3.

l. alioqui quid dicem? D. de contrahẽda emptiõe.

Quintilianus li. 6. c. 4. inſtit. orator.

Laërtius lib. [illegible]

legem ſic Fornerius anteceſſor Aurel. Acad. vir multæ lectionis, & raræ eruditionis, Virgo viripotens, quæ exceſſit pubertatem. Virgo autem quaſi virago, ait Fulgentius epiſt. 3. ad Probam. M. Varro lib. 2. De re ruſtica cap. 10. ſub finem. In Illyrico, inquit, quas Virgines appellant, nonnunquam annorum 20. quibus mos eorum non denegauit ante nuptias vt ſuccumberent quibus vellent, & incomitatis vt vagari liceret, & filios habere. Ex quibus videtur innuere Virginis nomen apud Illyricanos, ad corruptas etiam quæ vigeſimum annum non exceſſerint, adaptari, & ampliari. Græci τὴν παρθένον, eam, quæ non ſit virum paſſa definiunt, Νύμφην verò, quæ experta quidem, at ex eo non peperit: γυναῖκα autem, quæ peperit. Sed γραῦν, effœtam, quæ iam parere deſierit: Tzezes in Lycophronis Caſſandram. Hactenus Fornerius.

Fornerij Ant. Aur. Fulgentius epiſt. 3. Varro l. 2. de re ruſtica c. 10. ſub finem.

Tzezes in Lycophronis Caſſandram.

Non committam vt tacitus hoc loco prætercam ex prophetarum more Virginem, etiam intemperantem ac luxurioſam vocari: ſicut Hierem. 18. Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Iſraël? Siue, vt legit Theodoretus hoc loco, quæ fecit virgo filia Hieruſalem? Virginem illam appellat (inquit) non quòd non ſit intemperans: ſed quòd formæ det operam & de pulchritudine glorietur. Sic ille. Alioqui, *Hier. 2. & 3. redarguitur ea ipſa, quòd non ſolùm Deum patrum ſuorum dereliquerit, ſed quòd ſub omni ligno frondoſo proſterneretur meretrix.* & rurſus. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Et iterum, Auerſatrix Iſraël. Numquid ſub omni ligno frondoſo fornicata eſt? Et vidit præuaricatrix ſoror, Iuda, quia pro eo quod mœchata eſſet auerſatrix Iſraël, dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellum repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda ſoror eius, ſed abijt, & fornicata eſt etiam ipſa.* Quod etſi de fornicatione ſpirituali, ſcilicet de idololatriæ impietate, intelligatur, non incommodè tamen de adulterio ac fornicatione corporali exponi poteſt. Virginis igitur appellatio, ad corruptam quoque extenditur ex ſtylo prophetico. Adde quod, fieri poteſt, vt aliqua virgo nupta & intacta adhuc, virũ amiſerit. Illa lugebit acerbiſſimum luctum. Vt à iuuencula ſponſa, ait in Ioëlem cap. 1. ad hunc locũ. Theodoretus, cùm ſuum ſponſum mortuum videt. *Plange quaſi virgo &c.* id eſt, quę luget ſibi immatura morte præreptum eſſe ſponſum. R. Dauid Kimhi, Mercero interprete ſic exponit: age luctum magnum,

Hier. 18. Theodoretus ad illum locum.

Hier. 2. & 3. cap.

Theodoretus in Ioël. 1. ca. R. Dauid Kimhi Mercero interprete.

magnum, vt virgo quæ nupta eſt adoleſcenti, & moritur dum adhuc illa eſt puella. Tum enim eſt maximum eorum gaudium vnius cum altero: & quum moritur, luget luctu graui, & ſacco ſeſe accingit ſub ornamento ſuo & monili: Ita præfatus Rabi. Sic autem ad hunc locum Arias Montanus: Nulli, ait, luctus aut grauior, aut acerbior lamentatio, quàm nouæ nuptæ ſponſo necato contingit: Etenim illa ætas natura florens, quæ primos amores ſine vlla adhuc domeſtica ſollicitudine, ſine vllis rixis, aut diſcordiis dulciſſimos experta fuerat, quæ ornatus & comptus commoditatem (qua is ſexus vehementer delectatur) oportunam, ſponſi etiam cura atque impenſis fuerat nacta, & primi ac maximè iucundi ſponſi deſiderium, & veſtium ornatuúmque in ſaccum, & viduitatis habitum, atque incultæ vitæ repentinam mutationem, grauiſſimè & impatientiſſimè ferre ſolet. Vnde miſerandus omninò luctus, & lamentatio penè inſana auditur, & fortunæ ac ſortis grauiſſima accuſatio, miſeráque omninò inſtituitur elegia: neque enim ea natura modum aut pudorem in luctu ſibi ſtatuit, tum ob vehementem animi dolorem, tum ob ſexus & ætatis imprudentiam. Ad hanc ergo imaginem Iſraëlitica plebs, atque in hanc conditionem vocatur, cui omnis illa fœlicitas, omnis ſplendor, omnis dignitas, omnis denique vitæ commoditas erat propediem adimenda, futurus autem miſerrimus ſtatus, velut iam præſens proponitur, vt rem ipſam iam iam ante oculos habentes grauius ferant, ſuámque calamitatem antè doleant, quam omninò acceperint. Vocat autem Virginem, ſiue puellam ſynagogam, quæ hactenus libera, & nulli genti fuerat ſubiecta, ſed diuino ſponſo pacta, omnibus delitiis, iucundiſſimis amoribus, & incomparabilibus ornamentis afficiebatur. Illa verò vbi ſublato à ſe iam ſponſo, & propriis culpis excluſo vidua facta, & in hoſtium venerit poteſtatem, calamitoſam & perpetuo luctu plenam vitam trahat neceſſe eſt: duplici miſeria circumdata, altera quòd ſponſo dulciſſimo careat, altera quòd hoſtibus ſeruire ſuis cogatur: qua miſeria nulla potuit deſcribi maior. Hucuſque Arias. Quum exemplo ab adoleſcentula, viro defuncta, iuſta perſoluente, ducto, Vates ſacer ad pœnitentiam Iudæos exhortetur. Licet igitur nobis lugere mortuos modeſtè, vt & omnia alia, quæ in defunctorum exequiis ac funere, ex more & ritu Eccleſiaſtico

Aria Mõtanus in 1. Ioël.

ſtico ſeruari ſolent, exequi. Pro mortuis offerre, pro requie ipſorum ſuffragia precéſque recitare. De quibus amplè in decadibus noſtris ſacris Concione de Naym tractatum eſt. Obſerua prophetam, populum ad planctum fletúmque in afflictione adhortari, vt cilicium ac ſaccum capiat, vtque ex animo lamentetur, quatenus quilibet cordis noſtris mœrorem perſpicere valeat. *Iſai. 22. In die illa vocabit Dominus ad fletum & ad planctum, & ad cingulum ſacci, & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, iugulare arietes &c.* Vtemur cilicio ſaccóve, ad carnis laſciuientis caſtigationem, dicente Apoſtolo: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* Et, vt nos humiliemus coram Deo, ad ipſum placandum, atque ad miſericordiam inflectendum. Niniuitarum exemplo. *Ionæ 3. Rex Niniue abiecit veſtimentum ſuum, & indutus eſt ſacco; & ſedit in cinere; & edixit vt operiantur ſaccis homines & clament ad Dominum; & conuertatur vir à via ſua mala: vidit Dominus quia conuerſi ſunt, & miſertus eſt Deus. 3. Reg. 21. Achab operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitque & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite, & factus eſt ſermo Domini ad Eliam: Nónne vidiſti humiliatum Achab? ideò non inducam malum in diebus eius. Iob 42. Ago pœnitentiam in fauilla & cinere &c. Daniel. 9. cap. pro ceſſatione captiuitatis & deſolationis Hieruſalem 70. annorum, cœpit rogare in ieiuniis, ſacco, & cinere. Iudith 4. Contra imminentem Bethuliæ obſidionem ab Holoferne, humiliauerunt animas ſuas, & induerunt ſe ſacerdotes ciliciis, & altare Domini operuerunt cilicio* (in magni luctus teſtimonium) *Sic Matth. 11. & Luc. 10. ſi in Tyro & Sydone facta fuiſſent virtutes, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent,* Apocalypſeos denique capit. 11. *De duobus teſtibus præcurrentibus iudicium, Helia & Enoch ſcribitur: Prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti ſaccis* (vt ſcilicet conuertant homines ad pœnitentiam.) Frequenter autem in hoc diuino vate ſacci fit mentio, vt, cubare in ſacco, & veſtiri ſacco, vt infrà dicetur. Publica ſiue ſolemnis pœnitentia in capite ieiuniorum (vt habetur in fine Pontificalis Romani) ſic agitur. Accipiunt enim pœnitentes ab epiſcopo cilicia benedicta, poſt cineres benedictos, & ad tempus deinde eiiciuntur de Eccleſia, tum demum feria 5. in cœna Domini reducuntur ac reconciliantur. Hæc ibi. (ſi ſatis memini) hoc ipſum eſt, quod ab Hiſpanis vulgò Sambe-

Iſai. 22. cap.

Ionæ 3.

3. Reg. 21.

Iob 42.

Daniel cap. 9.

Iudith 4. cap.

Matt. 11. & Luc. 10. Apoc. 11.

Pontifical. Romani in fine.

nito, pro (ſacco benito) nominari ſolet, daturque ſemel deprehenſis à ſancti officij iudicibus, (Inquiſitores fidei communiter appellamus) atque hæreſim palàm abiurantibus in ſignum ac publicum pœnitentiæ ipſorum teſtimoniũ. Quòd ſi relabantur, actũ eſt de eorum vita. Et meritò quidam tanquàm de incorrigibilibus. Rident oſores pœnitentiæ, & delicati homines, hanc cærimoniã. Verùm nobilis illa Virago *Iudith c.9. ingreſſa oratorium, induit cilicium, & poſuit in capite cineres.* Et Sanctificatus Propheta deplorat lib. *Threnor. c.2.* ob cladem Hieroſolymitanam, *in tranſmigratione populi, Senes filiæ Syon,* id eſt habitatores Hieruſalem prouectioris ætatis, *cõſperſiſſe cinere capita ſua, accinctóſque fuiſſe ciliciis.* Nos ergo ſic accincti ſaccis & cilicio induti, peccata noſtra defleamus. De cineribus habes amplũ in Decadibus noſtris ſacris, Euangel. 1. ſeu Homilia 1. tractatũ. Nũc reliqua proſequamur. *Periјt ſacrificiũ & liberatio de domo domini, &c.* Vaticiniũ eſt, (ait Arias Montanus ad hunc locũ) de exciſione & ruina templi, quæ Aſſyriorum igne & ferro edita fuit: cuius cauſa & quòd deſerta regio, agrique vaſtati, & aratoribus vacui eſſent, totis illis annis libatio ceſſauit. Sacrificium autem & libationem vocamus aſſiduum cultum, quem antemeridianis, & pomeridianis horis Deo patri tribuebant, quod matutinum & veſpertinum ſacrificium vocant: id ex terræ fructibus tritico & vino parabatur. Hoc pereũte ſacerdotũ luctum cõſequi neceſſe eſt, ſi nõ diuina, at ſua ipſorũ cauſa, quibus cũ hac ſacrificia deficerẽt, vnde alerẽtur, nihil reliquũ erat. Sacerdotes autẽ nõ quoslibet nominat, nõ illegitimos illos ab Iſraëlitis poſt verę religiõis deſertionẽ inſtitutos, ſed quos appellet, ipſe definit, Miniſtros Domini, qui verè legitimeq; fuerãt inſtituti, ſed tamen dereliquerũt dominũ, in non cuſtodiendo. *Oſee* 4 nempe pietatẽ, deſerti officij crimẽ ſacerdotibus etiam impingit ac tribuit Diuinus vates. Sic Arias. Remigius Altiſſiodorenſis Epiſcopus ad hunc locũ habet iſtũ commentariũ. *Interiјt de domo Dei veſtri ſacrificiũ & libatio &c.* Pro eo quod eſt, Peribitis niſi pœnitentiã egeritis. Primum iubentur ſacerdotes & miniſtri Domini plangere & induere ſaccum, quia ipſi debent exẽplum præbere aliis, vt ſicut ipſis errãtibus delinquit & populus, ita illis pœnitentiã agentibus prouocetur & populus ad eandem agendã. Sic ille. Lugere iubetur Eccleſia, quòd fame Dei miniſtri ac ſacerdotes pereant

Iudith. 9 cap.

Threnorum c.2.

Arias Mõtan⁹ hoc loco.

Oſee. 4. cap.

Remigi⁹ Altiſſiodor. Epiſcopus in Ioëlis præſentẽ locum.

reant. Duo curæ ſunt Eccleſiæ, fides, quam oblationibus teſtantur, & charitas in educandis ſacerdotibus altari deſeruientibus ac alendis viduis, de quibus non eſt hic dicendi locus.

Periijt ſacrificium &c. Magnam famem & inopiam annonæ indicat: idem innuit luctus ſacerdotum, qui vt aliæ tribus ex agro non viuebant, ſed ſolis decimis. Itaque prę cęteris famis incommoda ſenſerunt. Cauſam luctus Synagogæ his verbis aperit. Quũ propter debitũ vniuerſitatis ſeu pro vniuerſitate Iſraëlitici populi, quotidie ex mãdato domini, *Nume.28.* eſſet iuge ſacrificiũ offerendũ, duo agni anniculi, vnus mane, alter veſperi, cũ ſuis libationibus vini, & oblationibus ſimilæ ſeu farinæ triticeæ, idiã nõ poteris. Exciſum eſt enim minha Hebraicè dicitur) & libamẽ quæ illi ſacrificio iugi & cæteris quoq; adhibebãtur: vt videre eſt *Num.28. & 29.* Quod ergo hæc omnibus victimis adhiberẽtur, ex cõſequẽti antecedẽs, intellige ſublata oĩa ſacrificia. Abẽ Ezra (referẽte Mercero) pręſentẽ locũ ad ebrios refert. q.d. Quomodo vinũ inuenietis & triticũ, quũ nõ ſit vnde fiat minha, & libamẽ Domino: Minha, ſimila eſt oleo cõſperſa, quę fricta in ſartagine ſacrificiis adhibebatur. Huius rationẽ habes *Leuit.6.* Libamẽ ex vino fiebat aut ſicera. Prior ſẽſus aptior. Quod dicitur, *de domo domini &c.* ideò additur, quia ibi fierẽt ſacrificia. Quod itẽ ſubditur, *Luxerũt ſacerdotes &c.* Hoc ideò ponitur, tũ quòd ceſſet diuinus cultus, tũ quòd ipſi famis incõmodũ ſentire cogãtur, qui oblationibus ferè veſcerentur. Sacrificiũ de ſimila, (ait ad hunc locũ D. Hierony. Libatio de vino offerebatur. q.d. oblatio ſacrificij cibarij & libaminis periit. Quod ſi ab hominib. (quia locuſta excidit illud) defecit triticũ & muſtũ, vnde adducent, (ait R. Dauid Kimhi interprete Mercero) ſacrificiũ cibariũ (Heb. minha) & libamẽ in ædẽ Sanctuarij: quũ ipſis nõ ſit quod comedãt & quod bibant? Sic ille. Et nónne nos habemus, occaſionẽ acerbè lamentãdi, multoq; iuſtiorẽ quàm habuerint olim Iudæi? Quandoquidem, noſtræ tempeſtatis Hugnoſtici Hęretici irruerũt in Eccleſias, demoliti ſunt Sacra altaria, conati ſunt ſacroſanctũ ac auguſtiſſ. Miſſę ſacrificium abolere, ſacramenta conculcarunt, Reliquias combuſſerunt, Templa diruerunt & ſolo æquarunt, ac Sacerdotes Domini interemerunt. Quis talia fando vel legendo temperet à lachrymis? Meritò & nos dicere

Num.28 cap.

Num 28 & 29.

Abẽ Ezra referẽte Mercero.

Leuit. 6. cap.

D. Hieronymus in h.l.

R. Dauid Kimhi interpre. Mercero.

Pſalm. poſſumus. Iuſtéque de hæreticis conqueri. *Ex Pſalm. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum*, Et quæ illic ſequuntur. Item cum beato Helia: *Altaria tua Domine ſuffoderunt. Prophetas tuos interfecerunt, &c.* in libr. Regum tertio. & rurſus, illud: *Vos autem feciſtis illam: domum Domini, nempe, ſpeluncam latronum, apud Matt.*

3.Reg. *21; Item, quod Donatiſtis exprobrat Optatus Mileuitanus Di-*
Mat. 21. *uus Auguſt.* σύγχρονος, lib. 2. Epiſcopi veſtri (Parmenianum
cap. alloquitur) iuſſerunt Euchariſtiam canibus fundi, ſed ca-
Optatus nes accenſi rabie, ipſos dominos ſuos quaſi latrones, ſācti
cōtra Do corporis reos, dente vindice tāquā ignotos & inimicos la-
natiſtas niauerunt. Iterum li. 6. de ſchimate Donatiſtarū. Fregiſtis
lib. 2. & Calices ſanguinis Chriſti portatores, quorum ſpecies re-
lib. 6. De uocaſtis in maſſas. O ſcelus nefarium ſubducere Chriſto,
ſchiſma- quod proficiat ſacrilegio. Prætcrea obiicere poſſum' Hę-
te Dona reticis, eos idem feciſſe quod Proculus quidam; prout nar-
tiſt. rat Victor Vticenſis De perſecutione Vandalica, lib. 1. Ille
Victor V- inquam, miſſus à Genſerico, Eccleſias depopulabatur in
ticēſis de Africa, & de palliis Altaris (Pro nefas!) camiſias ſibi, & fe-
perſecu- moralia faciebat. Qui fruſtatim ſibi comedens linguam
cutione in breui turpiſſima conſumptus eſt morte. Ob ciuilia
Vandali- pluſquam inciuilia bella, Catholicos lecto decumbentes
ca lib. 1. & ad mortem (vt ita dicam,) agonizātes, ſine viatico maximè neceſſario, ex hac vita migrare contigit. Completúmq; eſt illud in nobis; quod de Iudæorum turbis Chri-
Marc. 6. ſti tempore ſcripſit Euangeliſta *Mar. 6. erant ſicut oues,*
cap. *non habentes paſtorem.* Et illud: *Thren. 4. Paruuli petierunt*
Thren. *panem, & non erat qui frangeret eis. Panem, inquam, illum*
4. cap. *ſuperſubſtantialem Matth. 6. qui de cœlo deſcendit, & qui*
Matt. 6. *dat vitam mundo: Ioann. 6.* Verùm palàm prodire, & panem
Ioan. 6. frangere Euchariſticum, ob Hæreticorum rabiem & ferociam, non audebant, aut non inueniebantur multis in oppidis ac vrbibus tunc temporis Sacerdotes qui id face-
1. Cor. 10 rent. *1. Corinth. 10. Panis quem frangimus, nos nimirum Sacerdotes, nónne participatio Corporis Domini eſt?* Sed ad ſequentia pergamus.

Luxit humus, quoniam deuaſtatum eſt triticum &c. Quo pacto Minha, ſiue cibarium ſacrificium & libamen ſit ſublatum eleganti partitione & exaggeratione docet. Primùm in genere, Depopulata eſt regio ſiue ager deuaſtatus eſt, vnde materia minhæ & libaminis ſuppeditatur. Luxit humus, elegans metaphora, qua & Latini prata ridere dicunt.

cunt. Hinc per partes explicat : Vaſtatum eſt triticum, materia ſacrificij cibarij (minha dicunt Hebræi.) Confuſum eſt vinum, elegans item metaphora, qua & in ſequẽtibus vtitur.

Hæc eſt materia libaminis. Et quia inter ea quæ victui hominum neceſſaria ſunt, eſt etiam oleum, iuxta illud *Pſalmus. 4. A fructu frumenti vini, & olei ſui multiplicati ſunt.* Et alibi, *Vinum lætificet cor hominis. Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.* Ideò ſubditur, elanguit oleum. μεταφορικῶς, id eſt, exciſum eſt. Defluxerunt (foliis ſcilicet) oleæ. Per hæc autem verba, *Depopulata eſt regio,* ſublimiori ſenſu ſignificat Propheta, non ſolùm deeſſe oblationem, ſed & ſpem ſublatam eſſe de inſtauratione, quia campus regionis vnde fruges ſperantur, vaſtatus & complanatus eſt, vites exciſæ, &c. Luxit humus μετωνυμικῶς: ait Diuus Hieronymus id eſt, qui verſantur in humo. Triticum autem, vinum & oleum commemorat, quia his tribus præſertim iuuantur homines. Hæc tria ſacris olim non ſine myſterio adhibita. Et in noua lege horum vſus eſt. Nam de vino & tritico in ſacratiſſimis myſteriis ſatis patet. Oleo vngi ægrotos iuſſit: vt in D. Iacobi Epiſtola apertè dicitur. Oleum ad vnctionem ſacerdotum & prophetarum pertinebat: hodie quoque in ordinis ſacri adminiſtratione olei, ſanctique chriſmatis vſus eſt. Et Chriſtiani omnes dicimus, quaſi vncti. Quid plura? Oleum intus & foris mollit, & Spiritus ſancti illo adumbratur ſymbolo. *Oleum elanguit,* inquit Diuinus vates, Siquidem vt ait Arias Montanus) illa arborum & baccarum vis, quę antea fuerat, penitus defecit. Hanc autem penuriam cultores ipſi luctu maximo proſequantur neceſſe eſt. Quamobrem ad lamentum inuitantur. Confundimini agricolæ, vlulate venitores &c. ita impetratiuè in Hebraicis eſt. Super frumento vino & hordeo &c. Quarum rerum ſtudio, vtrique tenebantur. Agricolæ quidem ſuper frumento & hordeo, quod quidem vilius eſt fertilius. *Quia perijt meſſis agri &c.* Vinitoribus verò, qui vineas cæteráſque arbores colunt, ſatis copioſa luctus materia datur : quia vinea cõfuſa eſt, & ficus elanguit. Malogranatum & palma & malus, & omnia ligna agri aruerunt &c. & omnia in vniuerſum arborum genera, quibus illa regio maximè ornabatur & celebrabatur, hoſtili igne & cultorũ defectu periẽre. Aptiſſimè verò rem diſpoſuit : Nam duplex agri co-

Pſal. 4.

D. Hieronym⁹ in hunc locum. Ioel. 1. c.

Arias Montanus in Ioel. 1. c.

Thucydides. Pierius li.1. hieroglyphicon.in leone. Virgili⁹. Ouidius.

emanauit, ἐγέλασεν ὁ λέων, Riſit leo, quotiens rarum aliquod hilaritatis exemplum intueamur. Thucydidis id dictum. Sic Pierius lib.1. Hieroglyphicōn de leone annotauit, tit. Furor indomitus. Poëta non immeritò leonibus tribuit acrem violentiam, vis eſt violenta leonum, ait ille alibi, quod facit & noſter propheta hoc loco. Eſt etiam furor leoni familiaris, vnde apud Maronem-- *Iraque leonum*, legitur, &c. Ouidius: *Iram vultus habet*, de eiſdem ait. Hæc Pierius. Animal hoc, cibo incontinenter admodum vtitur, multáque deuorat ſolida, ſine vllo diſſectu, quæcumque poteſt. quam ſcilicet voracitatem Iuuenalis tangit, vbi multa paſcendum carne leonem dixit: Hæc Pierius vbi ſuprà tit.de Crapula. Hoc ex Plinio lib.8. cap.16. de leonibus, ſumptum. Quæ poſſint, inquit, in mandendo ſolide deuorare. Molares autem, dentes maxillares dicuntur, quòd cibum à cæteris dentibus confractum dentes maxillares molant. Verùm ſequentia conſideremus.

Pierius vbi ſupr. Plini⁹ li. 8.c.16. de leonibus.

Poſuit vineam meam in deſertum, & ficum meam decorticauit: nudans ſpoliauit eam & proiecit, albi facti ſunt rami eius, &c.

Quum peccatores ebriis compararit, in parabola perſtans, vaſtationem vinearum & ficuum ponit: In genere totius terræ vaſtationem intelligens. Hæc ab ebriis, qui delicatè viuebant, magis amabantur, vt quiſque rei alicui addictus eſt, ita ſi pereat dolet. Poſuit, id eſt, certum eſt quod vaſtabit, iam actum eſt; ne dubitetis. Cæterùm quum Prophetæ de bonis corporis loquuntur, animi bona non negligunt. Itaque Propheta deplorat omnem virtutem ſuo tempore perditam, vineam Domini degeneraſſe ad idololatriam. Meruerant Iſraëlitæ, vt hæc illis auferrentur, quibus abuſi fuerant, ea offerentes idolis. Planè vineam in deſertum, Galli dicunt *en friche*, poſuit; & ficum retexit ſeu decorticauit, exhauſto qui ſupernè erat virore, & proiecit in terram ſcilicet, quicquid corroſit, vnde albi remanſerunt eius palmites, ſiue rami, vt palmites ad vites, rami ad ficum referantur. Vitium autem & ficuum vaſtatione & reliquorum vaſtationem complectitur: ſed horum ſpeciatim meminit propter ebrios, ad quos ſermonem inſtituerat, qui vitibus, vnde vinum, & dulcibus cibis, quales ficus, delectantur. Dulcibus enim abliguritores & decoctores veſci ſolent. Vitem ſeu vineam, ſunt, qui Domini vineam, Iſraëlem intelli

intelligant; vt Iſai. 5. *Vinea Domini exercituum, domus Iſrael eſt*, & Pſalm. 79. *vineam de Ægypto tranſtuliſti, &c. Exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam*, quod præſenti loco valde congruit. Ibi. *Reſpice de cœlo, & viſita vineam iſtam.* Matth. 21. *Homo quidam plantauit vineam.* Et ſenſu allegorico 4. Eſdræ 5. *Ex omnibus arboribus elegiſti tibi vineam vnicam.* Populus Iudæus item, Matth. 21, & Mar. 11. ficui comparatur, in qua quum fructum non inueniſſet Saluator, maledixit ei, & aruit. Tam de vite infructuoſa, quàm de ficu vacua nec ferente fructum, quamuis lata patulaque folia habeat, dicitur: Luc. 13. *Succide illam, vt quid terram occupat?* Ezech. 15. *Quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorum? Nunquid vtile erit ad opus?* Ioan. 15. *de palmitibus infructuoſis dicitur: Omnem palmitem non ferentem fructum exſcindes eum, & in ignē proijcies.* Non vult Deus folia, ſed vult fructus. Amplificabis prout voles. Erucæ nō ſolùm vitibus nocent, ſed etiam vulpes paruulæ vineas demoliuntur: in Canticis, per Erucas, corroſio tyrannorum intelligitur, per vulpeculas, fraus & dolus hæreticorum, ſed de his latiùs in Decadibus noſtris ſacris Euangel. de vinea ſcripſimus. At dices, quæ comparatio vineæ vel ficus ſeu fici ad homines? Reſpondeo. Plato in Timæo hominem arbori ſimilem facit ex oppoſito, hincque arbor euerſa homo dicitur, & in Euangelio *quidam vidit homines ſicut arbores*, Marc. 8. Caput comparatur radici arboris, ſurſum autem vergit. Pſalmographus, *Vxor tua*, ait, *ſicut vitis abundans*, Pſalm. 127. Scribitque Herodotus, lib. 1. quòd de Mandane Aſtyagis filia Cambyſi Perſæ nupta, viſionem habuerit Aſtyages huiuſmodi: Videbatur ei de genitalibus filiæ, vitis enaſci, quæ omnem occuparet Aſiam. Somniorum verò interpretes expoſuerunt, filiæ prolem, pro ipſo regnaturam. Quod de Cyro nepote eius, fœlici euentu comprobatum eſt. Adde quòd Ioan. 15. loquitur Chriſtus: *Ego ſum vitis & vos palmites.* Ex quibus liquidò conſtat tum vitis, tum fici appellatione, ſiue alterius arboris, hominem congruè intelligi. Tempus eſt, vt huic Homiliæ finem imponamus, ne lectoribus tædium faſtidiúmve adportemus. Expergiſcamur & nos, qui quondam huius ſæculi amore inebriati fuimus, voluptatibus hucuſque non ſolùm addicti, verumetiam immerſi, nec minus, quàm vino obruti. Siquidem, vt vinum mentem hominis alienat,

Iſai. 5. c. *Pſal. 79.* *Matth. 21. c.* *4. Eſdræ 5. c.* *Matth. 21. & Mar. 11. cap.* *Luc. 13.* *Ezech. 15.* *Ioan. 15.* *Mar. 8. c* *Pſal. 127* *Herodotus lib. 1.* *Ioan. 15. c*

alienat,ſit vanitas huius mundi,luxus, ambitio, & ſimiles
carnis mundíque illecebræ, homines dementant, & quod
Eccli.19. dixit Eccleſiaſticus Sirach, ca.19. *Vinum & mulieres apoſta-*
ta. Rom. *tare faciunt ſapientes. Rom.13. Hora eſt nos iam de ſomno ſur-*
13.Ephe. *gere.Eph.5.Surge qui dormis, & exurge à mortuis &c.1. Theſſ.*
5.1.Theſ. *5.Vigilemus,& ſobrij ſimus.Expergiſcimini ebrij*,clamat noſter
5. Ioël.Tempus eſt vt excitemini , adeſt tribulatio. Ebrietas
in genere, poteſt omnis amor mundi accipi. Alij honore, alij aliis rebus inebriantur. At nihil eſt hîc ſtabile. Ab ore veſtro vinum perit , ideſt veſter mundus periturus. Perit voluptas quæ breui finitur. Tranſit mundus & concupiſcentia eius. Stultum eſt rebus non ſubſiſtentibus addici: Ergo conuertamur ad Deum, & dignos agamus pœnitentiæ fructus: vt meritas pœnas euadere valeamus, & coronas perditas recuperare.Quod nobis cõcedat, qui in Trinitate viuit & regnat. Amen.

HOMILIA VII.

Plange quaſi virgo accincta ſacco , ſuper vir ũ pubertatis ſuæ. Perijt ſacrificiũ & libatio de domo Domini:Luxerunt ſacerdotes miniſtri Domini.Depopulata eſt regio , luxit humus : quoniam deuaſtatum eſt triticum,confuſum eſt vinum,aeanguit oleum.Cõfuſi ſunt agricolæ,vlulauerunt vinitores,ſuper frumento,& hordeo, quia perijt meßis agri.Vinea confuſa eſt, & ficus elãguit:Malogranatum, & palma,& malum,& omnia ligna agri aruerunt:quia confuſum eſt gaudium à filijs hominum.

IOELIS. CAP. I.

INTER præcipuos dolores ponit ſcriptura
luctum parentum de liberis , & coniugum.
In vtroque genus muliebre excellit, vtpote
mollius , & ad tam inſignes dolores feren-
2. Reg.1. dos infirmius 2. Reg.1. *Doleo ſuper te frater*
mi Ionatha , ſicut mater vnicum amat filium
Luc.7. *ſuum,ita & ego diligebam te.* Luc.7. *Vidua filium ſuũ vnicum*

irreme

irremediabilibus ferè lachrymis deflebat, quem nõ ſolùm verbis, ſed & ipſo facto conſolatus eſt Chriſtus. Zachar. 12. Plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum, & dolebunt ſuper eum, vt doleri ſolet in morte primogeniti. Et mater filio orbata, & vxor marito viduata, magnos lachrymarum profundunt imbres, nec facilè temperant à lachrymis. Ad harum igitur inſtar, dicit nunc propheta, *Plange quaſi virgo &c.* Eiula, lamentare, non ſecus ac virgo cilicio accincta, ob maritum pueritiæ ſuæ, dum luget ſcilicet virum cui adoleſcentula nupſerat. Neque enim ad virginẽ refero (vt alij) quæ ſpem tantùm nuptiarum conceperit: (inquit ad hunc locum Mercerus) propter nomen בַּעַל baal, quod nõ amaſium, ſed maritum, qui ius habeat in vxorem, ſignificat. Idem Mercerus in Oſeæ c. 2. Quod, inquit, quidã mouent בַּעַל baal, etiam amaſium Hebraicè ſonare, falſum eſt. Sic ibi. Ac בְּתוּלָה bethula ætatis hoc loco, non integritatis nomen accipio, vnde & ſeptuaginta νύμφην reddunt. Luctum grauiſſimum ſignificat. Certum enim eſt hunc inter præcipuos luctus collocari, vt & parentis ob amiſſos liberos, mulieris præſertim. Hactenus Mercerus. Conſului Biblia Complutenſia, & reperi Græcè, παρθένον hoc eſt virginem. In exemplari autem Germanico, legi, νύμφην, id eſt ſponſam. Virum pubertatis, ſeu maritum virginalem, ait Diuus Hieronymus eum intelligit, qui primus abſtulit florem virginitatis. Quamuis de deſponſata Lyranus noſter exponat, quæ nondum viri amplexibus, vt potè præuenti morte, frui potuit. Virgo laxato vocabulo dicitur, mulier non ita pridem corrupta. De Paſiphaë vxore Minois Cretæ Regis, canit Virgilius Eglog. 6.

Ah virgo infœlix, quæ te dementia cœpit?

Nota ex Galatino lib. 7. cap. 15. Tria eſſe apud Hebræos vocabula idem ferè ſignificantia, videlicet Naara, Bethula, & Aalma. Naara ſolùm ætatis reſpectum habens, puellam ſiue adoleſcentulam ſignificat, tam virginem, quàm corruptam. Bethula verò ad virginitatem duntaxat reſpectum habens, virginem ſignificat ſiue adoleſcentula ſit, ſiue anus. Aalma autem ad vtrumque reſpectum habens, ad adoleſcentiam ſcilicet, & ad virginitatem, & adoleſcentulam & virginem deſignat. Hæc Galatinus. Verùm enimuero Ioan. Mercerus, in Academia Pariſiẽſi non ita pridem Hebraicæ linguæ profeſſor Regius, contrà exiſtimat, hoc loco Bethula ætatis nõ integritatis, nomen

Zachar. 12.

Mercer⁹ in 1. Ioël.

Mercer⁹ in 2. Oſeæ.

Biblia cõplutẽſia.

Biblia Græca Germanica.

Lyranus in Ioël c. 1.

Virg. Eglog. 6.

Galatin⁹ li. 7. c. 15.

eſſe, cum quo nunc quidem hac in parte ſentio. Adducam etiam Seruij in Virgilium ſuper hac re Commentarium. Is ad locum ſuprà citatum: Ah Virgo infelix &c. Virgo, vt diximus ſuprà, à viridiore ætate appellatur. Nam Paſiphae Cretenſium regina, Minoïs vxor, quæ tauri amore flagrauit, qua de ibi ſermo, iam mater fuerat Phædræ, Ariadnes, Androgei. Idem rurſus in illud Æneidos 11. *Muliebribus armis.*

Seruius in Eclog. 6.

Seruius ĩ Æneid. 11.

Vſus, inquit, obtinuit, vt innuptas, virgines, nuptas, Mulieres vocemus. Nam apud maiores indiſcretè virgo dicebatur & mulier: vtrumque enim ſexum tantùm ſignificabat. Vt ecce hoc loco dicit armis muliebribus, quum Camillam innuptam fuiſſe manifeſtum ſit. Item in Bucolicis legimus. Ah virgo &c. quum Paſiphaëm conſtet ex Minoë ante amorem tauri filios ſuſcepiſſe. Terentius etiam mulierem poſt partum virginem vocat in Hecyra: *Nam vitium eſt oblatum virgini olim ab neſcio quo improbo.* Quod autem ex Terentio protulit, habetur in Hecyra Actus 3. Scena 3. Quamquam non tam aperta ſit (tanti viri pace dixerim) probatio: virginis nomen etiam ei, quæ pepererit accommodari, ex eo quod dixit, Terentius, Vitium fuiſſe oblatum virgini, olim. Ampliatio enim hic fit temporis, ad duas differentias, ad præſens nimirum & præteritum, vt, illa quæ eſt vel fuit virgo olim, vitium paſſa eſt: ſtuprum cùm eſſet virgo, ab improbo quodam pertulit: ſic exponeret ex regulis ampliationum Dialecticus. Quidquid ſit hoc loco, Virgo, pro corrupta etiam accipitur καταχρηστικῶς, & abuſiuè, ſiue impropriè. Attamen virgo propriè illa eſt quæ integra eſt, & incognita viro. Mulier autem corrupta, vt apud Vlpianum leg. Alioquin quid dicemus Dig. De contrahenda emptione. Quod ego me virginem emere putarem, cùm eſſet iam mulier, emptio valebit, in ſexu enim non eſt erratum. Scribit Quintilianus lib. 6. cap. 4. Cicero obiurgantibus quod ſexagenarius Popiliam virginem dixiſſet, Cras, mulier erit, inquit. Et Laërtius lib. 9. in Democrito, Puellam Hippocratis comitem primo die ita ſalutauit: Salue virgo Poſtridie verò: Salue mulier, fuerat enim puella nocte illa vitiata. Etiam virgo mulier appellatur præſertim viripotens l. 13. Mulieris appellatione D. De verborum ſignificatione, Mulieris appellatione, ait Vlpianus, etiam virgo viripotens continetur. In quam legem

Terẽtius in Hecyra act. 3. ſcen. 3.

l. alioquĩ quid dicem⁹ D. de contrahẽda emptiõe.

Quintilianus li. 6. c. 4. inſtit. orator.

Laërtius libr. 9. in Démocrito.

l. 13. D. De verborum ſignificatione.

legem ſic Fornerius anteceſſor Aurel. Acad. vir multæ lectionis, & raræ eruditionis, Virgo viripotens, quæ exceſſit pubertatem. Virgo autem quaſi virago, ait Fulgentius epiſt. 3. ad Probam. M. Varro lib. 2. De re ruſtica cap. 10. ſub finem. In Illyrico, inquit, quas Virgines appellant, nonnunquam annorum 20. quibus mos eorum non denegauit ante nuptias vt ſuccumberent quibus vellent, & incomitatis vt vagari liceret, & filios habere. Ex quibus videtur innuere Virginis nomen apud Illyricanos, ad corruptas etiam quæ vigeſimum annum non exceſſerint, adaptari, & ampliari. Græci τὴν παρθένον, eam, quæ non ſit virum paſſa definiunt, Νύμφην verò, quæ experta quidem, at ex eo non peperit: γυναῖκα autem, quæ peperit. Sed γραῖαν, effœtam, quæ iam parere deſierit: Tzezes in Lycophronis Caſſandram. Hactenus Fornerius. Non committam vt tacitus hoc loco prætermeam ex prophetarum more Virginem, etiam intemperantem ac luxurioſam vocari: ſicut Hierem. 18. Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Iſraël? Siue, vt legit Theodoretus hoc loco, quæ fecit virgo filia Hieruſalem? Virginem illam appellat (inquit) non quòd non ſit intemperans: ſed quòd formæ det operam & de pulchritudine glorietur. Sic ille. Alioqui, *Hier. 2. & 3. redarguitur ea ipſa, quòd non ſolùm Deum patrum ſuorum dereliquerit, ſed quòd ſub omni ligno frondoſo proſterneretur meretrix.* & rurſus. *Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Et iterum, Auerſatrix Iſraël. Numquid ſub omni ligno frondoſo fornicata eſt? Et vidit praeuaricatrix ſoror, Iuda, quia pro eo quod mœchata eſſet auerſatrix Iſraël, dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellum repudij: & non timuit praeuaricatrix Iuda ſoror eius, ſed abijt, & fornicata eſt etiam ipſa.* Quod etſi de fornicatione ſpirituali, ſcilicet de idololatriæ impietate, intelligatur, non incommodè tamen de adulterio ac fornicatione corporali exponi poteſt. Virginis igitur appellatio, ad corruptam quoque extenditur ex ſtylo prophetico. Adde quod, fieri poteſt, vt aliqua virgo nupta & intacta adhuc, virũ amiſerit. Illa lugebit acerbiſſimum luctum. Vt à iuuencula ſponſa, ait in Ioëlem cap. 1. ad hunc locũ Theodoretus, cùm ſuum ſponſum mortuum videt. *Plange quaſi virgo &c.* id eſt, quę luget ſibi immatura morte præreptum eſſe ſponſum. R. Dauid Kimhi, Mercero interprete ſic exponit: age luctum magnum,

Fornerius Ant. Aur.
Fulgentius epiſt. 3.
Varro l. 2. de re ruſtica c. 10. ſub finem.
Tzezes in Lycophronis Caſſandram.
Hier. 18.
Theodoretus ad illum locum.
Hier. 2. & 3. cap.
Theodoretus in Ioël. 1. ca.
R. Dauid Kimhi Mercero interprete.

magnum, vt virgo quæ nupta eſt adoleſcenti, & moritur dum adhuc illa eſt puella. Tum enim eſt maximum eorum gaudium vnius cum altero: & quum moritur, luget luctu graui, & ſacco ſeſe accingit ſub ornamento ſuo & monili: Ita præfatus Rabi. Sic autem ad hunc locum Arias Montanus: Nulli, ait luctus aut grauior, aut acerbior lamentatio, quàm nouæ nuptæ ſponſo necato contingit: Etenim illa ætas natura florens, quæ primos amores ſine vlla adhuc domeſtica ſollicitudine, ſine vllis rixis, aut diſcordiis dulciſſimos experta fuerat, quæ ornatus & comptus commoditatem (qua is ſexus vehementer delectatur) oportunam, ſponſi etiam cura atque impenſis fuerat nacta, & primi ac maximè iucundi ſponſi deſiderium, & veſtium ornatuúmque in ſaccum, & viduitatis habitum, atque incultæ vitæ repentinam mutationem, grauiſſimè & impatientiſſimè ferre ſolet. Vnde miſerandus omnino luctus, & lamentatio penè inſana auditur, & fortunæ ac ſortis grauiſſima accuſatio, miſeráque omninò inſtituitur elegia: neque enim ea natura modum aut pudorem in luctu ſibi ſtatuit, tum ob vehementem animi dolorem, tum ob ſexus & ætatis imprudentiam. Ad hanc ergo imaginem Iſraëlitica plebs, atque in hanç conditionem vocatur, cui omnis illa fœlicitas, omnis ſplendor, omnis dignitas, omnis denique vitæ commoditas erat propediem adimenda, futurus autem miſerrimus ſtatus, velut iam præſens proponitur, vt rem ipſam iam iam ante oculos habentes grauius ferant, ſuámque calamitatem antè doleant, quam omninò acceperint. Vocat autem Virginem, ſiue puellam ſynagogam, quæ hactenus libera, & nulli genti fuerat ſubiecta, ſed diuino ſponſo pacta, omnibus delitiis, iucundiſſimis amoribus, & incomparabilibus ornamentis afficiebatur. Illa verò vbi ſublato à ſe iam ſponſo, & propriis culpis excluſo vidua facta, & in hoſtium venerit poteſtatem, calamitoſam & perpetuo luctu plenam vitam trahat neceſſe eſt: duplici miſeria circumdata, altera quòd ſponſo dulciſſimo careat, altera quòd hoſtibus ſeruire ſuis cogatur: qua miſeria nulla potuit deſcribi maior. Hucuſque Arias. Quum exemplo ab adoleſcentula, viro defuncta, iuſta perſoluente, ducto, Vates ſacer ad pœnitentiam Iudæos exhortetur. Licet igitur nobis lugere mortuos modeſtè, vt & omnia alia, quæ in defunctorum exequiis ac funere, ex more & ritu Eccleſiaſtico

Aria Mõtanus in 1. Ioël.

ſtico ſeruari ſolent, exequi. Pro mortuis offerre, pro re-
quie ipſorum ſuffragia precéſque recitare. De quibus am-
plè in decadibus noſtris ſacris Concione de Naym tracta-
tum eſt. Obſerua prophetam, populum ad planctum fle-
túmque in afflictione adhortari, vt cilicium ac ſaccum
capiat, vtque ex animo lamentetur, quatenus quilibet cor- *Iſai. 22.*
dis noſtris mœrorem perſpicere valeat. *Iſai. 22. In die illa* *cap.*
vocabit Dominus ad fletum & ad planctum, & ad cingulum
ſacci, & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos, iugulare arie-
tes &c. Vtemur cilicio ſaccóve, ad carnis laſciuientis ca-
ſtigationem, dicente Apoſtolo: *Caſtigo corpus meum, & in*
ſeruitutem redigo. Et, vt nos humiliemus coram Deo, ad
ipſum placandum, atque ad miſericordiam inflectendum.
Niniuitarum exemplo. *Ionæ 3. Rex Niniue abiecit veſti-* *Ionæ 3.*
mentum ſuum, & indutus eſt ſacco; & ſedit in cinere; & e-
dixit vt operiantur ſaccis homines & clament ad Dominum;
& conuertatur vir à via ſua mala: vidit Dominus quia con-
uerſi ſunt, & miſertus eſt Deus. 3. Reg. 21. Achab operuit ci- *3. Reg.*
licio carnem ſuam, ieiunauitque & dormiuit in ſacco, & am- *21.*
bulauit demiſſo capite, & factus eſt ſermo Domini ad Eliam:
Nónne vidiſti humiliatum Achab? ideò non inducam malum
in diebus eius. Iob 42. Ago pœnitentiam in fauilla & cinere &c. *Iob 42.*
Daniel. 9. cap. pro ceſſatione captiuitatis & deſolationis Hie- *Daniel*
ruſalem 70. annorum, cœpit rogare in ieiuniis, ſacco, & cine- *cap. 9.*
re. Iudith 4. Contra imminentem Bethuliæ obſidionem ab Ho- *Iudith*
loferne, humiliauerunt animas ſuas, & induerunt ſe ſacer- *4. cap.*
dotes ciliciis, & altare Domini operuerunt cilicio (in magni
luctus teſtimonium) *Sic Matth. 11. & Luc. 10. ſi in Tyro* *Matt. 11.*
& Sydone factæ fuiſſent virtutes, olim in cilicio & cinere pœ- *& Luc.*
nitentiam egiſſent. Apocalypſeos denique capit. 11. *De duo-* *10. Apoc.*
bus teſtibus præcurrentibus iudicium, Helia & Enoch ſcri- *11.*
bitur: Prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta, amicti
ſaccis (vt ſcilicet conuertant homines ad pœnitentiam.)
Frequenter autem in hoc diuino vate ſacci fit mentio,
vt, cubare in ſacco, & veſtiri ſacco, vt infrà dicetur.
Publica ſiue ſolemnis pœnitentia in capite ieiuniorum
(vt habetur in fine Pontificalis Romani) ſic agitur. Ac-
cipiunt enim pœnitentes ab epiſcopo cilicia benedi- *Pontifica*
cta; poſt cineres benedictos, & ad tempus deinde eii- *le Roma*
ciuntur de Eccleſia, tum demum feria 5. in cœna Do- *num in*
mini reducuntur ac reconciliantur. Hæc ibi. (ſi ſatis me- *fine.*
mini) hoc ipſum eſt, quòd ab Hiſpanis vulgò Sambe-

 nito,

nito, pro ſacco benito) nominari ſolet , daturque ſemel deprehenſis à ſancti officij iudicibus, (Inquiſitores fidei communiter appellamus) atque hæreſim palàm abiurantibus in ſignum ac publicum pœnitentiæ ipſorum teſtimoniũ. Quòd ſi relabantur, actũ eſt de eorum vita. Et meritò quidam tanquàm de incorrigibilibus. Rident oſores pœnitentiæ, & delicati homines, hanc cærimoniã. Verùm nobilis illa Virago *Iudith c. 9. ingreſſa oratorium, induit cilicium, & poſuit in capite cineres.* Et Sanctificatus Propheta deplorat lib. *Threnor. c. 2.* ob cladem Hieroſolymitanam, *in tranſmigratione populi , Senes filiæ Syon,* id eſt habitatores Hieruſalem prouectioris ætatis, *cõſperſiſſe cinere capita ſua, accinctóſque fuiſſe ciliciis.* Nos ergo ſic accincti ſaccis & cilicio induti, peccata noſtra defleamus. De cineribus habes amplũ in Decadibus noſtris ſacris , Euangel. 1. ſeu Homilia 1. tractatũ. Nũc reliqua proſequamur. *Perijt ſacrificiũ & libatio de domo domini, &c.* Vaticiniũ eſt, (ait Arias Montanus ad hunc locũ) de exciſione & ruina templi , quæ Aſſyriorum igne & ferro edita fuit : cuius cauſa & quòd deſerta regio, agriq́ue vaſtati, & aratoribus vacui eſſent, totis illis annis libatio ceſſauit. Sacrificium autem & libationem vocamus aſſiduum cultum, quem antemeridianis, & pomeridianis horis Deo patri tribuebant, quod matutinum & veſpertinum ſacrificium vocant : id ex terræ fructibus tritico & vino parabatur. Hoc pereũte ſacerdotũ luctum cõſequi neceſſe eſt, ſi nõ diuina, at ſua ipſorũ cauſa, quibus cũ hac ſacrificia deficerẽt, vnde alerẽtur, nihil reliquũ erat. Sacerdotes autẽ nõ quoslibet nominat, nõ illegitimos illos ab Iſraëlitis poſt veræ religiõis deſertionẽ inſtitutos, ſed quos appellet, ipſe definit, Miniſtros Domini, qui verè legitimeq; fuerãt inſtituti, ſed tamen dereliquerũt dominũ, in non cuſtodiendo. *Oſee 4* nempe pietatẽ, deſerti officij crimẽ ſacerdotibus etiam impingit ac tribuit Diuinus vates. Sic Arias. Remigius Altiſſiodorenſis Epiſcopus ad hunc locũ habet iſtũ commentariũ. *Interijt de domo Dei veſtri ſacrificiũ & libatio &c.* Pro eo quod eſt. Peribitis niſi pœnitentiã egeritis. Primum iubentur ſacerdotes & miniſtri Domini plangere & induere ſaccum, quia ipſi debent exẽplum præbere aliis, vt ſicut ipſis errãtibus delinquit & populus, ita illis pœnitentiã agentibus prouocetur & populus ad eandem agendã. Sic ille. Lugere iubetur Eccleſia, quòd fame Dei miniſtri ac ſacerdotes pereant

Iudith. 9 cap. 1

Threnorum c. 2.

Arias Mõtan⁹ hoc loco.

Oſee. 4. cap.

Remigi⁹ Altiſſiodor. Epiſcopus in Ioëlis præſentẽ locum.

reant. Duo curæ ſunt Eccleſiæ,fides, quam oblationibus teſtantur,& charitas in educandis ſacerdotibus altari deſeruientibus ac alendis viduis, de quibus non eſt hic dicendi locus.

Perijt ſacrificium &c. Magnam famem & inopiam annonæ indicat: idem innuit luctus ſacerdotum, qui vt aliæ tribus ex agro non viuebant, ſed ſolis decimis. Itaque pręcęteris famis incommoda ſenſerunt. Cauſam luctus Synagogæ his verbis aperit. Quũ propter debitũ vniuerſitatis ſeu pro vniuerſitate Iſraëlitici populi, quotidie ex mãdato domini, *Nume.28.* eſſet iuge ſacrificiũ offerendũ, duo agni anniculi, vnus mane, alter veſperi, cũ ſuis libationibus vini, & oblationibus ſimilæ ſeu farinæ triticeæ, idiã nõ poteris. Exciſum eſt enim minha Hebraicè dicitur)& libamẽ quæ illi ſacrificio iugi & cæteris quoq; adhibebãtur: vt videre eſt *Num.28.& 29.* Quod ergo hæc omnibus victimis adhiberẽtur, ex cõſequẽti antecedẽs, intellige ſublata oĩa ſacrificia. Abẽ Ezra(referẽte Mercero) prę ſentẽ locũ ad ebrios refert. q.d. Quomodo vinũ inuenietis & triticũ, quũ nõ ſit vnde fiat minha, & libamẽ Domino? Minha, ſimila eſt oleo cõſperſa, quę fricta in ſartagine ſacrificiis adhibebatur. Huius rationẽ habes *Leuit.6.* Libamẽ ex vino fiebat aut ſicera. Prior ſẽſus aptior. Quod dicitur, *de domo domini &c.* ideò additur, quia ibi fierẽt ſacrificia. Quod itẽ ſubditur, *Luxerũt ſacerdotes &c.* Hoc ideò ponitur, tũ quòd ceſſet diuinus cultus, tũ quòd ipſi famis incõmodũ ſentire cogãtur, qui oblationibus ferè veſcerentur. Sacrificiũ de ſimila, (ait ad hunc locũ D. Hierony. Libatio de vino offerebatur. q.d. oblatio ſacrificij cibarij & libaminis periit. Quod ſi ab hominib. (quia locuſta excidit illud) defecit triticũ & muſtũ, vnde adducent, (ait R. Dauid Kimhi interprete Mercero) ſacrificiũ cibariũ (Heb. minha) & libamẽ in ædẽ Sanctuarij: quũ ipſis nõ ſit quod comedãt & quod bibant? Sic ille. Et nonne nos habemus, occaſionẽ acerbè lamentãdi, multoq; iuſtiorẽ quàm habuerint olim Iudæi? Quandoquidem, noſtræ tempeſtatis Hugnoſtici Hęretici irruerũt in Eccleſias, demoliti ſunt Sacra altaria, conati ſunt ſacroſanctũ ac auguſtiſſ. Miſſę ſacrificium abolere, ſacramenta conculcarunt, Reliquias combuſſerunt, Templa diruerunt & ſolo æquarunt, ac Sacerdotes Domini interemerunt. Quis talia fando vel legendo temperet à lachrymis? Meritò & nos dicere

Num.28 cap.

Num 28 & 29.

Abẽ Ezra referẽte. Mercero.

Leuit.6. cap.

D. Hieronymus in Ioel.1.

R. Dauid Kimhi interpr. Mercero.

poſſumus. Iuſtéque de hæreticis conqueri. *Ex Pſalm. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum ſanctum tuum,* Et quæ illic ſequuntur. Item cum beato Helia: *Altaria tua Domine ſuffoderunt. Prophetas tuos interfecerunt, &c.* in libr. Regum tertio. & rurſus, illud: *Vos autem feciſtis illam: domum Domini, nempe, ſpeluncam latronum, apud Matt. 21, Item, quod Donatiſtis exprobrat Optatus Mileuitanus Diuus Auguſt. σύγχρονος,* lib. 2. Epiſcopi veſtri (Parmenianum alloquitur) iuſſerunt Euchariſtiam canibus fundi, ſed canes accenſi rabie, ipſos dominos ſuos quaſi latrones, ſácti corporis reos, dente vindice tāquā ignotos & inimicos laniauerunt. Iterum li. 6. de ſchiſmate Donatiſtarū. Fregiſtis Calices ſanguinis Chriſti portatores, quorum ſpecies reuocaſtis in maſſas. O ſcelus nefarium ſubducere Chriſto, quod proficiat ſacrilegio. Prætetea obiicere poſſum⁹ Hęreticis, eos idem feciſſe quod Proculus quidam, prout narrat Victor Vticenſis De perſecutione Vandalica, lib. 1. Ille inquam, miſſus à Genſerico, Eccleſias depopulabatur in Africa, & de palliis Altaris (Pro nefas!) camiſias ſibi, & femoralia faciebat. Qui fruſtatim ſibi comedens linguam in breui turpiſſima conſumptus eſt morte. Ob ciuilia pluſquam inciuilia bella, Catholicos lecto decumbentes & ad mortem (vt ita dicam,) agonizātes, ſine viatico maximè neceſſario, ex hac vita migrare contigit. Completúmq; eſt illud in nobis, quod de Iudæorum turbis Chriſti tempore ſcripſit Euangeliſta *Mar. 6. erant ſicut oues, non habentes paſtorem.* Et illud: *Thren. 4. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Panem, inquam, illum ſuperſubſtantialem Matth. 6. qui de cœlo deſcendit, & qui dat vitam mundo: Ioann. 6.* Verùm palàm prodire, & panem frangere Euchariſticum, ob Hæreticorum rabiem & ferociam, non audebant, aut non inueniebantur multis in oppidis ac vrbibus tunc temporis Sacerdotes qui id facerent. *1. Corinth. 10. Panis quem frangimus, nos nimirum Sacerdotes. nónne participatio Corporis Domini eſt?* Sed ad ſequentia pergamus.

Pſalm.
3. Reg.
Mat. 21. cap.
Optatus cōtra Donatiſtas lib. 2. & lib. 6. De ſchiſmate Donatiſt.
Victor Vticēſis de perſecutione Vandalica lib. 1.
Marc. 6. cap.
Thren. 4. cap.
Matt. 6.
Ioan. 6.
1. Cor. 10

Luxit humus, quoniam deuaſtatum eſt triticum &c. Quo pacto Minha, ſiue cibarium ſacrificium & libamen ſit ſublatum eleganti partitione & exaggeratione docet. Primùm in genere, Depopulata eſt regio ſiue ager deuaſtatus eſt, vnde materia minhæ & libaminis ſuppeditatur. Luxit humus, elegans metaphora, qua & Latini prata ridere dicunt.

cunt. Hinc per partes explicat : Vaſtatum eſt triticum, materia ſacrificij cibarij(minha dicunt Hebræi.) Confuſum eſt vinum,elegans item metaphora, qua & in ſequẽtibus vtitur.

Hæc eſt materia libaminis. Et quia inter ea quæ victui hominum neceſſaria ſunt, eſt etiam oleum, iuxta illud *Pſalmus. 4. A fructu frumenti vini, & olei ſui multiplicati ſunt.* Et alibi, *Vinum lætificet cor hominis. Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.* Ideò ſubditur, elanguit oleum. μεταφορικῶς, id eſt, exciſum eſt. Defluxerunt(foliis ſcilicet)oleæ. Per hæc autem verba, *Depopulata eſt regio*, ſublimiori ſenſu ſignificat Propheta, non ſolùm deeſſe oblationem,ſed & ſpem ſublatam eſſe de inſtauratione,quia campus regionis vnde fruges ſperantur, vaſtatus & complanatus eſt,vites exciſæ,&c.Luxit humus μετωνυμικῶς : ait Diuus Hieronymus id eſt, qui verſantur in humo. Triticum autem, vinum & oleum commemorat, quia his tribus præſertim iuuantur homines.Hæc tria ſacris olim non ſine myſterio adhibita. Et in noua lege horum vſus eſt. Nam de vino & tritico in ſacratiſſimis myſteriis ſatis patet.Oleo vngi ægrotos iuſſit:vt in D. Iacobi Epiſtola apertè dicitur. Oleum ad vnctionem ſacerdotum & prophetarum pertinebat:hodie quoque in ordinis ſacri adminiſtratione olei,ſanctique chriſmatis vſus eſt.Et Chriſtiani omnes dicimus,quaſi vncti.Quid plura?Oleum intus & foris mollit, & Spiritus ſancti illo adumbratur ſymbolo.*Oleum elanguit*,inquit Diuinus vates, Siquidem vt ait Arias Montanus)illa arborum & baccarum vis,quę antea fuerat,penitus defecit. Hanc autem penuriam cultores ipſi luctu maximo proſequantur neceſſe eſt. Quamobrem ad lamentum inuitantur.Confundimini agricolæ, vlulate venitores &c.ita imperatiuè in Hebraicis eſt. Super frumento vino & hordeo &c. Quarum rerum ſtudio, vtrique tenebantur. Agricolæ quidem̨ ſuper frumento & hordeo,quod quidem vilius eſt fertilius. *Quia periyt meſſis agri &c.* Vinitoribus verò, qui vineas cæteráſque arbores colunt,ſatis copioſa luctus materia datur : quia vinea cõfuſa eſt,& ficus elanguit. Malogranatum & palma & malus,& omnia ligna agri aruerunt &c. & omnia in vniuerſum arborum genera, quibus illa regio maximè ornabatur & celebrabatur, hoſtili igne & cultorũ defectu periere. Aptiſſimè verò rem diſpoſuit : Nam duplex agri co-

Pſal.4.

D. Hieronym⁹ in hunc locum. Ioel. 1. c.

Arias Montanus in Ioel.1.c.

lendi cura eſt,altera in frumentaria re, altera verò,in arborea conſumitur natura:in illa frumentum primas tenet, in hac vites,quas omnis aliarum arborum ſequitur ratiò, quamobrem triticum & hordeum ad Agricolas, hoc eſt, aratores retulit, omnia verò arborum genera ad vinitores.Sic antiqui etiam rem partiti ſunt, vt poëta, Georgic. lib.2.in principio.

Virgilius Georgicorum li. 2.initio.

Hactenus aruorum cultus,& ſidera cœli:
Nunc te Bacche canam,nec non ſilueſtria tecum
Virgulta,& prolem tardè creſcentis oliuæ.

Etenim paſtio tametſi in agris tractetur, non tamen propriè agricultura eſt, neque tantùm agris cultis, quantum ſiluis & pratis,greges & armenta delectantur, neque tantùm hoſtilis manus paſtionibus, quantum ſatis & vinetis nocere ſolet. Propriè ergo elegit eam agri partem, quæ hominum cura & cultu maximè indiget, cui belli tempora calamitatem præcipuè afferre ſolent. In arborum autem natura, eorum præcipuè generum mentionem fecit, quæ vel ad vitam, vel ad delitias maximè opportuna ſunt, & fructus etiam faciunt diuturniores, quarúmque in illa regione maior copia & laus eſt: vt ficus, mala punica(Gallicè,*pommes grenades* appellamus) poma, & palma. Horum generum frequens mentio in lege & prophetis eſt, quæ non ſolùm toti regioni cõmunia erãt, ſed quibuſdã etiã locis, ob elegantiã, & præcipuã laudem nomina fecerant,vt Ghẽthamar,Ghenrimõ,Ghẽtaphuah, hoc eſt,fons palmarum ſeu Dactylorum,fons granati,ſiue mali punici,& fons malorum vel pomorum. Cæteros autem fructus,vno nomine omnes collegit. Et omnia, inquit, ligna agri aruerunt, vt pruni, ceraſi, & cætera baccarum genera. Glandium verò & nucis natura omnis ad ſiluas potius, quàm ad agros pertinet, hoc genus minorẽ curam deſiderat, & fructu eſt deteriore,ac bellici temporis incommoditates diutius perferre valet. Atque de his arborum generibus, quibus ea regio abundabat, quarúmve ſpecialis hic habetur memoria, vt aliàs copioſiùs agamus, Deo benè propitio, opportunus ſeſe offeret locus.Quandoquidem, turba omnis agricolarum labore & induſtria alitur, luctus eiuſcemodi cõmunis eſt omniũ hominũ,quib. in fertiliſſimis annis cõmunis etiã & publi-

Iſai. 9.c. ca lætitia eſt, ſicut ſcriptum eſt Iſai. 9. *Lætabũtur corã te, ſicut qui lætãtur in meſſe.* Eam ob rẽ in vniuerſum cõcluſit

affir

affirmans: Quia confuſum eſt gaudium à filiis hominum, &c. Ceſſauit, inquit, & defecit gaudium. Hucuſque Arias Montanus. Agricolæ flere iubentur, quia ab impiis militibus malè tractabuntur, ac compilabuntur. A Poëta quondam fœlices dicebantur: Sic enim Virgilius Georgic. lib. 2. ſub finem cecinit: *Virgil. Georgic. 2. ſub finem.*

O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint,
Agricolas, quibus ipſa procul diſcordibus armis,
Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.

Sic ille. Ad Homiliam ſequentem reſeruabimus, quæ ſuperſunt hac de materia diſſerenda, adiungentes & aliquot huius capitis contextus periodos ſeu ſententias. Faxit Deus, vt ſeriò ac ex animo à peccatis reſipiſcamus, vt à ventura ira caueamus. AMEN.

HOMILIA VIII.

Confuſum eſt gaudium à filiis hominum. Accingite vos & plangite Sacerdotes, vlulate miniſtri altaris: Ingredimini, cubate in ſacco Miniſtri Dei mei: quoniam interiit de domo Dei veſtri ſacrificium & libatio. Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate ſenes, omnes habitatores terræ in domum Dei veſtri: & clamate ad Dominum A, A, A, diei: quia prope eſt dies Domini, & quaſi vaſtitas à potente veniet.

IOEL. C. I.

FACTVRVS operæpretium videor mihi, ſi harum arborum palmę, vitis, oleæ, pomi, ac malogranati (de quibus in ſuperioribus ſermo habitus eſt, paulò fuſior tractatus proponatur, vt ad deſignatum contextum propiùs accedamus, & quidem de olea primo ordine diſſeremus. Scribit Leuinus Lemnius libello de herbis atque arboribus Biblicis, cap. 5. de olea, hoc modo. Vt palma quæ ponderi non cedit, victoriæ inſigne, ita olea pacis index eſt: cuius rei ſpecimen columba ex arca Noë emiſſa edidit, Geneſ. 8. cap. referens ad arcam ramum viridantis oliuæ. Fructifera verò eſt fœcundáque numeroſis *Leuinus Lemni⁹, De arboribus Biblicis, c. 5. Gen. 8. c.*

baccis,

baccis,oblõga forma atque ouali, ex quibus maturis oleũ exprimitur. Vnde Pſal.51. *Ego ſicut oliua fructifera in domo Dei,&c.* Vt autem vinum cor hominis exhilarat, ſic oleo corpus perfuſum,non ſolùm niteſcit,ſed robur etiam concipit atque ad obeundos labores redditur habilius. Quò

Plinius lib. 14.c. 22.in fin. ſpectat illud Plinij,lib.14.c.22. in fine: Duo ſunt liquores corporibus humanis gratiſſimi,intus vini,foris olei,arborum è genere ambo præcipui,ſed olei neceſſarius. Sic Plinius.

Luc.10. Quin & Samaritanus Luc.10.quo Chriſtus deſignatur,duo hæc fomenta vulnerato adhibuit:vinũ, quod abſtergit & emũdat;oleum, quod lenit, quod dolorem mitigat,quod vulnus ad ſanitatem perducit.Hucuſque de olea

Idẽ Lemnius c.19 Lemnius. Nunc de ficu agamus ex eodem,c.19. Fici arboris fructus duplicis eſt differentiæ. Nam caricæ ficus ſunt tempeſtiuæ,quæ ab arbore exuũtur antequam prorſus ſicceſcant,deinde exiccatæ in fiſcellas ab Hiſpanis recõduntur:Groſſi primitiuæ ficus ſuccoſæ,præcoces, & intempeſtiuæ, quæ non matureſcunt, vel ſerius maturitatem aſſe-

Idẽ c.20. quuntur.Vnde ſerotinæ dictæ,cap.20.Idem de palma ſcribit:Palma arbor fructus fert ſapore dulci, Græci Dactylos vocãt à digiti forma, Latini palmulas,Galli,*des dattes.*Mar

Apoc.7. tyres, Apoc.7. palmas manibus geſtaſſe leguntur in victoriæ argumentum. Qui verò Dei hoſtibus ſe intrepidè op-

Pſal.91. ponunt,palmæ ſunt ſimiles.Pſal.91.*Iuſtus vt palma florebit.*

Idẽ c.25. Iam de vite ex Lemnio præfato c.25.dicamus aliquid. Vitis,inquit,aſpectu amœna eſt, pampinorũ ac foliorũ pompa,clauiculorum amplexu,vuarum turgeſcentium vbertate, ideóque vxor numeroſa proie fœcunda huic ſtirpi cõ-

Pſal.127 paratur,quum Dauid,Pſal.127.ait,*Vxor tua ſicut vitis abundans,* (quæ longè latéque palmites diffundit,) *in lateribus domus tuæ,&c.* Vt autem matureſcentes vuæ ſapidæ ſunt & ſucculentæ, palatúmque & fauces ſapore grato reficiunt: ſic doctrina ſana & ſalubris,ſermo gratioſus & ſuauis mẽtes hominum fouet ac refocillat. Sed de malo punico iam

Idẽ c.36. agamus.Idem c.36.ſic ſcribit:Malus punica,à Punica Carthaginenſi regione,& à corticis colore nomẽ obtinet,granata,quod mala rubentibus granis ſcaleant.Arbor eſt non admodum procera,folio anguſto, expoliti viroris, pomo quod duro cortice ſeu tegmine aut putamine coriaceo integitur,granis intus exuberãtiſſimi ruboris ſucculentis,& anguloſis numeroſa congerie arctiſſimè in ſe compactis ac velut ſeptis aut loculis tenui intus mẽbrana diſtinctis.

Pommes

Pommes grenades, vulgò vocamus. Quoniam autem mala punica miris modis oculis blandiuntur, ac guſtum ſaporémque ſuauiſſimum ſalubris ſucci exhibent, ideò Deus præcipit ad horum ſimilitudinem confici orbiculata poma ac tintinabula foraminoſa in formam mali punici: Exod. 28.& 39. in veſte ſacerdotali ſeu habitu pontificali. Sic ibi: Vt nimirum ſpirituali quadam intelligentia indicaretur, quòd ſicut multa grana vno cortice continentur, ſic Eccleſiæ populi, vnitate fidei. Malogranatum charitatis & amicitiæ eſt ſymbolum, quod ex Herodoto hiſtoriæ patre facilè patet: Sic enim lib. 4. ſcribit, quòd Darius, quum eſſet eſurus mala punica, ſimul ac malum primùm aperuit, interrogatus à fratre Artabano, cuius rei tantam multitudinem ſibi optaret, quantum illic eſſet acinorum? Reſpondit ſe præoptare tot ſibi eſſe Megabyzos, quàm Græciam ſubditam. His verbis apud Perſas hominē honorauit. Plutarchus autem tom. 1. opuſculorum in apophthegmatib. Regū, Aperto, inquit, grādi malo punico, interrogatus cuius rei tantam ſibi optaret multitudinem quanta eſſet granorum eius mali? Reſpondit Zopyrorum. Erat autem Zopyrus amicus regis, & vir bonus, ac fideliſſimus Dario. Pomum etiam amorem ſignificat, quia & Veneri dicabatur, & in Paridis iudicio apertè ſatis iſtud habetur. De pomo aureo pulcherrimo, cui ſcriptū erat: pulchriori detur, vel, quæ ex tribus fuerit ſpecioſior, illud ſibi habeat. Lis inde oritur inter Iunonem, Palladem, ac Venerē, quæ nam pulchritudine alias vincat, & aureo malo potiatur. Illud Paride iudice Veneri attribuitur. Verùm in fabula notiſſima, fruſtrà tempus terere nolo. Iucunda ſunt & dulcia poma, atque ideò mundi delitias, magnificentiam & ſplendorem adumbrant, vnde Apocal. 18. de Babylone dicitur; *Poma deſiderij animæ tuæ diſceſſerunt à te, & omnia pinguia & præclara perierunt à te, &c.* Quo indicat Eccleſiæ, propheta ac Theologorū Phœnix, D. Ioannes Euangeliſta omnia, quibus oblectarè ſe ſolet, & palatū reficere, ablata eſſe, pompam, ſtrepitum ferculorum apparatus, bellaria, & ſuauiſſimi fructus, qui mēſis inferri ſolent, vt poma ſapida ac ſucculenta, aliæque ſecundæ menſæ deliciæ. Et hoc benè admodum cum præſenti congruit cōtextu. *Confuſum eſt gaudium, &c.* Senſus eſt, pudet gaudium hominum, conſpectus hominum. Elegans Metaphora (ait Mercerus) ſumma annonæ charitas ſignificatur, qua ceſſat hominum lætitia, vt

Exod. 28 c. & 39.

Herodotus li. 4.

Plutarchus to. 1 opuſc. in Apophthegmat Regum.

Apocal. 18. c.

Mercer' ad hunc locum.

in annonæ vilitate gaudent omnes. Hæc etiam ſi ad vaſtitatem per hoſtes inuectam referas ſatis,quadrant. Belli enim calamitas ſecum omnia mala affert, omnem gaudij materiam adimit. Quandoquidem,omnia à militibus populata & diſſipata ſunt.Non eſt meſſis nec Autumnus.Doluerunt agricolæ agrorum fructus vniuerſos eſſe deperditos,vnde filij & ipſi inedia conſumentur. Sic D.exponit Hieronymus.In nobis quoque (proſequitur idem)fructus bonorum operum,vinum iuſtitiæ, & oleum miſericordiæ ſunt deperdita. Animaduerte, quomodo gaudiũ noſtrum deberet eſſe de rebus diuinis ac cœleſtibus,de æterna electione & prædeſtinatione,dicente Chriſto:Luc.10.*Gaudete quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.* Contrà verò, cor noſtrum propendet ad mundi gaudia,ac pompas.Pro nihilo ducimus æternæ vitæ patriam. Ideò confuſum eſt gaudium noſtrum. De impiis ſcribitur apud Prophetã, lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis: vbi triſtari debuerunt,lætantur.Ex oppoſito autem,vbi lætandum foret,triſtamur.Iac.1. *Omne gaudiũ exiſtimate fratres, cùm in tentationes varias incideritis,&c. Libenter* (ait Diuus Apoſtolus) *gloriabor in infirmitatibus meis,&c.*Matth.5.*Beati eritis,quum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me:gaudete & exultate in illa die,quia merces veſtra copioſa eſt in cœlo.* Præterea, confuſum eſt gaudium in hoc mundo.Etenim,auctore Iuſtiniano Imp.in authenticis,conſtit.7.c.2.De non alienandis rebus Eccleſiaſticis; Omnis noſter ſtatus,ſub perpetuo motu conſiſtit.Sic ille. Hic,vt cũ Propheta loquar, vinum mixtum eſt aqua,atque cum Poëta, nihil eſt ab omni parte beatũ. Hîc omnia mixta luctu, eſtque plus fellis quàm mellis, plus aloës quàm ſaccari, & vt ſcriptura loquitur: Extrema gaudij, luctus occupat. In alio verò ſæculo, vt gaudium veſtrum ſit plenum (ait Chriſtus) Tunc ſatiabor Domine,cùm apparuerit gloria tua:(ait regius vates.)

D. Hieronymus in 1. cap. Ioëlis.

Luc.10. cap.

Iac.1.c.

Mat.5.c.

In Authenticis conſtit.7. c.2.Iuſtinianus Imp.

Dicit itaque Propheta famis cauſam eſſe iniquitatem hominum,propter quam gaudia ceſſarũt, & mœrores animi importati ſunt.Sic Theodoretus ad hunc locum.D.autem Hieronymus ſic. Iudæorum confuſum eſt gaudium, quia gaudium recipere noluerunt,de quo Luc.2. *Euangelizo vobis gaudium magnum.*

Theodoretus in 1.c.Ioëlis

D.Hieronym⁹ ad hũc locũ.

Luc.2.

*Plangite Sacerdotes,&c.*Vbi cęteri ordines ad lamentum fuerint excitati,ad ſacerdotũ collegium ſeſe elegia vertit.

Quod

Quod aliqui ad calamitatẽ per Antiochum ex diuina per-
miſſione excitatã referunt: vt enim 1. Mach. 1. *Aſcendit An-* 1. Mach.
tiochus radix peccati Hieroſolymam, & ſuccendit eam igni, & 1. cap.
ſpoliauit templum, & ſub capitali pœna prohibuit iuge ſacrificiũ,
& holocauſta: libros legis Dei combuſsit, & obſeruantes Dei le-
gem trucidauit. Vetuit item ne ſacerdotes in tẽplo miniſtrarent.
Meritò ergo ad ſacerdotes ſpecialiter eſt iſta acris admo-
nitio, eos ad pœnitentiam excitans, quandoquidem atrox
ille tyrannus, tàm horrenda in templũ facturus prędicitur.
Propter peccata quidem ſacerdotũ, hęc à Deo permiſſa ſa-
cra cõmemorat hiſtoria, 2. Mach. 5. *Antiochũ permiſit Deus* 2. Mac. 5
propter peccata habitantiũ ſpoliare tẽplum Dei. Alioqui niſi cõ-
tigiſſet eos multis peccatis eſſe inuolutos, ſicut Heliodorus (c. 3. s̃.) 2. Mach.
qui miſſus eſt à Seleuco rege ad ſpoliandũ ærariũ, etiã hic ſtatim 3. cap.
adueniens flagellatus & repulſus vtique fuiſſet ab audacia. Iu- Iudith 5.
dith. c. 5. *Perquire ſi eſt aliqua iniquitas eorũ in conſpectu domi-* cap.
ni, & Deus tradet illos. Sin aliter, non poterimus reſiſtere illis.
Quoniã Deus eorũ defendet illos. D. Hieronymus ad præſen- D. Hiero
tem locũ: Sacerdotes, inquit, ciliciis accingãtur. Plangant nymus
propria delicta vel populi. Dormiant in ſacro, vt pręteritas ad hunc
delitias, per quas offenderant Deũ, vitæ auſteritate cõpen- locũ Ioël.
ſent. Sic ille. *Ingredimini Miniſtri altaris.* Hoc verbũ, motum 1. cap.
hoc loco ſignificat, (ait Arias Montanus) hoc eſt, venite, Arias
neque tam ad locũ aliquem, quàm ad opus, ad luctus ſo- Monta-
cietatem ineundam vocantur; vt apud Latinos, Rationem nus in hũc
ſtudiorum ingredi aliquis dicitur: in eo vero luctu, nõ in- locũ Ioël.
terdiu ſolùm, ſed noctu etiam perdurare iubet. Cubate in-
quit, in ſacco miniſtri Dei mei. Miniſtros altaris, Dei mi-
niſtros vocat: namque hic hominum ordo præter cæteros
diuino miniſterio addictus erat. Sic Arias. Cõuertit nunc
ſermonẽ ad tertium hominum genus, nempe aliis præpo-
ſitos. Suprà populo dixit, Plange vt virgo: nunc Sacerdoti-
bus maiorẽ luctum indicit. Sacerdotes templũ ingredien-
tes honeſtioribus veſtibus induebãtur, foris aliis. Cubate
in ſacco. Ne noctu exuamini, omnia veſtrum mœrorẽ in-
dicẽt. Mira in Prophetis miſeratio, vt Hieremias: *Quis da-*
bit mihi fontem lachrymarum? Cubate in Hebræo habetur
לינו Linu, à radice, לון Lun, id eſt, pernoctate. Pernoctare e-
nim לון ſignificat, manere, cõmorari. mos antiquiſſimus fuit
pernoctare ac vigilare in tẽplis, etiã apud Chriſtianos ma-
ximè quo tẽpore perſecutio quædã eccleſiæ impendebat,
vel pridie alicuius ſolẽnitatis, vtpote Paſchę, Natalis domini,
memo

D. Hieronymus to.2.epiſ. cõtra Vigilantiũ.

memoriarúmque Apoſtolorum ac Martyrum. Ex his ſanè vigiliis D. Hieronymus tom.2. epiſtol. aduerſus Vigilantium hæreticum, cereos, faces & candelas, quas in templis accendere ſolemus, vehementer tuetur & defendit his verbis: Cereos autem non clara luce accendimus, ſicut fruſtrà calumniaris: ſed vt noctis tenebras hoc ſolatio temperemus: & vigilemus ad lumen, ne cæci tecum dormiamus in tenebris. Deinde. Quicumque accendunt cereos, ſecundum fidem ſuam habent mercedem. Poſt pauca ſubiungit, Et abſque martyrum reliquiis per totas Orientis eccleſias, quando legendum eſt Euangelium accenduntur luminaria, iam ſole rutilante: non vtique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demonſtrandum. Vnde & virgines illæ Euangelicæ ſemper habent accenſas lampades ſuas. Rurſus poſtea, de vigiliis & pernoctationibus in Baſilicis martyrum ſæpè celebrandis, in altera epiſtola ad Riparium presbyterum reſpondi breuiter. Error autem & culpa iuuenum, viliſſimarúmque mulierum, qui per noctem ſæpè deprehenditur, non eſt religioſis hominibus imputandus: quia & in vigiliis Paſchæ tale quid fieri plerumque conuincitur, & tamen paucorum culpa non præiudicat religioni: qui & abſque vigiliis poſſunt errare vel in ſuis vel in alienis domibus. Apoſtolorum fidem Iudæ proditio non deſtruxit. Et noſtras ergo vigilias, malæ aliorum vigiliæ non deſtruent: quin potius pudicitiæ vigilare cogantur, qui libidini dormiunt. Sic ibi. In præcedenti autem epiſtola ad Riparium, vbi quaſi velitatur ac præludit ad pugnam, aduerſus eundem Vigilantium, ita ſcribit. Quod dicis eum vigilias execrari, facit & hoc contra vocabulum ſuum, vt velit dormire Vigilantius, & non audiat Saluatorem dicentem: *Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Spiritus promptus eſt, ſed caro infirma. & in alio loco propheta decantat.* Pſal.118. *Media nocte ſurgebam vt confiterer tibi. Dominum quoque in Euangelio legimus pernoctaſſe, & Apoſtolos clauſos carcere tota nocte vigilaſſe, vt illis pſallentibus, terra quateretur, cuſtos carceris crederet, magiſtratus & ciuitas terrerêtur.* Act.19. *Loquitur Paulus, Orationi inſtate vigilantes in ea: Et in alio loco: In vigiliis frequenter.* Dormiat itaque Vigilantius, & ab exterminatore Aegypti cum Aegyptiis dormiens ſuffocetur. Hucuſque S. pater Hieronymus. Idem tom. 1. epiſtol. ad

Idem ad Ripariũ eodẽ tomo cõtra Vigilantium.

Matt.26

Pſal. 118

Luc.6.

Act. 16.

Coloſſ. 4.

2.Cor.11

Idẽ to. 1. epiſt. ad

Lætam de inſtitutione filiæ. Sic Vigiliarum dies, ait, & ſolemnes pernoctationes, ita virguncula noſtra celebret, vt ne tranſuerſum quidem vnguem à matre diſcedat, deinde, præponatur ei probæ fidei ac morum & pudicitiæ virgo veterana, quæ illam doceat, & aſſueſcat exemplo ad orationes & pſalmos nocte conſurgere, mane hymnos canere &c. Item ibi epiſtola ad Demetriadem de virginitate ſeruanda, Sic debes ieiunare, inquit, vt nec in Palmis nec in vigiliis ſolito quid minus facias. Rurſus ibi epiſt. ad Sabinianum Diaconum ſollicitatorem virginis ad ſtuprum, Tota Eccleſia, ait, nocturnis vigiliis Chriſtum dominum perſonabat, & in diuerſarum gentium linguis vnus in laudibus Dei ſpiritus concinebat, &c. Eodem tomo, De ſcriptoribus eccleſiaſticis in Pierio Alexandrinæ Eccleſiæ preſbytero, Huius, inquit, eſt longiſſimus tractatus de Propheta Oſee, quem in peruigilio Paſchæ habitum, ipſe ſermo demonſtrat. Ille denique aduerſus Vigilantium, circa epiſtolæ exordium, Exortus eſt ſubitò Vigilantius, ait, qui dānandas dicit eſſe vigilias. Temperare non poſſum, quin ex eiuſdem in Daniëlem commentariis ca. 4. paucula hæc adſcribam. Ecce vigil & ſanctus. Pro vigili Theodotio ipſum Chaldaicum verbum poſuit, עיר iir, ſignificat autem angelos, quòd ſemper vigilent, & ad Dei imperium ſunt parati: Vnde & nos crebris pernoctationibus imitamur angelorum officia. Item in Matt. 25. ad verba. *Media nocte clamor factus eſt.* Traditio, inquit, Iudæorum eſt, Chriſtum media nocte venturum, in ſimilitudinem Ægyptij temporis, *quando Paſcha celebratum eſt, & exterminator venit, & dominus ſuper tabernacula tranſiit, &c.* Vnde reor & traditionem apoſtolicam permanſiſſe, vt in die vigiliarum Paſchæ ante noctis dimidium, populos dimittere non liceat, expectātes aduētum Chriſti. Hucuſque ſanctus ille. Quòd ſi vel Chriſtianorum incuria, quibus in dies quamplurima excidunt à pietate, vel ad obturāda maleuolorum ora (qui adulteria inceſtúſque eccleſiæ exprobrabant) vigiliæ iſtæ ſeu pernoctatiōes religioſæ, apud nos obſeruari deſierint, retinuimus tamen hactenus nomen, ita vt vocemus ieiunium, feſtum præcedēs, vigiliam. Harum meminit vigiliarum Plini⁹ iunior, lib. 10. epiſt. Sic de Chriſtianis ad Traianum Imperatorem ſcribens: Soliti ſunt ſtato die ante lucem cōuenire, carménque Chriſto dicere ſecum inuicem, id eſt, per choros. Et Tertullianus in Apologetico contra

Lætā, de inſt. filiæ.

Ibidem ad Demetriadem.

Ibi epiſt. ad Sabinianum.

Eodem tomo in Pierio.

Hieronymus comment. in Daniële, cap. 4.

Idem in Matt. 25.

Plinius iunior e piſtol. ad Traianū lib. 10.

Tertullianus in Apologetico contra gentes

gentes, Cœtus antelucanos, ad canendum & Chriſto, & Deo, & ad conferendam diſciplinam commemorat ſimiliter. Finiero, ſi vnam & alteram ſuper hac re protulero D. Auguſtini ſententiam. is igitur to. 10. lib. 50. hom. hom. 26. in fine. Quia non toti viri vel mulieres, voluerunt hodie ad vigilias conuenire, rogo vos vt ea quę vobis dicta ſunt, illis qui abſentes fuerunt fideliſſimè referatis. Sermone item 78. de tempore verſus finem: Attētiùs rogo vos & admoneo fratres, vt ad vigilias maturiùs ſurgere ſtudeatis. Sic ille. Ecquis verò negare audeat, antiquiſſimam hanc vigilandi & pernoctandi in orationibus cōſuetudinem ab Apoſtolis domini emanaſſe & profectam eſſe! Sic enim in conſtitutionibus apoſt. per S. Clementem li. 5. c. 20. legitur, de pernoctatione magni Sabbati, & de die Reſurrectionis. Monemus vos, vt in Eccleſiā conuenientes vigiletis, orantes ac rogantes Deum, legentes in veſtra pernoctatione legem, Prophetas, Pſalmos vſque ad Galli cantum: baptizatíſque Cathecumenis veſtris, & lecto euangelio in timore ac tremore luctum deſinite. Sic ſancti Apoſtoli ibi. Nūc ad textū regrediamur. Miniſtri domini, &c. Paraphraſticōs enuntiarunt. 70. Interpretes οἱ λειτουργοῦντες θυσιαστηρίῳ Κυρίου, id eſt, miniſtri altaris domini. *Accingimini, &c.* ſaccis ſcilicet, quod ſubaudiendum ipſa ſcientia ſatis docet. Quæ ex ipſa ſententia facilè poſſunt colligi, ſolet ſcriptura intelligenda relinquere attento lectori. Quum ſacrificia vobis deſint, non eſt quo dominum placetis: Vos itaque ipſos offerte. Plangite, ſic Aben Ezra, (ait Mercerus.) Nam & externa ſacrificia veteris legis accepta non erant, niſi & ſeſe ſacrificantes offerrent. Erant enim obedientiæ ſignum, & typus Chriſti. Iure poſt priuatas perſonas, quas ad luctum inuitauit, ebrios Agricolas, vinitores, & ipſam etiam Synagogam, quæ ex priuatis ferè conſtat, (priuatos nunc appello, qui in eccleſia miniſterium non habebant) ad ſacerdotes Eccleſię miniſtros (potiſſimam ac præcipuam Synagogæ partem) conuertitur: Ingredimini in templum ſcilicet. Sic Kimhi. At vide num corroborationi potius ſeruiat hoc verbum, quemadmodum Pſal. 94. *Venite, exultemus domino, Venite, adoremus & procidamus, &c.* Venite ideſt agite proſternamur. Gall. *Or ſus venez.* Sic hoc loco venite, agite dū. Pernoctate in ſaccis. Nam de ingreſſu in templum habes in ſequenti verſiculo, & ſi de aliorum in templū conuocatione illud ſit Pernoctate, non ad tempus, accingimi

D. Auguſtinus to. 10. lib. 50. hom. homil. 26. in fine.

Idē ſer. 78. de tēpore.

Cōſtitutiones Apoſtolorū li. 5. c. 20.

70. Interpretes.

Abē Ezra interpte Mercero.

R. Kimhi, Mercero interprete.

Pſal. 94.

accingimini. Geſtit oratio & affectus: Quod ſubdit, Miniſtri Dei mei. habet etiã πάθος ſeu affectum. q. d. Ego etiam apud Deum meum intercedam quomodocumque potero, & tertiò iam idem dicit. *Interijt de domo Dei veſtri, &c.* Pronomen habet πάθος, hoc eſt, valet ad mouendos affect⁹ Sic Mercerus. Hîc opportunè dicẽdũ de altaris ſacrificio Euãgelico ſeu Miſſa. Siquidem vt Antiochus iuge abſtulit ſacrificium (de quo hic ſermo) ſic Antichriſtus, quantum in ſe ſitum erit, Miſſæ ſacroſanctum abolebit ſacrificium: vnde Hyppolytus Martyr, de conſummatione ſæculi: Lugebunt Eccleſiæ luctum magnum, quia pretioſum corpus & ſanguis Chriſti, in diebus illis (Antichriſti ſcilicet) non extabit, Leiturgia extinguetur, Pſalmorum decantatio ceſſabit, ſcripturarum recitatio non audietur. Sed erit lamentatio ſuper lamentationem, væ ſuper væ. Sic antiquus ille pater. Iam Antichriſti multi ſunt, & præcurſores eius Hæretici noſtræ tempeſtatis. Conati ſunt namque Miſſæ abolere ſacrificium. Iam Antichriſtiana abominatio ob oculos verſatur. Ideò *Plangite ſacerdotes, &c.* Flete omnes Catholici. Induite ſaccum & cilicium. Saccus enim miſerorum & lugentium antiquus habitus fuit. *Sicut* Eſther. 4. *ſcribitur, quòd Mardochæus cùm audiſſet edictum emanaſſe à Rege aduerſus Iudæos, ſcidit veſtimenta ſua*, & indutus eſt ſacco, ſpergens cinerem capiti: & magno eiulatu vſque ad fores palatij gradiens. Non enim erat licitum, indutum ſacco aulam regis intrare, *Iſai. 61.* De euãgelicis ſacerdotibus dicitur ſtylo prophetico: *Vos autẽ ſacerdotes domini vocabimini, miniſtri Dei noſtri dicetur vobis.* 70. ſic λειτουργοὶ θεοῦ ἡμῶν. Λειτουργία, eadem eſt Latinè, ex fonte Hebraico deriuato nomine, Miſſa. Qua de voce fusè in Decadibus noſtris tractauimus homilia altera, de Euchariſtia. *Matth. 5. Chriſtus, & Heb. 13. Paulus* altaris, meminerunt in euangelica lege. *Si offers munus tuum ad altare.* Item. *Habemus altare de quo edere non habent qui tabernaculo deſeruiunt.* Græcè θυσιαστήριον, Anſelmus, eſt altare, inquit, eccleſiæ vbi conſecratur corpus domini: qui deſeruiunt autem tabernaculo ideſt vmbra veritatis, de hoc non edunt. Altare Græce θυσιαστήριον, πρὸς τὴν θυσίαν, hoc eſt, ad ſacrificium correlationem habet, & λειτουργία ad λειτουργοῦντα ἢ λειτουργόν, id eſt, ad ſacris operantem, publicè ad Deum pro populo facientem, ſeu ſacerdotem reſpectum habet ac habitudinem, Act. 13. λειτουργούντων αὐτῶν

Hippolytus Martyr, De conſummatione ſæculi.

Eſther. cap. 4.

Matt. 5. Heb. 13.

D. Anſelmus in c. 15. epiſtolæ ad Hebr.

Act. 13.

τῷ Κυρίῳ. Sacrificantibus illis domino, ſeu vt habet editio vulgata miniſtrantibus illis domino &c. Sic illis à Chriſto mandatum *Luc. 22. Hoc facite, &c.* Facere ſacrificare ſignificat apud veteres, probatóſque authores. Varro lib. 5. de lingua Latina. Ad ſepulchrum Accæ Laurentiæ, ibi propè, faciunt diis manibus ſeruilibus ſacerdotes ideſt ſacrificant, vt conſtat.

Luc. 22.

Varro li. 5. de lingua Latina.

Hoc Liturgiæ vocabulo creberrimè vſus eſt Iuſtinianus in Nouellis, Iulianus patritius ac Anteceſſor Conſtantinopolitan⁹ in tralatione ſeu Latina verſione Nouellarum Iuſtiniani Imp. Conſtitutione 52. ſacram facere Miſſam tranſtulit. Collatione 2. Conſtitut. 7. capit. 11. *ἱεραγοῦσι λειτουργίᾳ* Iulianus, ſacra miſſa facta, exponit. Sic frequenter *λειτουργίαν* Miſſam vertit.

Iulianus Anteceſſor Conſtātinop. in Nouellis Iuſtinianis.

Deſino in verbis Iuſtiniani Imp. In Authenticis. Nouella Conſtitutione 6. Quomodo oporteat epiſcopos & alios clericos ad ordinationem adduci. In præfatione, ſic ait Iuſtinianus. Maxima in hominibus ſunt dona Dei, à ſuperna collata clementia, ſacerdotium, & imperium, illud quidem diuinis miniſtrans, hoc autem humanis præſidens, ac diligentiam exhibens, ex vno eodémque principio vtraque procedentia, humanam exornant vitam. Hæc ibi. Verùm de ſacerdotio, Miſſa, ac ordine ſacro, pleniùs (Deo benè fauente) quamdoque dicemus. Itaque ſuperſedentes, ſequentia videamus.

In Authenticis Conſtitu. 6. in præfatione.

Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate omnes in domum domini Dei veſtri. In magnis periculis publicè indicebantur ieiunia: vt fecit Saul: item Eſther: idem hìc propheta iubet, iam impendente captiuitate Babylonica.

Poſt luctum ieiunium præcipit, quo ad ſanctas res præparentur animi, interdicitur crapula & vſus voluptatum: hortatur frequentes in templum conueniant, & ad dominum clament. Sic & in publicis calamitatibus nos comparare oportet. Lugendum non ſolùm ex ſenſu pœnæ, ſed ob peccata, quæ calamitatis cauſa, ſanctificandum eſt ieiunium. ſic ſelectum & Deo ſanctum ieiunium, in gloriam Dei inſtitutum.

Nam alij valetudinis cauſa vel auaritiæ ieiunant. Plurimorum verò preces iunctæ faciliùs exaudiuntur: non quòd multitudine Deus moueatur, ſed quòd ei placeat charitas & vnanimitas ſimul orantium: Ideò dicit, *Congregate ſenes, &c.* Quotquot habitant terram, cuiuſcumque

ſexus,

ſexus, ætatis, ordinis, adeſte. *In domum domini, &c.* Nam illic erat promiſſio exaudiendas eorum preces: Nunc etiam templa, ac orationis domos (quas Eccleſias religioſo nomine appellamus) habemus Catholici; ad illas orationes ergo conuenimus ſæpè, ac in Chriſti nomine ſperamus nos exaudiendos. Dei veſtri ἐμφατικῶς dictum, qui adhuc veſter eſt protector, ſi ad eum accedatur affectu magis, quàm clamore, vt Moſes ad eum clamabat. *Sanctificate ergo ieiunium, &c.* id eſt, parate, indicite, decernite ieiunium, ô ſacerdotes. *Sic infrà ſanctificate bellum, cap. 3. Parate, indicite bellum.* Vel *Sanctificate ieiunium, &c.* id eſt, eò ieiunium inſtituite, vt ſancti ſitis. Sunt qui valetudinis recuperandæ gratia ieiunant, alij verò vt ſuæ inexplebili auaritiæ lucrum accumulent. Verumtamen ieiunium indicere debent ſacerdotes, vt plebs ſancta ſit: & propitium ſibi placabilémque Deum reddat huiuſmodi carnis maceratione atque afflictione. In ieiuniis verò publicis; quod ſequens indicat textus, conuocandus eſt cœtus: vt multiplicatis interceſſoribus faciliùs preces charitate ſic inter ſe nexæ, exaudiantur: Impoſſibile eſt enim (Verbis ſanctorum ludens vtor) multorum preces non exaudiri. Propterea neminem ab hac pœnitentia publica & litaniis eximit. Congregate ſeniores, penes quos rerum poteſtas, & iudicia: vel ſenes quoſcunque, qui maturo ſunt iudicio & conſilio, & ea pro ætate aduertere poſſunt, quæ ad iram Dei auertendam faciant. *Ioël. c. 3.*

Imò verò huius regionis incolas. Alios enim vocare ſacerdotum erat. Adde, quòd ſuprà initio, poſt ſenes meminit & terræ habitatorum. Idque in ædem domini Dei veſtri (Emphaſis in pronomine) de qua erat promiſſio ibi exaudiendas eorum preces. Sanctificare eſt ſeparare (ait Arias Montanus) atque à communi vſu ſegregare. Diem ergo certam dici ad hanc rem vult. Illud porrò obiter hoc in loco eſt obſeruandum, non eſſe præter diuinorum inſtitutorum rationem, ſi quid publicè ab Eccleſia pro temporum atque rerum occaſione inſtituatur, cuius tamen vſus, à diuinorum librorum ſententia non abhorreat, vt ieiunij vſus in ſacris & piis commendatur exercitationibus, ſicut ſcriptum eſt: & affligetis animas veſtras. Quo tempore autem ieiunandum ſit, præter vnum expiationis diē, nihil præterea certi eſt conſtitutum, ſed omnia Eccleſiaſticæ ſapientię authoritatíq; permiſſa, vt pro temporũ & rerũ vſu, *Arias Motanus ad hunc locum.*

 quibus

quibus commodiſſimum videatur, ieiunium, (modò ritè ſanctéq; fiat) iudicatur. Huiuſmodi autem res ſuis in locis obſeruare, à diuina philoſophia non fuerit alienum, & ad eccleſiaſticam authoritatem defendendam fuerit imprimis commodum.

Verſio 70 interpretum. *Congregate ſenes, omnes habitatores terræ*, Senes quamuis in translatione ſeu verſione Græca, ponatur in accuſandi caſu, tamen vocatiuus eſſe poteſt hoc loco. Nota ſenũ nomine omnes magiſtratus, Senatorumque ordinem, penes quos Reip. gerendæ auctoritas, iusq; erat, quorum in noſtra eccleſia locum Epiſcopi tenent, & qui publicam aut populorum aut tribuum curam ſuſtinent presbyteri. Hos ergo vno nomine ſenes appellat, quos ad ſuũ munus diligenter curandum hortatur. Ab his autem in domum Domini concionem conuocari, & populo luctum & publicã deprecationem indici Vates iubet. In domo Domini. Semper in more apud omnes gentes fuit, in calamitoſis & miſerrimis rebus ad templa confugere, ibique publicè malũ deprecari, & diuinam iram placandam curare. Hactenus Arias ibi.

Aduerte item quod ieiunium non vocatur mediocritas in cibo & potu, vt dicunt ſectæ, ſcriptura vocat pœnalem à cibo abſtinentiam, ad caſtigationem corporis, vt homo reddatur aptior ad orationem. Nam Chriſtianus tenetur ſemper eſſe temperans: non tenetur tamen ſemper ieiunare. Dauid, Genuã mea infirmata ſunt à ieiunio, inquit, Pſal. 108.

De Ieiunio autem, eiuſque fructibus, copioſiſſimè & ampliſſimè à nobis in ſacris Decadibus, Concione prima, Fer. 4. Cinerum, atque de ieiunio & tentationibus Chriſti altera concione tractatum eſt. nec opus eſt hic multa repetere.

Obſerua item Orationem duplicem eſſe, priuatam & publicam: priuatam licet vbique in omni loco facere: publicam in Eccleſia ſeu templo. Pſalmographus: *Adorabo ad templum ſanctum tuum, &c. Act. 3. Petrus & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam. Lucæ 2. Anna non recedebat de templo, obſecrationibus ſeruiens. 3. Reg. 8. Hæc eſt domus, de qua dixiſti, Erit nomen meum ibi.* & *Matt. 21. Domus mea domus orationis vocabitur. Pſalmus. 49. Inuoca me in die tribulationis: & ego exaudiam te. Luc. 11. Petite & accipietis.* Hæ ſunt annexæ promiſſiones de exaudiendis orationi

Pſalm.
Act. 3.
Luc. 2.
3. Reg. 8.
Mat. 21.
cap.
Pſal. 49.
Luc. 11.

tionibus noſtris in templo & domo Dei noſtri (ſi ritè fiãt) De fructu orationis aliàs quoque in noſtris Decadibus diximus. Ergo quod ſupereſt interpretemur. *Aha diei, quia prope eſt dies Domini*: quæ verba eò ſpectant, vt in afflictionibus feriò ad Deum exclamemus, Aha. Domine ne in furore tuo arguas me, ait Pſalmiſta. Sic ex horrendis plagis horrendum Dei iudicium diſcemus pertimeſcere, *& quàm horrendum ſit incidere in manus Dei viuentis, Heb. 10.* Cæterùm Aha, Hebraica interiectio eſt, non tam dolentis (ait Arias Montanus hoc loco) quàm præ mœſtitia, aut conſilij inopia, animum penè deſpondentis. Sic Hebraicè ſcriptum, ſic etiam Latinè pronunciari poteſt, Aha q.d. O diẽ mœſtam & calamitoſam! ô lugubrem & miſeriarum plenam diem. Sed vates argumentum tantum, & affectum indicauit, non autem luctum & clamorem perſecutus eſt: Nam die nominato grauiſſimam rem & ærumnam maximam impendere ſignificauit, cuius memoriam nulla vnquam obliuio delere poſſit, ſed inter nefaſtos fataléſque dies, nigro calculo ſit ſemper numeranda. Magnam enim atque inſignem calamitatem eſſe conſtat, cuius certus in qua accidit dies, certa & miſera commemoratione quot annis notatur. Hucuſque Arias. Ex Calendario Hebræorũ, interprete Doctore Genebrardo, 6. die Octobr. vel potiùs Lunæ Octob. Iudæi incipiunt ieiunium ob excæcatũ Sedechiam regem Iuda, & eius filios interfectos à Nabuchodonoſor. Item 10. die Decembris Lunæ Ieiunium apud illos celebratur, quando admouit manum ſuam Rex Babylonis ad obſidendam & expugnandam Hieroſolymam. Et 9. die Lunæ Iulij ipſis eſt ieiunium, ob incenſam eo die Hieruſalem, & templum primò à Chaldæis, ſecundò à Romanis. Sic certos ſignatóſque obſeruant lugubres dies.

Heb. 10.

Arias Mõtan' ad hunc locum.

Calẽdariũ Hebraorum interprete Genebrardo.

Quia prope eſt dies domini, &c. Diem domini (ait Arias vbi ſuprà) diẽ vltionis & ſupplicij nominat, quo die ſe iudicẽ, & dignitatis maieſtatiſque ſuæ vindicem eſſe demonſtrabit: & qui ſeſe actenus miſericordem immeritis præbuerit, vltorem tandem commerentibus præbeat.

Arias vbi ſupra.

Sicut vaſtitas à petente veniet, &c. Significat diem illam cum maxima & terribili vaſtatione & calamitate eſſe venturam, à potente, à forti. Itaq; diuinæ potẽtiæ potius quàm miſericordiæ commemoratione, hęc dies referenda eſt. In qua Deus tremendũ egit vltorẽ. Hęc autem, dies, noua mẽſis AB (qui Iulio noſtro correſpõdet, vt dictũ

eſt ex Cal.Hebr. fuit, quæ perpetuo & ſolemni Hebræis luctu repetitur, quo templum dirutum, & religionis ac reip.decus & ſplendor omnis ſublatus eſt. Quam diem in-
Arias in ter infauſtas publico ieiunio & luctu miſeri Iſraëlitæ ſin-
Hoſe.5. gulis annis proſequuntur. Idem, in Hoſe.c.5.ad verba: Et nunc deuorabit eos menſis cum partibus ſuis. Si quis, inquit, eum menſem curioſius inquirat, inueniet in lib.ieiuniorum, & in aliis auctoribus menſem AB, qui noſtro Iulio reſpondet, fuiſſe, in quo multas, & magnas calamitates Iſraëlitæ acceperant. Scribunt enim 9. die menſis AB, iudicium de exploratorum peccato fuiſſe editum, eadem die templum primum & ſecundum itẽ fuiſſe diruturum, eadẽ die aliquot pòſt annis templi ſolũ fuiſſe exaratum. Eodẽ
Lyranꝰ. etiam menſe Samariam fuiſſe captam Salomon Iarhius, atque hunc ſecutus Lyranus, tradunt: vt hic menſis Iſraë-
Gene- litis impiè agentibus fatalis fuiſſe videatur. Sic ille, & Ge-
brardus. nebrardus in Calend.Heb. AB, 9. die eiuſdem menſis ait, celebratur ieiunium quinti, quòd inter cætera, Moſis principatu 9. die Iunij decretum à Deo manauerit, patres noſtros non ingreſſuros terram. Hæc ille Aha propter diem אחה ליום aha leiom. Paucis ſyllabis precãtiũ affectus concludit: propter diem illum adeſto nobis ſubaudi. Propter diem iſtum apud te Deus comparemus. Vide pericula ac libera nos. Hemyſticium inde ſubiungit, quare agenda pœnitentia, quia propè dies horrendus, dies domini, iudicium intelligit, quo impios eſt viſitaturus: etſi alias dies domini ſit dies iudicij futuri. Sicut vaſtitas ob omnipotẽte veniet, omnia vaſtabit, idque propter peccata. A potente veniet. Ne fortuitò quis hæc credat accidere. A potente venit, infertur, cui reſiſti non poſſit שדי Sadai, malim ſem-
Mercerꝰ per eſſe nomen Dei (ait Mercerus hic.) Et Chaldæus am-
ad hunc biguitatis tollendæ cauſa dixit, יהוה שדי Iehouah Sadai.
locum. à Deo omnipotente. ſic ille. *Vaſtitas à potente veniet, &c.* Alludit hic vates ex ſimilitudine dictionem וכשד משדי v-cheſod miſadai. omnis afflictio Deo iudice diſpenſatur. Matth.10. qui poteſt animam & corpus mittere in gehennam, generaliter quidem de die iudicij ſpecialiter verò referri poteſt ad tempus Iudaicæ captiuitatis, quando templũ deſtructum eſt à Chaldæis. Prædicitur autem ventura calamitas, vt cùm aduenerit non caſu accidiſſe videatur. ait hoſtiũ fortitudine, ſed iuſta ira ac comminatione Dei. Vel, vt agẽtò populo pœnitẽtiam, ait: **D.Hieronymus**, nõ

veniat

veniat,quæ ventura eſt,ſi permanſerit in delictis. De tremendo extremi iudicij die aliàs(ſi dominus voluerit) dicturi ſumus fuſius.Ergo emendemus in meliùs, quę ignoranter peccauimus,ne præoccupati die mortis quæramus pœnitentiæ locum, & inuenire non poſſimus. Dum tempus habemus, operemur bonum, donec hodie cognominatur in nobis (vt ſcribit diuus Apoſtolus.) Conuerſi ad Deum,miſericordiam diuinamque clementiam imploremus,vt à ventura ira fugere valeamus. Amen.

Homilia IX.ac huius Enneadis primæ, atque primi capitis poſtrema ſeu vltima.

Nunquid non coram oculis veſtris alimēta perierunt de domo Dei noſtri, lætitia & exultatio? Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo, demolita ſunt horrea,diſſipatæ ſunt apothecæ:quoniam confuſum eſt triticum.Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non eſt paſcua eis: ſed & greges pecorum diſperierūt.Ad te domine clamabo:quia ignis comedit ſpecioſa deſerti,& flamma ſuccendit omnia ligna regionis. Sed & beſtiæ agri quaſi area ſitiens imbrem,ſuſpexerunt ad te: quoniam exiccati ſunt fontes aquarum, & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti.Ioel.c.1.in fine.

Nunc vaſtitatem illam bellicam quam in genere propoſuit, per ſingulas partes deplorat, neque in agris, neque in vrbibus. neque in ſiluis quicquam relictum eſſe, quod ad vitā,hominúmq; vſum eſſet idoneum. Nā quæ in agro fuerant, partim ab

hoſte cõſumpta, partim diſſipata ſunt, vnde nihil colligere, nihil domum aſportare contigerit, neque hanc rem modò, ſed armenta etiam, & paſtionem omnem defeciſſe. Vtitur autem interrogatione ad rẽ certitudine arguẽdam, & ad miſeriæ augendũ dolorem. Nónne, inquit, ante oculos noſtros? &c. Ad miſeriarum cumulum accedit, ſuæ calamitatis quemque fuiſſe ſpectatorem. Sicut Iſai.1. *Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant.* Deplorat ergo (ait Arias hoc loco) quòd perierint alimenta de domo Dei, lætitia & exultatio. Nam ſolemne illis & legitimũ fuit, dum ſuam regionem tenerent, vt ſingulis annis, poſt nouarum frugum collectionem, ciuitatem ſanctam & templum cum nouis frugibus lætitiæ gratulationisq; cauſa inuiſerent, ibique feſtos agerent dies, diuinam benignitatem celebrantes, cuius beneficio fœlix ſecurúſque annus ſibi contigiſſet. Ex quo autem hoſtis regionẽ occupauit, nõ ſolùm lętitię, ſed victus etiã vſu caruerunt: Neq; enim quod ad templũ, ſed neq; quod domum deferrent, habuerunt: quidquid enim in regione vtile fuerat, & ad vſum idoneum, hoſtis ipſe comedit: ſiquid ſupererat, nulli vſui eſſe potuit: Nã aut pedibus conculcatũ, aut igni aut nocendi alacritate vaſtatum funditus periit. Ergo alimenta perierunt, quæ ad victum neceſſaria fuerant, & quæ ad lętitiam & feſtorum celebritatem, etiam perierũt. Hucuſque Arias. Lætitia & exultatio de domo Dei noſtri. R. Dauid Kimhi, ſic interprete Mercero, Adducebant, inquit, oblationes iuxta ſtatutum meſſis, & lætabantur ibi, in æde Dei ſcilicet. Magna ſiquidem erat lætitia meſſis, quemadmodum dicit, *Sicut qui lætantur in meſſe*, Iſai.c.9. Succiſum eſt gaudium (ait Aben Ezra, interprete Mercero) propter vinum quod Deum & homines exhilarat, Iudic. 9. Potes autem in vniuerſum, ad omnia ſacrificia referre, quæ deficiente annona (vnde fiebat minha, quod ſacrificiis, vt dictũ eſt, adhibebatur) ceſſatura ſint: ergo intelligamus de vtroque & minha & libamine, hoc eſt de omnibus ſacrificiis quibus hæc adhibebantur. Sic Mercerus ad præſentem locum. Vt autem ad hanc tempeſtatem conuertatur ſermo, nónne & nos hoc calamitoſo tẽpore lugere debemus, quãdoquidẽ bona Eccleſiaſticorũ rapta ſunt, vnde alerẽtur pauperes? & tot exactiones ſufferunt Eccleſiaſticæ perſonę in beneficiis ac reditib. ſuis, vt multę (cũ non ſint ſoluẽdo) deſerãtur parœcię, & Dei cult⁹ intermittatur, oĩa ferè

Iſai.1.ca.

Arias hoc loco.

R. Dauid Kimhi interprete Mercero.

Iſa.9.ca.

R. Aben Ezra, Mercero interprete.

Iudicum 9.

ferè bona Eccleſiaſticorũ ſacrilegio ablata ſunt. Defleri iã hoc poteſt, emẽdari in miſera noſtra Gallia vix põt. *Exurge Domine, iudica cauſam tuam.* Ad ſequentia pergamus.

Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo, &c. Quia propter terræ ſterilitatem, non habebantur ſtramenta ad ſufficiendum eis. Senſus itaque huius loci erit, computreſcere ſub ſcopaturis ſuis, (*Balieures* vernaculè dicimus) id eſt, ſordibus, iumenta. Recentiores Hebræi, inquit hîc Mercerus, Putruerunt grana ſub terra diſperſa ſub glebis ſuis: vt non ſolùm iam adultæ fruges ſint vaſtatæ, ſed & ſub terra ſementis putruerit, ita vt in germen adoleſcere non potuerit. Si quid forſan comedentibus hoſtibus (ait Arias Montanus) imò deuorantibus ſuperfuit, diſperſum, pedibus conculcatum & protritum in ipſis illis locis intempeſtiuè & temerè iacebat, ita vt putreſceret potiùs, quàm herbam aut quid ſimile ex ſe produceret. Neque verò commodius aliquid domi, aut in ipſis vrbibus & oppidis inueniri poſſit, quo vitæ tuendæ ſpes alatur, vbi non modò triticum aut hordeum, ſed neque aut horrea, aut granaria vlla ſunt relicta; omnia enim in communi illa vaſtitate, & ruina perierunt. Apotheca hoc in loco, idem cum granario eſt, vel apothecæ, id eſt, cellaria, ait Remigius ad hunc locum, quia defuit vinum & triticum quæ reponerentur in eis. Hîc animaduerte ex Ruperto poſt Diuum Gregorium, quod iumenta in ſtercore ſuo computreſcere, eſt luxurioſos in fœtore luxuriæ vitam finire. Iumenta enim appellantur illi, propter luxuriem & ingluuiem ventris, iuxta quod Pſalmiſta ait, Pſalm. 48. *Homo cùm in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* In ſtercore ſuo, ait: Siquidem, Eccli. 9. *Mulier fornicaria, quaſi ſtercus in via, conculcabitur.* Pſalm. 31. *Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.* Verùm ſequentia videamus. *Quid ingemuit animal?* alij legunt: Quàm ingemuit pecus? enunciatiuè, potiuſquàm interrogatiuè, quaſi dicat. Valdè ingemiſcit. Hinc partitione genus explicat. Greges armenti, ait, ſeu boum armenta, quia pabulo careant, & ouium greges perditi ſunt, qui multis locis pabula inueniunt, quò maiora animantia penetrare non poſſunt. Vides quàm appoſitè rem prius genere, deinde ſpecie tractat. Duo enim animantium, ex quibus vſum homines percipiunt, genera ſunt; alterum Latinè armentum, pecus alterum dicitur. Hæc

Mercer.

Arias Mõtan.

D. Gregorius Pap.

Rupert. & Remigius in Ioëlem.

Pſal. 48.

Eccli. 9.

Pſal. 31.

vbi

vbi humana cura & diligentia deſtituta ſunt, nulli rei magis quàm balatibus & mugitibus vacant, quo & ſuam ſolitudinem indicánt, & vitam feris produnt. Eſſe autem
Arias in (ait Arias) hoc proprium his animantibus, vt vocibus tan-
Ioëlē c.1. tùm dolorem ſuum & miſeriam indicent, ex illo etiam
Iona 3.c. *apud Ionam cap.3. arguitur: Homines*, inquit, *& iumenta, & boues, & pecora, non guſtent quicquam, neque paſcantur, & aquam non bibant, & iumenta clament ad Dominum in fortitudine, &c.* Solitudini ergo & deſertioni teſtimonium dant animalium voces, armentorum videlicet mugitus, & pecorum balatus. Quamobrem ait: quid ingemuit animal? Quid, inquit, lamentabiles hæ animantium voces, niſi miſeram ſolitudinem ſignificant? Armenta mugierunt, quià non paſcua eis, &c. Namque hoc genus vberiori pabulò & maiori gramine indiget, tum ob maiorem corporis molem, tum quòd humi ſerpentes & breuiores herbas ob labrorum craſſitudinem minùs commodè depaſcitur. Mutare ergo identidem paſtiones amat, quæ res opportuna paſtoris cura indiget. Iam ex hoc loco lamentatio creſcit. nam quò te cumque vertas, omnia vaſta, omnia deſerta ſunt; neque hominibus; neque iumentis vlla eſt commoditas relicta: vnum enim ſupereſſe potuit maioribus armentis refugium, & capris etiam, ſi ſiluæ & nemora, quibus ſeſe aliquo modo tuerentur & alerent, relictæ forent. ſed heu! nihil omnino horum eſt: Namque hoſtis populabundus neque filius etiam pepercit, ſed omnia incendio flammiſque vaſtauit. Quid ergo ſupereſt, niſi diuinum auxilium implorare, ac ipſum Deum tam duri ſpectaculi commemoratione ad miſericordiam prouocare? Sic Arias. Dicens verò, pabulum deeſſe iumentis; ſatis oſtendit maximam, annonæ, rerúmque neceſ-
3.Reg.18 ſariarum penuriam; ſicut tempore Achab 3. Reg.18. tanta inualuerat fames, vt ille diceret ad Abdiam: Si fortè poſſumus inuenire herbam, & ſaluare equos & mulos, & non penitus iumenta intereant. Et quoniam Deus adiutor eſt in neceſſitate, opem diuinam ſacer vates ex toto corde implorat, dicens; *Ad te Domine clamabo, &c.* Hoc pacto
2.Paral. 20.c. Ioſaphat rex pius dixiſſe fertur, 2. Paral. 20. *Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolùm habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te.* Ideóque in tantis ærumnis dicit Propheta: *Ad te Domine clamabo, &c.* Ad te, inquam qui te addita etiam promiſſione inuocari iuſſiſti, Inuoca me in die

in die tribulationis,& apud Ioannem, Quidquid rogaueritis patrem in nomine meo,dabit vobis. Ad te, qui neminem excludis. Quinimò ad te omnes compellas, dicens, *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat*, Ioan.7. & Matth.11. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Eum qui venit ad me non eijciam foras*, Ioann. 6. Ad te, te, inquam, Domine (hîc enim Emphaſis eſt) qui nobis benignus pater es, ſeruaréque & ſolus potes & vis, qui certè in tribulatione omni humano deficiente auxilio, noſti quomodo ſuccurrere valeas, ſubéſtque tibi cùm volueris, poſſe: vt diuina loquitur ſcriptura. Ad te, denique, quia non eſt ſeruator præter te: In deſperatis rebus vnum quò confugiamus diuinum ſupereſt auxilium. Q. diceret diuinus vates: Non poſſum non dolere populi interitum. Populi mei vicem doleo. Pro illo ad te Domine clamo. Sic Samuel, Abſit à me, vt ceſſem orare pro vobis, ſic Sanctus ex matris vtero vates: Recordare, ait ad Deum, quod ſteterim coram te, vt loquerer pro eis bonum.

Ioã.7.& Matth. 11.cap. Ioã. 6.c.

Ignis comedit ſpecioſa deſerti,&c. Ad locuſtas hæc referre potes: quarum vaſtitatem igni deuoranti & flammæ ſuccendenti, ac omnia depopulanti comparat, cui reſiſti non poteſt. Alij hoc tropo pictam belli imaginem volunt, quo pereant omnia pacis ornamenta. Specioſa deſerti, paſcua intelligit. Ligna autem regionis, arbores. Nam lignum arborem etiam virentem dixit: vt Pſal.1. *Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Hinc lignum vitæ, pro arbore in ſacra Geneſi.

Pſal.1.

Sed & beſtiæ agri ſuſpexerunt ad te, &c. quaſi dicat. Non ſolùm ego ad te clamo, ſed & beſtiæ campi, feræ, quæ in campis verſantur, & ſi rationis expertes, ſuam ſentientes calamitatem ad te clamant. Sic in Pſalmo, Pulli coruorum inuocare Dominum introducuntur: quamquam ſine mente ſint, & ſine Dei notitia, quia tamen ad Dominum clamare palàm pronunciat ſcriptura, apertum eſt Deum clamore eorum affici, id quod eò pertinet, vt ad fidem excitemur. Si enim beſtiarum clamore Deum moueri teſtatur ſcriptura, cur noſtros eum gemitus ſpernere ſtatueremus? qui & eius mentem videmus erga nos benè affectam, & non erimus ad gratiarum actionem muti: qua vt cultu præſtantiſſimo imprimis oblectatur, dicente eodem

eodem per Pſalmographum : *Sacrificium laudis honorificabit me*, Pſalm.49. Ad te clamant, ſeu, clamat vnaquæque ex beſtiis. Hebraiſmus, תערוג taarug ſingulare, à radice, ערג aarag, clamare more ceruorum: ſignificat etiam deſiderare vt hîc, vbi eſt ſingulare pro plurali. Notatione haud indignum cenſeo, quòd, ערג aarag, proprium eſt ceruorum, vt obſeruat. R. Selomo Iarhi, vociferantium præ ſiti, ac vocem edentium, vt indicat initium, Pſalm.42. ex Hebræorum ſupputatione: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, &c.* Sic rugire eſt leonum, mugire vitulorum, & hinnire equorum ac garrire auium, & denique latrare canum. Hoc verſu 20. תערוג taarug (ſub.) vnaquæque, & ſignificat clamorem ob ſitim: ad alias etiam animantes transfertur. Sic rudere eſt aſinorum, atque ita de ſimilibus. Latini & Græci verbum ceruorum peculiare non habent, hinc generali vti cogimur. 70. ἀνέβλεψαν, ſic Diuus Hieronymus ſuſpexerunt: ſed addit, quaſi area imbrem ſitiens: quod quidem ad ſignificationem nominis ערוגה aarugah refert, quod ſignificat iuxta Hebræos, ſulcum qui in hortis fit ad ſpargēdam ſementem, ſeu lineam quam faciunt, qui hortum ſerunt, & Diuus Hieronymus Cantic.5. & Ezech. 17. aream vel areolam reddit. Olitores noſtri appellant *quarreaux ou planches ou paillots*, pro locorum varietate: qui vbi facti ſunt & aptati ac conſiti, nihil quàm imbrem expectant. Propterea (annotat hoc loco Mercerus) reddidit Hieronym. Sed & beſtiæ agri quaſi area imbrem ſitiens, ad te ſuſpexerunt. Hæc autem narrat, quaſi iam accidiſſent, vt & ſuprà dictum eſt, more Prophetico. Quoniam, inquit diuinus Vates, exiccati ſunt fontes aquarum ſiue aluei, quaſi dicat. Etiam aluei, in quibus aquæ ſummo impetu fluere ſolent, ipſæ foſſæ ſeu aluei aquarum, vnde beſtiæ ſitim ſedant, res inaudita. Tantus eſt ſqualor, deſiccati ſunt, vnde quod bibant non habent. Et ignis, id eſt, incredibilis ſqualor vel etiam ſiccitas deuorant ſpecioſa deſerti, id eſt, paſcua, vnde non habent beſtiæ quod edant. Itaque cibo potuque carent. R. Dauid Kimhi interprete Mercero, ſic exponit, quòd locuſta erit illis annis, ac penuria pluuiarum. Tamen beſtiæ campi, quæ procul eunt huc illuc, inueniunt paſcuum in locis virentibus, modicum hîc, modicum illic; at non inueniunt aquam vt bibant.

Pſal.49. — *R. Selomo Iarhi* — *Pſal.42.* — *70. interpretes.* — *D. Hieronymus* — *Mercer⁹ in 1. Ioël.* — *R. Dauid Kimhi interprete Mercero.*

Penuria namque pluuiarum deſiccata ſunt flumina, &

riui

riui aquarum: Et quanquam indigent cibo, magis potu indigent. Loca herbida, quæ erant in diſerto, aruerunt, perinde ac ſi ignis voraſſet ea. Sic ille. Terra aliàs ad Dominum clamare dicitur, quum eſt ſicca. *Et* Pſalm.103. *Omnia nempe animalia, à te expectant, vt des illis eſcam in tempore. Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.* Sicque indicant ſe opus habere prouidentia diuina, quum non ſit in illis orandi ſpiritus. *Pſal. 103*

Aduerte quòd dicens propheta: *Ad te domine clamabo:* Significat in neceſſitatibus ad Deum clamandum. Hinc Regius Pſaltes: *Clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos.* Pſal.119. *Ad dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Sic mulier Chananæa clamabat ad Dominum, *Matth.15.* & leproſi leuauerunt vocem ſuam, miſericordiam implorantes, *Luc.17.* & exaudiuntur. *Pſal.119.* *Matt.15.* *Luc.17.*

Non eſt oblitus clamorem pauperum, Pſalm. 9. & Rom. 8. *In quo clamamus abba, pater.* Exod.2. & 3.cap. *Aſcendit clamor filiorum Iſraël ad Deum, ab operibus. vnde ait Dominus ad Moſem: Vidi afflictionem populi mei, & clamorem eius audiui propter duritiam eorum, qui præſunt operibus, & deſcendi vt liberem eum. Et Exodi cap. 14. Cùm inſtarent, Ægyptij ad littus maris, clamauerunt Iſraëlitæ ad Dominum. Dixit autem Dominus Moyſi. Quid clamas ad me?* Iſai.cap.58. *Inuocabis & Dominus exaudiet: Clamabis, & dicet: Ecce adſum. Si abſtuleris de medio tui catenam, &c.* Si deſieris peccare. At dices; Quid clamore opus eſt ad Deum? *Ipſe enim*, vt ait Dauid rex ac propheta Pſal.43. *Nouit abſcondita cordis. & Chriſtus,* Matth.6. *Scit enim pater veſter quia his omnibus indigetis.* Reſpondeo, vt deuotio interior accendatur, magiſque per vocales preces ad clamorem inflammetur, id fieri. Dum enim exufflatur carbo, amplius accenditur. Quod autem facit flatus carboni, hoc efficit pronuntiatio, ac clamor deuotioni interiori. Tria verò ſunt, quæ clamare faciunt. Neceſſitas, charitas, & pœnalitas, vt concione de Chananæa in Decadibus noſtris ſacris tractauimus. Clamant ſiquidē pauperes famelici, & qui torquentur, nec nō parturientes. Ibi dolores vt parturientis, ait Pſalmiſta. Ex charitate materna clamabat ad Chriſtū pro ſua filia, mulier Chananæa. Et qui pœnas luunt, ingētes clamores ob cruciatus edunt. O Domine, inquit Ioël, ad te clamabo. Non faciā vt animales, qui non clamant niſi cùm ventri quippiā defuerit. Si verò non fuerint ſaturati, murmurabunt, inquit. *Pſal.9.* *Rom.8.* *Exod.2.* *& 3. & 14.* *Iſa.58.* *Pſal.43.* *Matt.6.*

Pſalmo

Pſalmographus, alioqui Deum & ſalutem ſuam obliuiſcuntur. Sed ego ad te clamabo, ad te, inquam, non contra te: vt qui blaſphemant Deum in aduerſis, quod eſt ſignum reprobationis. 2. *Par.* 28. *Achaz tempore anguſtiæ ſuæ, auxit contemptum ſuum in Dominum*, Ad te clamabo, non deſpondens animum, non abiiciens ſpem in te meam. Fateor quidem quod quicquid facis iuſtum eſt. *Iob.* 13. *etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo.* Quamuis omnia videantur deplorata, veruntamen ad te, Domine, clamabo, qui ſuccurris in neceſſitate, & nullum reſpuis. Refert ex Ioſopho Euſebius hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 5. quòd Egreſſus Philo legatus Iudæorum à Caio Imp. cum iniuria repulſus, ait ad Iudæos, qui adſtabant: Bono animo nos eſſe oportet, quibus iratus eſt Caius, quia neceſſe eſt adeſſe diuinum, vbi humanum ceſſat auxilium. Hęc quidem Ioſephus Iudæorum hiſtoriographus. Ergo in extrema neceſſitate, ad te domine clamabo. Ego, imò populus tuus per me: ait hoc loco Remigius Altiſſiodorenſis Epiſcopus, quia ignis comedit ſpecioſa deſerti, florentia pratorũ, planiciẽ camporum, viriditatem & frondoſitatem arborum, & loca variis herbarum floribus reſperſa. Sicut ignis & flamma omnia per quæ tranſeunt deuorant, ſic aduenientibus Chaldæis vel Romanis qui deſignantur per Locuſtam & Bruchũ & Erucam ac Rubiginem, omnia bona illius terræ vaſtata ſunt. Sed & beſtiæ agri quaſi area ſitiens imbrem, ſubaudi ſic, ſuſpexerunt ad te, quoniam exiccati ſunt fontes aquarum, & exhauſti ſunt à multitudine locuſtarum, imò Chaldæorum & Romanorum. Et ignis deuorauit ſpecioſa deſerti, id eſt, vaſtatio locuſtarum ferè conculcauit omnem paſcuam agri: & eſt ſenſus: ſicut area ſitit & deſiderat impleri: ſic omnes illæ beſtiæ attritæ fame & ſiti, pabuli & aquæ inopia clamabunt ad Dominum. Sic Remigius.

2. Par. 28. — *Iob 13.* — *Euſebius hiſt. Eccle. lib. 2. cap. 5. ex Ioſepho.* — *Remigiꝰ Altiſſiodor. Epiſco. in 1. Ioël.*

Ignis comedit &c. Ignem vocat ventum vrentem, ait hoc loco Lyranus, ſegetes rubiginantem, etiam locuſtam & erucam, quæ ex corroſione ita reddebant vegetabilia arida, ac ſi fuiſſet ibi flamma ignis, vt docet experientia. Sic ille. Vnde mugiunt iumenta in cœlum clamantia. *Hinc Iob, c. 38. Pulli coruorum clamant ad Deum, eo quòd non habeant cibos.* Vel, hoſtes per ignem & gladium omnia deuaſtauerunt: Nam conſentaneum eſt, hoſtilem furorem famem conſequi. Porrò illud, quaſi area ſitiens imbrem,

Lyranus hic. — *Iob 38.*

non eſt

non eſt in Hebræo, vt ſuprà attigimus.

Nunc occaſione horum verborum: *Ad te domine clamabo &c.* De oratione eiúſque fructu ac neceſſitate locus iſte exigit vt breuiter dicamus. Beatus Theodoretus in Religioſa Hiſtoria, in vita Maronis, ordine 16. Medici, inquit, vnicuique morbo exhibent conueniens medicamentum. Sãctorum autem deprecatio, eſt commune omnium morborum remedium. Palladius in Lauſiaca hiſtoria, in vita Abbatis Copre presbyteri, 54. ordine. Narrat, quod cùm ſterilis eſſet quidam ager, & ruſtici qui ipſum poſſidebant, ſeminantes, vix ſemen duplicatum metebant. Vermis enim naſcens in ſpica, totam meſſem corrumpebat. Tunc agricolæ effecti Chriſtiani rogarunt nos, ait Sanctus ille pater, vt oraremus pro meſſe. Dixi autem eis: Si habetis fidem in Deum, vel arena deſerti fructum vobis afferet. Ij autem nihil cunctati, cum hac arena, quæ à nobis calcatur, ſinus impleſſent, attulerunt, rogantes vt benediceremus. Poſtquam autem ſum precatus, vt illis fieret ſecundum ipſorum fidem, ipſi eam cum frumento ſeminarunt in aruis ſuis. Et repentè eorum ager ita multiplicauit fructum, vt omnem ſuperaret Ægyptum. Hactenus Palladius. *Magna vis eſt orationis. Elyas orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. Iac. 5. Multum valet deprecatio iuſti aſſidua. ibidem. Luc. 18. Oportet ſemper orare, & nunquam deficere.* Proponitúrque ibi exemplum iudicis ac viduæ. Subſcribit vas electionis, prioris ad Theſſalonic. cap. 5. ita dicens: *Sine intermiſſione orate. In omnibus gratias agite. Hæc eſt enim voluntas Dei.* Porrò quòd infatigabiliter ſit orandum, docemur & illo beati Daniëlis exemplo, qui exauditus à prima die qua cœpit orare conſequitur ſuæ petitionis effectum poſt viceſimum primum diem. Sic enim cap. 10. ſcribitur dixiſſe angelum: *Ex die primo quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua, & ego veni propter ſermones tuos. Princeps autem regni Perſarum reſiſtit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutoriũ meum.* Vnde & nos non debemus ceſſare ab orationum noſtrarum continuatione, quáuis ſenſerimus nos tardius exaudiri. Nam forſan gratia exauditionis differtur vtiliter diſpenſatione diuina. Atque Angelum certum eſt non poſſe ad nos deferre munus optatum, ſi inuenerit nos ceſſare à proſecutione petitionis

Theodoretus in religioſa hiſt. in vita Maronis 16.

Palladi⁹ hiſtoria i vita Cop presbyteri 54. ordine.

Iac. 5.
Luc. 18.

1. Theſſ. 5.

Daniël cap. 10.

h tionis

Ioā.Caſſ. tionis incœptæ, ait Ioannes Caſſianus, D. Chryſoſtomi
Collat.9. quondam auditor ac diſcipulus, Collatione nona in ordi-
litera Ll. ne, & abbatis Iſaac prima litera Ll. Quod & præfato Prophetæ accidere proculdubio potuiſſet, niſi virtute præcipua continuaſſet ſeu protelaſſet ſuam orationem vſque ad viceſimum primum diem. Sic ibi. *Orante Moſe vincitur*
Exod.17. *Amalech, Exod.17. Orante Samuele vincuntur Philiſtæi, 1.Reg.*
1. Reg.7. *7. in Maſphat.* Orantibus tribus pueris, illi ab igne præſer-
Daniel uantur, *Daniël 3.* Orante latrone, Paradiſus illi repromit-
cap.3. titur, *Luc.23.* Orante Stephano protomartyre, cœlum ape-
Luc.23. ritur, ac pro Saulo exauditur, *Act. 7.* Orante ſancta Suſan-
Act.7. na, à falſis accuſatoribus ipſa liberatur, *Daniël 13.* Chriſtus
Daniel in oratione pernoctauit, *Luc. 6.* Apoſtoli ſancti, cum ſan-
cap.13. ctiſſima Deipara, interea dum promiſſum Spiritum ſan-
Luc.6. ctum expectarent, erant perſeuerantes in orationibus, *Act. 1.* Et nos quoque illorum exemplo inſtantes ac aſſi-
Caſſianꝰ duos eſſe conuenit in orationibus. Caſſianus in collatio-
in collat. nibus patrum, tractans hunc Pſalmiſtæ verſiculum, *Deus*
ſanctorū *in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me fe-*
Patrum. *ſtina, Pſal.69.* ſic ſcribit: Huius verſiculi, oratio in aduerſis
coll.10.in vt eruamur, in proſperis vt ſeruemur, ne extollamur, in-
ordine ceſſabiliter fundenda eſt. Sic ille. *Aures eius in preces eorum,*
abbatis. ait vates regius *Pſal.33.* Per id quod dicitur, diuinas aures
Iſaac 2. in precibus ſemper eſſe iuſtorum, non audientia tantùm
litera K. Dei, ſed quædam quaſi obedientia demonſtratur. Annon
Pſal. 69. meminiſti ſcripturæ dicentis, *Ioſue cap.10. Stetit ſol in medio*
Pſal.33. *cœli, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Iſraël?*
Ioſue ca. Semper enim audit, ſemper exaudit, illicò audita conce-
10. dit. Quàm beati eſſemus, ſi quàm promptam erga nos Dei obedientiam legimus, tam promptè ipſi dominum audire vellemus. Sicuti autem fures cùm arma regia in loco aliquo poſita viderint, non illuc facilè aſcendunt: ita & qui corde orationem coniunxit, non facilè ab intellectualibus latronibus violari poterit. Et qui excutere è ſilice ignem vult, non contentus ſemel percuſſiſſe, iterum atque iterum percutit, donec tandem ſcintillam excutiat: Ita quiſquis dominum precatur, etiam ſi illicò ad votum non exaudiatur, perſeueret tamen: quoniam ſi perſeuerauerit pulſans, voti tandem compos fiet. Diſcamus ergo quàm ſint inſuperabiles vires orationis, quę & fideles confirmat, & peccatorum miſeretur, & flectit ac mouet omnium creatorem, & eos coronat qui ſe ex virtute rectè

gerunt,

gerunt, & eis qui in ea perſeuerant, largitur regnum cœlorum. Hæc in Lauſiaca hiſtoria Palladius in vita cuiuſdam Euſtathij lectoris, ordine, 141. in fine. Quid hic Annæ matris Samuelis? Quid Saræ vxoris Tobiæ orationem referam? Quid item Dauidis regis clamoſas commemorem preces? *Pſal.118 Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine.* Maximum ſanè precantium ſolatium verba illa eſſe debent, *Deut.4. Non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. Et illa: Si mãſeritis in me & verba mea in vobis manſerint, quodcũque volueritis, petetis & fiet vobis. Ioan. 15.* Nam authore Pſalte regio, *Pſal. 144. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos.* Magna ſæpe contentione & perſeuerantia in oratione opus eſt, & more Iacob tota nocte cum Deo luctandum, nec ab hac pia lucta ceſſandum, donec optatam à Deo benedictionis gratiam conſequamur. Denique eiuſdem Patriarchæ verba vſurpare licebit, & ſuppliciter ac fidenter ad Dominum dicere: *Non dimittam te, niſi benedixeris mihi, Geneſ. 32.* Itaque non ſemper ad precationis officium tanquam ad cœleſte epulum ac delicias, ſed tanquam ad luctam & certamen accedendum eſt, in quo & cum Deo magnis clamorum deſideriis, & cum variarum cogitationum diſtractionibus atque mentis euagationibus decertandum eſt. Non ergo abs re ſacer noſter vates dicit: Ad te, Domine, clamabo, non ſimpliciter deprecabor, ſed ad auxeſim ſiue exaggerationem, vt amplificaret, Clamabo, dixit. Cùm populus vitulum fabricauit, Iratus Dominus dixit ad Moſem *Exod. 22. Dimitte me, vt iraſcatur furor meus &c.* Quæ verba maximam viri iuſti laudem, maximámque deuotæ orationis continent commendationem. Quid enim aut potentius, aut glorioſius, quàm omnipotentem tenere, & quodammodo ligare, & ſæuientem illius iram, vi orationis reprimere? Qui enim ait, Dimitte me teneri ſe viri iuſti virtute & oratione confitetur. Et hæc pauca de orationis perſeuerantia ac fructibus, nunc quidem ſufficiant, atque in his verbis, hoc primum caput, primámque Enneadem abſoluere viſum eſt. *Subditus eſto Domino, & ora eum, Pſal. 36. Item Pſal.101. Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit precem eorum.* Et ego peccatorum primus ac maximus ad te Domine clamabo, cùm decẽ leproſis eleuans vocem,

Palladi' in Lauſiaca hiſtoria, vita 141. de Euſtathio quodam lectore.
Pſal.118.
Deut. 4.
Ioan.15.
Pſa.144.
Gen. 32.
Exod. 22.
Pſal. 36.
Pſal.101.

Luc.17. *Luc. 17. Ieſu præceptor miſerere nobis, cum Publicano ſimiliter?*
Luc.18. *Deus propitius eſto mihi peccatori, Luc.18. Item cum pœnitente Dauide: Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericor-*
Pſal. 50. *diam tuam, Pſalm.50. ac denique cum muliere Chananæa, Mi-*
Matt.15. *ſerere mei, Domine fili Dauid. Matt.15. Qui paſſus es pro nobis, miſerere nobis.* AMEN.

ENNEAS II.

HOMILIA X.

Canite tuba in Sion: vlulate in mente ſancto meo, & cõturbentur omnes habitatores terræ. Quia venit dies Domini, quia prope eſt dies tenebrarum & caliginis, & dies nubis & turbinis: quaſi inane expanſum ſuper montes. Populus multus & fortis ſimilis ei non fuit à principio, & poſt eum non erit vſque in annos generationis & generationis. Ante faciem eius ignis vorax, & poſt eum exurens flamma &c.

CAPVT II. IOELIS.

VT hodie populus campanis, ſic in lege tuba vocabatur, præſertim in magnis periculis. Ingens igitur periculum deſignans iubet buccina conuocari populum in Sion, quod frequens eſt in Prophetis. Dicit ergo: Clangite tuba. In incendiis, & ſubito hoſtium incurſu, etiam hodie campanarum pulſu congregantur ciues, quod Gallicè dicimus, *à leffroy ou toqueſaint.* In caſtris etiam militaribus, ſi hoſtes appropinquent, ſolent buccinatores vt Poëtæ verbis vtar.

Virgilius *Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.*
Æneidos Æneidos 6. Item 9. ſimiliter dicitur,
lib. 6. 8. *At tuba terribilem ſonitum procul ære canora*
& 9. at- *Increpuit: ſequitur, clamor cœlúmque remugit.*
que 11. Rurſus Æneidos 11. Idem Poëta ſcribit:

Bello dat ſignum rauca cruentum
Buccina &c. Iterum Lib. 8. Æneid. ſic exorditur:
Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco ſtrepuerunt cornua cantu,
Vtque artes concuſſit equos, vtque impulit arma.
Extemplo turbati animi: &c.

Vernaculè enũciamus, *Sonner à l'arme.* Vt ſubitum ſcilicet ſignificetur periculũ, & ad arma omnes cõcurrãt, vt hoſtiũ
Hiere.4. incursũ remoueant, atq; repellãt. *Hier.4. Canite tuba in terra, clamate fortiter &c.* Plangite & vlulate, *accingite vos ciliciis, non eſt auerſa ira furoris Domini à vobis.* Prędicítque ibi captiui

captiuitatem Babylonicam. Meminiſſe autem ad hæc rem oportuerit, ait Arias Montanus hoc loco inſtituti illius, quod quinquageſimo quoq; anno publicè ex morte atque ex veteri religionis diſciplina obſeruabatur, cùm omnium prædiorum & hæreditatum reſtitutio, cùm vnicuique ad propria redit⁹ erat. Prima illa quinquageſimi anni dies Iobel ſiue Iubilæ⁹ vocabatur, quã arietini cornu ſon⁹ magna cùm põpa & ceremonia nũtiabat. Erat autẽ illotẽpore magna rerũ mutatio, cùm emptores emptis poſſeſſionibus cederent. Venditores verò recuperatione legis in integrũ reſtituerẽtur. Nunc verò ſimili apparatu & ceremonia diem dici Vates iubet, qua Iudæis patria natiuóque ſolo cedendum ſit, & terra ipſa proprio Domino, Deo inquam, liberè reſtituenda, & relinquenda, quã malo dolo & ſumma fraude cultores iam tenebãt, ex quo officiũ facere ſuum deſtiterunt. Ergo vt olim Iubilæi anno cornu ſonabatur, quo vnuſquiſque alienis poſſeſſionibus ſibi cedendum intelligeret, at dominis ipſis reſtitutio nuntiaretur: ſic nunc cornu ſonari, & vlulatu maximo diem quemdam expectari Vates iubet, qua Iudæi omnes malè retẽtis poſſeſſionibus deturbandi eſſent: & in captiuitatem abducẽdi: Dominus verò ipſe in integrum reſtituẽdus. Sonus ergo tubæ atque iubilæi. Domino ius ſuum, terrę verò incolis deiectionem parari denunciabat. Quamobrem vlulare & ſuam calamitatem lugere iubẽtur: Hæc Arias. De iubilæo habes *Leuit. 25. Clanges buccina menſe ſeptimo, decima die menſis ſanctificabiſque annũ quinquageſimũ, ipſe eſt enim Iubilæus, reuertetur homo ad poſſeſſionẽ ſuã, qua Iubilæ⁹ & quiquageſim⁹ ann⁹, &c.*

Arias Montanus hoc loco.

Leuit. 25.

Canite tuba in Sion. Hebraicè cornu pro tuba eſt, vt ad id quod de Iubilæo diximus, res videatur eſſe relata. Nam habetur in textu Heb. שופר Sophar, buccina tuba cornea. Sed paulò fuſiùs de clangore buccinæ ſeu tubę agamus. In mõte Syna dum lex ferretur, audiebatur tubarum ſonitus. Ad mouenda caſtra, tuba perſonabat. *Nu. 10. c.* Fac tibi duas tubas argenteas, *quibus conuocare poſſis multitudinem, quãdo mouenda ſunt caſtra.* Tubę itẽ ſonitu per ſacerdotes conuocari ſolitus erat populus, quando congregandus erat ad tabernaculũ ex 4. partibus mũdi, in quibus erãt caſtrametati. Prętere a *Nu. 10. habetur: Si exieritis ad bellũ, clãgetis vlulantib⁹ tubis, & erit recordatio veſtri corã Domino, vt eruamini ab hoſtib⁹* & rurſus. *Si habebitis dies feſtos & calẽdas canetis tubis.* Vnde Pſaltes regi⁹: *Buccinate in Neomenia tuba, in inſigni* *Pſal. 80.*

Numer. 10. cap.

die ſolẽnitatis veſtræ. Pſalm.80. Talis ergo apud Iudæos erat tubarum vſus. Terret inimicos tuba, animat verò milites àduerſus hoſtes. Prophetæ tubæ clangorem ad terrorem & metum impiorum vſurpant, *Iſai. 58. Quaſi tuba exalta vocem tuam.* Tuba etiam futuri ſymbolum eſt iudicij, 1. *Theſſ.4. Dominus in tuba deſcendet de cœlo & c. 1. Cor. 15. Veniet in nouiſſima tuba. Canet enim tuba & c. & Matth.24. Mittet Dominus Angelos ſuos cum tuba.* Cui conſonat, quod Sibylla cecinit referente Lactantio, lib.7. cap.16. quod in ſequentia ſeu proſa pro defunctis concinit ſancta mater Eccleſia: Sibylla quidem ſic,

Iſa.58. 1. Theſſ.5 1. Co.15. Mat.24. Lactantius li. 7. cap.16. Sequentia pro defūctis.

σάλπιγξ οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει,

id eſt, *Tuba de cœlo vocem luctuoſam emittet.* Itaque trepidabunt omnes, & ad luctuoſum illius ſonitum contremiſcent. Hæc apud Lactantium. In proſa verò ſic dicitur: *Tuba mirum ſparget ſonum, Per ſepulchra regionum, coget omnes ante thronum.* Affine eſt illud quod inter Diui Hieronymi opera, tom.4. in regula Monacharum c.30. refertur: Semper, ait, tuba illa terribilis veſtris perſtrepat auribus: *Surgite mortui, venite ad iudicium,* de qua Amos 3. *Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expaueſcet?* Memorabile eſt quod D. Damaſcenus in hiſtoria Barlaam cap.6. ita refert. Mos, inquit, erat regi cuidam, vt cùm aliquem morte multaret, præconem cum tuba (quæ ideò mortis dicebatur) ad ipſius fores mitteret, atque ex tubæ illius clangore, omnes ei moriendum eſſe intelligebant. Verùm hac de re ſatis in decadibus noſtris ſacris concione de iudicio finali, egiſſe memini. Hæc autem non extra propoſitum adducta ſunt, quādoquidem ſtatim ſubiicit vates noſter: *Prope eſt Dies Domini,* ideóque tubæ mentionem præmiſerat, vt ſupremi iudicij memoriam nobis ſuggereret, ſub deſcriptione prioris illius Iudææ, Solymorum & Templi vaſtationis, quæ Aſſyriorū armis & ignibus edita fuit, vt & nos excidij mundi, & ignis conflagrationis iudicium præcedentis, ac ipſius denique ſupremæ diei memores iugiter eſſemus. Dicit ergo: Canite tubā in Syon, vlulate &c. quod ſic Remigius interpretatur: O tu propheta Ioël & ſocij tui canite, hoc eſt, publicè & manifeſtè prædicate aduentum Nabuchodonoſor, ſiue Romanorum, & magnam vocem emittite, ſicut tuba ſolet ſonare. Sic ille. Sed antequam huic negotio finem imponamus, ex Plutarcho, tō.3. opuſculorum, De muſica libello, circa medium, pauca

D. Hieronymus to.4. ī regula Monacharū c. 30. Amos c. 3. D. Damaſcen⁹ in hiſtoria Barlaā, c.6. Remigi⁹ Altiſſ. Epiſcopus Ioël. 2.c. Plut. to. 3. Opuſc. de Muſica circa medium.

quæ

quædam proponemus : ait autem. Lacedæmones, tibiis canentibus,inſtructa ornatáque acie,cum hoſte conſertu-ri manus,promouebātur : Deinde , Ætate noſtra pergunt etiam nunc vti tubis. Hæc ille Tibiam vocat inſtrumentum muſicum foraminoſum , Gallicè *Fiffre ou flutte*, nominare ſolemus.Vegetius de re militari,lib.2. cap.22. Tubicines,inquit,ad bellū vocant milites,& rurſum receptui canentes reuocant. Sed præſtat vas electionis Paulum de tuba dicentem audire. Sic enim ille in priore ad Corinthios c.14.*ſcripſit: Si incertam vocem det tuba , quis parabit ſe ad bellum? Ita & vos per linguam, niſi manifeſtum ſermonem dederitis,quomodo ſcietur id quod dicitur?* Quorum verborū hic ſenſus eſt.Quod in tuba eſt bellica ſignificatio, hoc in linguarum dono eſt interpretatio. Quemadmodum igitur tuba,niſi bellicum quiddam inſonuerit, milites ad arma non excitat:eodem modo qui linguarum dono eſt ornatus,nullam auditoribus vtilitatem attulerit , niſi interpretationem quoque adiunxerit. Niſi enim qui adſunt intelligant, fruſtrà in aërem verba funduntur. Sequitur in textu. *Vegeti⁹, lib.2. ca. 22.* *1.Cor. 14.c.*

Vlulate in monte ſancto meo. Mons Sion idem mons ſanctus Dei dicitur. Eſt autem repetitio quæ rem expolitione declarat, ait Arias hoc loco. Namque Siona montem ſanctum ſuum propterea Deus appellat , quòd rem ſuam malo dolo ab aliis retentam repetere adornet.Montem ſanctum meum à vobis iamdiu prophanatum,& multis pollutum ſceleribus. Vlulate ergo , vt qui malè retentis poſſeſſionibus citiſſimè eſtis deturbandi, *Matth.21. auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur Genti &c.* Hactenus Arias. Sion arx regia erat , *Pſalmus 2. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius.* Ob ſanctum regem Chriſtum dictus eſt mons ſanctus , ſicut & Thabor, ob Chriſti regis gloriæ glorioſam Transfigurationem vocauit Apoſtolorum coryphæus,2.*Pet.1.in montem ſanctum. Hanc vocem,inquiens : Hic eſt filius meus , &c. Audiuimus de cœlo allatam cùm eſſemus cum ipſo in monte ſancto*. Sic etiam,*Matth.4. & 27. Hieruſalem ſancta ciuitas vocatur : propter Templum ibidem conſtructum, ad Dei ſancti honorem & cultum*. Subditur ratio metus & luctus.*Quia venit dies Domini,quia prope eſt dies tenebrarū & caliginis*.Diem Domini aduentare ait,quo res ſuas repetat. Aduētare autē hoc eſt , propè iam eſſe, vt *Arias Mōtan⁹ hic.* *Mat. 21.* *Pſal.2.* *2.Pet. 1.* *Matt.4. & 27.*

magis ab auditoribus timeatur. Cùm reus percipit diem, quo iudicandus eſt, proximum, totus horreſcit, etiam ſi aliquando audax proteruúſque extiterit. Quanto magis nos timere maximum diem illum triſti obductum caligine debemus, qui coram Deo toti rei exiſtimus? Benè
*Pſal.*118. ergo *Pſalmus* 118. *Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui &c.* Præueniendus igitur erat dies ille pœnitentia, & aliis bonis operibus. Dies Domini eſt tempus quo viſitat peccatores. Vocatur dies Domini, quia vltio
*Deut.*32 eſt Domini, *Deut.* 32. *mea eſt vltio. Dies Domini dicitur,*
Amos 3. Tempus peſtilentiæ, gladij ſeu belli, & famis, *quia Amos* 3. *non eſt malum (ſub.) vltionis ſeu pœnæ, in ciuitate, quod nõ*
*Luc.*19. *fecerit Dominus. Item Luc.* 19. *non cognouiſti tempus viſitationis tuæ,* extenditur etiam dies Domini, ad futuri iudicij ſupremum diem, vt ſuprà attigimus. Dies domini pulchra antitheſi vocatur. Mundus ſuum diem habet, verbũ Dei non curans, quum Deus ſecuris pœnitentiæ tempus concedit, & verbo ſuo reuocat in viam. Mundus peccatis indulgens iram ſibi cumulat. At creſcente malitia fit cõmutatio: præterit dies mundi, venit dies Domini magnus & horribilis. quo Dominus, qui aliquandiu conniuebat, iram ſuam graſſari ſinit, ſe Deum oſtendens, qui nolit iniquitatem. Piorum eſt, non eſſe cum mundo ſecuros, in timore Dei viuere, ſibi perſuadere futurum diem Domini, quo viſitentur impij. Hoc facientes, aut morte eximẽtur futuris calamitatibus, vt de Ioſia dicit ſcriptura, aut in calamitate tegentur & conſolabuntur, vt Daniel inter Ba-
*Ioan.*7. bylonios. Benè in eam rem ac appoſitè dicit Chriſtus, *Ioã.* 7. *Tempus meum nondum aduenit: Tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum &c.* Obſerua autem: quòd hunc diem
*Mercer⁹ ad hunc locum Ioël.*2. prope eſſe dicit, hinc colligo, aut Mercerus, fuiſſe Ioëlem poſt Iſaiam, Hoſeam, & alios qui de captiuitate Babylonica ſunt vaticinati: vnde & chronica Hebræorum eum ſub Manaſſe ponunt. Sic ille.

Dies tenebrarum. Luce fœlicitatem, tenebris calamitates intelligimus. Q. d. Impendet grauiſſimum diſcrimen, & ira Domini. Tenebrarum nomine omnia triſtia & calamitoſa intelligit ſcriptura. Tenebræ & caligo, horrorem & mœſtitiam atque timorem hominum animis incutiunt, etiam tẽpore ſi veniant, hoc eſt, noctu, nedũ ſi die veniant. Ea maxima turbatio eſt: neque enim per denſiſſimas tenebras ſaltẽ effugiendi periculi vlla aut ratio, aut

via

via oſtenditur. Quo tempore Iudæi in captiuitate perdurarunt,per 70. nempe annos, nox illis fuit mœſtiſſima & obſcuriſſima:quãdiu autem hoſtilem impetum ſuſtinuerunt,dies quidẽ(adhuc enim in ſuis ſedibus morabantur) caliginoſa tamen & acerbiſſima dies nihilo nocte leuior acta eſt,ait ad hunc locũ Arias Montanus.Congruit phraſis ſcripturæ libri Eſther c.8.*Iudæis noua lux oriri viſa eſt, gaudiũ honor,& tripudiũ*,Aman ſcilicet ſuſpenſo, iurato ac capitali Iudęorũ hoſte, ac exaltato Mardochæo,& reuocato tyrãnico aduerſus Iudęos ex Aman machinatione edicto. Quod autem ſubditur:*Quaſi mane expanſum ſuper montes.* Sic prænominatus Arias exponit: Hebraicè, quaſi Sahhar expanſum habetur, שחר. Hoc nomen inquit, ex obſcuritate deductum eſt:éſtque illud tempus quod antelucanum Latini nominant,idque ſub Auroræ aſcenſum eſt.Nã mane iam aduentante,montéſque ſummos occupante(Siquidem montes primi lucem accipiunt, poſtremi amittunt) tenebræ fugientes, denſari magis & cogi in vallibus humilioribuſq; locis videntur,& maiori etiã, quàm per totã noctem caligine hominum oculos interturbant. Similem autem huic caliginem toto die illo Domini perſeueraturam Vates dicit,quæ non tam oculos quàm animos perturbet, & inuoluat.Sic ille שחר ſahhar, exponitur Aurora,Lucifer, mane. Q. d. Vt ſeſe Aurora ſuper montes diffundit,repẽte ſcilicet, ſic & hic populus Aſſyriorũ nimirũ, aut certè Romanorũ, in prima & ſecũda Templi deuaſtatione repentè conſurget,inuadet, ac obſidebit.Sequitur enim:Populus multus & fortis:Potes & ad diem referre. Aderit hic dies non ſecus ac Aurora ſuper montes expanſa, quaſi dicat: ſubitò & ex improuiſo impios opprimet hic dies Domini,ſecuros alioqui,& nihil tale opinantes: atq; ita aderit,vt omnia inuoluat,vel dies vel populus locuſtarũ,& occupet,more Auroræ, quæ momento omnes orbis partes illuſtrat & peruadit. D.Hieronymus ibi ſic cõmentatur.Sicut mane & diluculum ſubitò tenebras fugat, & cunctos montes Aurora colluſtrat:ita hoſtium ſuper omnem terram veſtram fundetur exercitus.ſic ille.More Auroræ hunc populum ſubitò omnia impleturum & occupaturum dicit:Significantiſſima,licet inuſitata figura. Quẽadmodum Aurora ſeſe expandit ſuper mõtes, ſic dies Domini futurus eſt.Hac pereleganti ſimilitudine (cui alludere Chriſtus videtur:Mat.24.dum diem Aduentus ſui ful-

Arias Mõtan⁹, hoc loco.
Eſther 8.
D. Hieronym⁹, Ioël 2.
Mat.24.

guri cōparat, dicēs: *Sicut fulgur exit ab oriēte, & paret vſq; in occidētē: ita erit & aduētus filij hominis.*) Vatés oſtēdit huius belli Babylonici neceſſitatē ineuitabilē, & celeritatē incredibilem. (Nā quis neſcit quā repētīnus ſit ſuper montana Auroræ exortus? Et quis Aurorā prohibere pōt, quin mōtiū cacumina ſubitò attingat? *Popul⁹ multus & fortis.* Aſſyriorū exercitus deſcribit, qui copia & fortitudine cū nullo alio vnquā cōparādi fuerūt, de quib. apud Abacuc c.1. *Ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gētē amarā & velocē, ambulantē ſuper latitudinē terræ, vt poſſideat tabernacula nō ſua. Horribilis & terribilis eſt: Leuiores pardis equi ei⁹, & velociores lupis veſpertinis: & diffundētur equites ei⁹: volabūt quaſi aquila feſtinās ad comedēdū. Oēs ad prædā veniēt.* Nō incōgruè aūt de Romanis interpretabimur ēt. Benè ſiquidē hic popul⁹ fortis nominatur, quia ſicut ferrū oīa domat (πανδαμάτωρ, quaſi oīa domās, idcircò dicitur) ſic popul⁹ Romanus ac exercitus oīa ſubegit. Cōſētit & nomē ῥώμη, quod robur exponitur: Hebraicè aūt Roma quaſi excelſa & ſublimis appellatur. Vnde D. Hier. to. 2. Epiſt. li. 2. aduerſus Iouinianū, in fine de Roma loquēs: Vrbs, inqt, potēs, vrbs orbis domina Roma, aut fortitudinis nomen eſt apud Græcos, aut ſublimitatis iuxta Hebræos. Serua qđ diceris: virt⁹ te excelsā faciat, nō voluptas humilē. Hæc ibi. De Monarchia 4. quæ eſt Romanorū, ſub beſtiæ 4. typo, apud Danielē Prophetā c.7. ſcribitur: *Ecce beſtia quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis: dētes ferreos habebat magnos comedēs atque cōminuēs, & reliqua pedib⁹ ſuis cōculcās: diſſimilis aūt erat cæteris beſtiis.* Id indicare videtur, qđ ſequitur in textu: Similis ei non fuit à principio, & poſt eū nō erit, vſq; in annos generationis & generatiōis, &c. De Aſſyriis, id quidē liquet, nunquā antea ab initio orbis, par homiuū armatorū man⁹ illi, quā Nabuchodonoſor ī vrbis & tēpli excidiū producit, viſa eſt: neq; ēt poſt illā tēpeſtatē vſq; ad Veſpaſiani & Titi tēpora, tāt⁹ in Iudæā eſt deductus exercit⁹. Quòd ergo dicit: Et poſt eū nō erit vſq; in annos generationis & generationis, tot militū copias in Iudæa certis ſeculorū, nempe vnius atq; alterius annis, non eſſe conſpiciēdas, dicit quidē, nec tamē nunquam maiores fore confirmat. Nam copioſo magis exercitu, in Palæſtinam Titus Hieruſalem expugnaturus inuaſit quingentis ferè annis poſtquam à Babyloniis res fuerat confecta. Ne ergo, inquit hic Arias Montanus, ſibi parē aliquando exercitus impetū nunquam metiendum

Habacuc 1.a.

D. Hieronymus, tom. 2. epiſt. li. 2. aduerſus Iouinianum in fine.

Arias Mōtan⁹ ad preſētē locū.

eſſe putarent Iudæi, certum annorum numerum, non incerta ſecula hoc in loco audiunt. Aliud eſt dicere, vſque in generationem & generationem, aliud vſque in annos generationis & generationis. Prior ratio ſeculis, poſterior annis trãſigitur. Siquid in generationem & generationem futurum dicitur, id nullum habet futurum terminum; ſi verò ad annos res referatur, eam annis certis finiri poſſe intelligimus. Luc. 1. *Et miſericordia eius à progenie in progenies, &c.* Æternum apud Deum eſſe miſericordiæ vſum ſignificat erga eos, qui ſe coluerint. Cùm autem, Exo. 20. dicitur: *Viſitans iniquitatem patrum in filios vſque in tertiam & quartam generationem*, certum pœnæ & vltionis temporalis ſpatium hæc oratio præſcribit. Dicens itaque nunc ſacer vates: *Vſque ad annos generationis & generationis.* ducentis pòſt annis parem exercitum non eſſe cogendum, hunc illis certum præfigit terminum, Nunquam verò amplius eſſe timendum, hoc non fuit certum. Nam ſi quis cum hoſte triginta annorum inducias paciſcitur, is non quadrageſimum, non quinquageſimum, non denique quotquot poſtea ſequantur, excludit annos, ſed integrum reliquum ſibi tempus ad cauſam ſuam, cùm ſibi commodum viſum erit, denuò tractandã reſeruat. Hactenus Arias Montanus. Quòd ait, nec fuiſſe nec futurum talem in omnem poſteritatem populum, nec ad multitudinem nec ad potentiam refero, inquit ad præſentem locum Mercerus, ſed ſimpliciter ad fœlicitatem: vnde & aureo capiti apud Danielem confertur. Exaggerat Propheta cùm addit: ſimilis ei non fuit à principio & poſt eum non erit &c. & ad Babylonios propriè reſpexit, qui non potentia tantùm, ſed & fœlicitate, rebúſque cæteris facilè excelluerit. Commodiùs fortè de Romanis ſub Tito Iudæam depopulantibus ac deuaſtantibus intelligere poteris. Prout fuſè Ioſephus atque Egeſippus excidium Hieroſolymitanum deſcripſerunt. Nunc ad textum.

Luc. 1. *Exod. 20* *Mercer⁹ ad hunc locum.* *Ioſephus & Egeſippus.*

Ante faciem eius ignis vorax, & poſt eum exurens flamma, &c. Nulla earum quæ ſub cœlo ſunt rerum, natura ignis aut celerior aut efficientior eſt. Cuiuſmodi nobis hoc in loco Aſſyriorum exercitus vim Ioël oſtendit: cui qui obſiſtere cogitauerit, fruſtrà conabitur: Nam quo veniente nihil tutum eſſe potuit, eodem abeunte nihil omninò fuerit ſaluum. Propterea ait: & poſt eum exurẽs flamma, hoc eſt, nihil poſt eũ niſi mera vaſtitas, niſi irreparabilis demolitio

relinquetur. Ignis more omnia depopulabitur. Vel vt exponit noſter Lyranus, ſecundum hiſtoriam ideò hoc dicitur, quia primo ingreſſu comburebant villas non clauſas, deinde habita victoria comburebant ciuitates munitas. Sic ille. Belli magni futurum incendium vaticinatur. Per ignē namque, vt in fine dicetur, prælium adumbratur. Quaſi hortus voluptatis terra coram eo, & poſt eum ſolitudo deſerti, &c. Amœniſſimam & cultiſſimam Iudæam regionem quondam fuiſſe diuinæ nobis & humanæ hiſtoriæ imprimis tradunt. Vnde Paleſtinæ terra ac regio fluere lacte & melle dicitur. Adueniente hoc populo, quouis horto amœniora in ſolitudinem vertuntur. Ad homines & armenta atque pecora hoc nomē ſolitudo, ait Arias hoc loco, Deſerti verò vox, ad culturam & loci amœnitatē fertilitatémq; pertinet. Id autē quod additum eſt, Neq; eſt qui effugiat eū. Nullā ſalutis publicæ aut priuatæ vel minimā ſpem fore ſignificat. Hæc ille. Nullum ex tanta multitudine poſſe effugere ſignificat, quādoquidem fame & gladio perierunt intus & foris, & qui reliqui eſſe potuerunt, in captiuitatē ducebantur, vt ex diuina conſtat hiſtoria. Voluit enim fugere Sedechias, ab exercitu Babyloniorū, & principes eius, ſed cōprehēſi ſunt in cāpis Hierichuntinis, 4. Reg. 25. Principes autē capite trūcati ſunt: at ipſe Sedechias, oculis orbatus, ductus eſt in Babylonē vinctus catenis ab eo ergo non eſt euaſio: ſiquidē decernente Deo ſceleratos ac impios Iudæos per Aſſyrios, per impias gentes humiliare ac punire; nō eſt qui de manu eius, vt ait ſanctus Iob, poſſit eruere, nihil euadit. *Aſſur appellatur virga Dei*, Iſa. 10. *Aſſur virga furoris mei.* Sic Attila, flagellum Dei, dictus eſt, ex hiſtoria Eccleſiaſtica. Has pœnas meruerūt peccata, ad vitæ emendationē adducamur. Quòd ſi ſerio pœnitentiā egerimus offenſus à nobis Pater cœleſtis flagellū ac virgā in ignē proijciet, tyrannos euellet & nobis parcet. Quaſi aſpectus equorū aſpectus eorum, & quaſi equites ſic current, &c. Strenuū & expeditū militē ſignificat, quòd equus valeat celeritate, & in eo luceat generoſitas. Hac hypotypoſi ſiue deſcriptione terrorē pingit & ineuitabile periculū. Quaſi aſpectus equorum, &c. Hic locus conuincit hæc propriè ad locuſtas pertinere, ait ad præſentem verſiculum Mercerus. Nec enim hoſtes equitibus cōparaſſet, quum ipſi equites ferè pugnaturi eſſent. Verùm ſub locuſtarum metaphora ac tranſlatione hoſtes, vt dixi, accipi

Lyran⁹ Ioël 2. c. — *Arias hoc loco.* — *4. Reg. 25.* — *Iſa. 10. c.* — *Mercer⁹ hoc loco.*

accipimus. Et Iſaias c.5. *Vngulas equorum Babylonicæ gentis ſilici comparat*, Gallicè, *à vn caillou*: rotáſque curruum turbini ſiue tempeſtati: tenebit prędã, & amplexabitur, & non erit qui eruat. Quod illi quadrat, quod ſuprà Hebraicè dicitur: euaſio non eſt ei, id eſt, ab eo non eſt euadendi ſpes. Huius, inquit, populi aſpectus, forma; ſpecies, equis ſimilis eſt vel generoſitate, & animoſitate, vel potius, vt ſequens indicat ſermo, agilitate curſus, & celeritate, & quaſi equites. ſic currẽt. q. d. Maximo impetu feruntur. Remigius Altiſſiodorenſis Epiſcopus hunc interpretabitur verſum de locuſtis: ſcribit enim. Aſpectus eorum ſcilicet bruchorum, locuſtarũ, erucarum & rubiginũ, quaſi aſpectus equorum ſic ille, &c. Equorũ imagine propoſita oſtendit Aſſyrij militis ferociam animi & dexteritatem in bello & pugnandi cupiditatem. Namque id animal, ad bella ac pugnas committendum imprimis aptum atque auidum; quamobrem belli ſymbolum apud antiquos fuit: Nam vt oliua pacem, ſic equus bellum hominum generi nocentiſſimum ſignificabat, ſicut ſcriptum eſt Iob 39. *Nunquid præbebis equo fortitudinem. &c. Terram vngula fodit, in occurſum pergit armatus. Cõtemnit pauorem, nec cedit gladio, Nec reputat tubæ ſonare clangorem. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.* Talem autem ſeſe animo viribus & celeritate Babylonicum hoſtem aduerſus Iudęos pręſtiturum eſſe Ioël docet. Equi ad pręlia nati, non ſunt tam horribili facie, vt iſti populi, nec equites tam veloces & agiles. Hîc paulò liberius expatiari ac digredi libet. Primum verò omnium equi hieroglyphicum eſt, belli ſignum eſſe, clariſſimo Virgilij teſtimonio, dicentis: Æneidos 3. poſt medium.

Iſai.5.c. *Remigi. Altiſs. Epiſc.* *Iob c.39.* *Virgilius Æneid.3*

Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur.

Idem Georgicorum lib.3. circa media de equis ſimiliter cecinit, *Idẽ Georgic.lib.3.*

Primus equi labor eſt, animos, atque arma videre
Bellantum, lituóſque pati, &c.

Ouidius Naſo, item lib. 3. Metamorphoſeôn circa finem, concinit, ita ſcribens: *Ouidius lib.3.Metamor.*

Vt fremit acer equus, cum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicem, pugnæque aſſumit amorem:
Penthea ſic ictus, &c.

Præclarè dixit Salomon. Prouer.21. *Equus paratur ad diem belli: Dominus autem ſalutem tribuit.* Eſt equus animal omnino *Prou.21.*

nino ſuperbum, & equitare magnificum habetur. Verùm de equis hactenus. Nunc ad textum.

Sicut ſonitus quadrigarum ſuper capita montium exilient, ſicut ſonitus flammæ ignis deuorātis ſtipulam, velut populus fortis præparatus ad prælium, &c. Subaudiendum eſt, ex Remigio ad hunc locum, ſic ipſæ locuſtæ deuorabunt omnia, & venient paratæ: Notandum, quod nihil illis erit inacceſſum. Tribus his ſimilitudinibus, & ſtrepitum, & celeritatem omnia abrodendi, atque, vt ita dicam, alacritatem locuſtarum in exequendo domini ducis ſui imperio ſignificat propheta. Vt in acie milites, ſuo quiſque loco, ſtrepitu & clangore terrent hoſtes: ſic & hoc domini agmen quæ ad Babylonios referre potes. Obſeruabis, veteres curribus armatis in præliis vti ſolitos, ex ſacra regum hiſtoria: item ex Pſal. Hi in curribus, & hi in equis, &c. Quadrigis munitis in bello vtebantur, quæ ſuper ſaxa cum ſtridore magno feruntur. Barbari etiam magno ſtrepitu præliātur, quemadmodum ſtrepit & reſonat flamma ignis dum abſumit ſtramenta. Sic in exercitu, ipſa inter ſe arma concrepant. Gallicè dicimus, *Le cliquetis des harnois.* Vegetius de re militari ad Valentinianum Auguſtum, lib. 3. c. 24. Quadrigas falcatas in bello rex Antiochus & Mithridates habuerunt. Quæ vt primùm magnum in acie intulere terrorem, ita poſtmodùm fuere deriſui. Nam difficilè currus falcatus planum ſemper inuenit agrum, & leui impedimento retinetur: vnóque afflicto aut vulnerato equo decipitur. Sic ille. Sequentia videamus.

Remigiꝰ hoc loco.

Vegetius li. 3. c. 24

A facie eius cruciabuntur populi, omnes vultus redigentur in ollam, &c. Sclopetarios. (Gallicè, *Arquebouſiers, qui ſont vne eſclopeterie en guerre.*) ſignificare videtur hoc loco diuinis propheta, dum dicit: Tanquam ſtrepitus quadrigarum, ſuper iuga montium ſubſultim ſtrepent, ſubſiliéntve: quod ad ſonum refero ſcloporum *(piſtoles ou arquebouſes)* dum prælium committitur. Denſiſſimus enim & confertiſſimus ille ſonus dum ſæpius iteratur, & confunditur, rotarum ſtrepitum, in ſingulos clauos ſubſilientium imitatur, dum per loca ſolidiora, vt ſunt ipſa iuga montium concitatiùs plures ſimul rapiuntur: Sed hoc idem alia expreſſit, etiam ſimilitudine ſicut ſonus, inquit, flammæ conſumentis ſtipulam. Dum enim ſtipula incenditur, innumeri excitantur ſcloporum ſoni, crepitantibus granis ſingulis, qui in ſtipula remanſerant. Sequens autem verſus omnem

omnem tollit dubitationem. Coram eo,inquit, vulnerabuntur populi, videlicet, eminus. Omnes facies oblitæ ſunt fuligine,&c. Nam puluis ille tormentarius (Gallicè *pouldre à canon)* cuius vi eduntur illi ſoni, maxima ex parte in craſſum fumum reſolui ſolet,qui quaſi in camino,ita in facie fuliginem relinquit. Per murum diſcurrent, &c. diſciſſum, ſupple, atque humi deiectum, vi tormentorum bellicorum (Gallicè,*à force de l'artillerie.)* Vi captam innuit Ieroſolymam.

Poteſt itaque hac loquutione prophetica, copioſus Antichriſti circa finē ſeculi exercitus, turmatim diſpoſitus, deſignatus & adumbratus videri:hunc ſiquidem deſcribit florentiſſimum, conſtantem ex equite, & ſclopetariis, inimicis formidabilem, diſciplinæ militaris imprimis peritiſſimum.

Ad hunc certè modum vir clariſſimus, & in Hebraicis exercitatiſſimus, quem honoris cauſa nomino, Dominus Michaël Viole, Euurtianus Cœnobiarcha, ſuis in Ioëlem ad hunc locum Scholiis ſeu Notis, quæ vice Commentarij iuſti eſſe poſſunt, nondum in lucem emiſſis, dilucidè interpretatur: Cuius ipſiſſima verba pauculis exceptis, mutuato eius codice, exſcribere ſtudui, & in hunc congerere locum. Metus ſanguine primùm ad cor refugiente principiò pallidos, deinde verò eodem conturbato atque refuſo nigricantes efficit vultus ac luridos, gallicè,*les faces ternies & quaſi noircies.* Sicut olla ſæpè igni appoſita nigredine & fuligine circundatur: ita facies eorum in pallorem & nigrorem vertentur adueniente exercitu Babylonico. Simile quid habetur:*Nahum 2. faciet omnium eorum ſicut nigredo ollæ.* Nigricantem pallorem ſignificat. Vt olla fumo fuſcatur,ſic in periculis mutantur vultus, contracto ad cor ſanguine, & oris nitor perit: vt contrà in lætitia diffuſo ſanguine rubent. Ergo ad Babylonici exercitus aſpectum cruciabuntur populi parturientium more, ac velut exanimati, expalleſcent, & quaſi fuligineo liuore tingentur, qualis eſt nigror ollæ. Extra rem minimè fuerit hic adnotare, vſitatiſſimum eſſe ignem pro bellorum ſignificato ponere, quod frequentiſſimū eſt in noſtro Vate. Hinc ſanctificatus propheta,*ollam ſuccenſam videt ad Aquilonem,* vnde ſcilicet tot in vniuerſum terrarum orbem bellorum eſſent incendia motibus aſſiduis effundenda. Hinc, tanti incendia belli, legas apud Maronem & Italiam ardere bello, apud

D. Michaël Viole, Abbas S. Euurtij Cōmentariis,ſiue,Notis in Ioëlem nondū in lucem emiſſis.

Nahum. cap. 2.

Hiere. 1.

apud Ciceronem.Hæc autem ſibi inuicem coniunguntur, Sonitus flammæ ignis & nigredo ollæ. Crebróque ſacer vates flammæ meminit etiam ſuprà.

Sed nos immenſum ſpatijs confecimus æquor,
Et iam tempus equûm fumantia ſoluere colla.

Virgilius Georgic. 2. lib. in fine.

Virgilij verbis Georgicorũ lib.2.in fine, vtor lubens, huic concioni finem imponens, tanquam ingenio defatigato, & ne lectoribus tædium adferam. Sic nobis Deus op.max. propitius, vt ab imminentibus malis eruamur. Ipſi laus & gloria per æterna ſecula, Amen.

HOMILIA XI.

Sicut fortes current: quaſi viri bellatores aſcendent murum: viri in viis ſuis gradientur, & non declinabunt à ſemitis ſuis. Vnuſquiſque fratrem ſuum non coartabit, ſinguli in calle ſuo ambulabunt: ſed & per feneſtras cadent, & non demolientur. Vrbem ingredientur: in muro current, domos conſcendent, per feneſtras intrabunt quaſi fur. A facie eius contremuit terra, moti ſunt cœli. Sol & Luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Et Dominus dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui: quia multa ſunt nimis caſtra eius, quia fortia & facientia verbum eius. Magnus enim dies Domini, & terribilis valdè: & quis ſuſtinebit eum? &c.

IOELIS. C. II.

VATES modò qualibus animis, cuiuſmodi diſciplina, qua dexteritate & vſu inſtructi Aſſyrij bellum capeſſent oſtendit. Singulas verò res diligenter enumerat atque appoſitis notis demõſtrat, induſtrij & ſtrenui militis cõditiones interim deſcribens. Primùm

Primùm autem in bellis gerẽdis curſu valere laus eſt, non vt victorem fugias, ſed vt victum & cedentem perſecutus comprehendas. *Sicut fortes currẽt*, ait Propheta, gygantum inſtar, Alludit ad illud, Pſal. 18. *Exultauit vt gygas ad currendam viam, &c.* Curſus ergo illis (ait hoc loco Arias Montanus) victoriæ, non timiditatis, non fugæ turbatus, ſed conſtans ac lætus qualis equorum, non qualis ceruorum eſt. *Quaſi viri bellatores aſcendent murũ.* non nudi non inermes, ſed armati etiam & clypeo & gladio aſtricto, ita vt aſcendẽtes etiam pugnare poſſint. Bellatorum more murum conſcendent, intrepidè ſcilicet, & magna virtute. Sic ibi. *Viri in viis ſuis gradientur, nec declinabunt à ſemitis ſuis.* Quaſi dicat. Suum quiſque locum & ſtationẽ in acie tuebitur: Maximam partem in quacumque agenda re. Ordo & ſeries ſibi vendicat: vbi enim non eſt ordo, ibi eſt haud dubiè confuſio. Et ſcriptura terribilem quidem dicit aciem, verum benè ordinatam. *Cantic. 6. Terribilis vt caſtrorũ acies ordinata.* In bello niſi ordo adſit, ipſi ſibi mutuò commilitones non impedimento ſolum, ſed exitio etiam ſunt. *In viis ſuis gradietur,* hoc eſt, interprete noſtro Lyrano, ita ordinatè procedent quod non minus ſeparabuntur abinuicem, nec minus cõiungentur, vt ſcilicet per nimiam ſeparationẽ aduerſarij non ingrediantur aciem, & per nimiam coniunctionem vnus non impediat alium ad inuadendum aduerſarios: adeò robuſtè & arctè aciem cogent, vt nemo ordines diuellere ac diſſipare valeat. Obſerua ex Vegetio li. 1. de re militari. c. 26. Nihil magis prodeſſe conſtat in pugna, quam vt aſſiduo exercitio milites in acie diſpoſitos ordines indeſinenter obſeruent, nec vltrà magis quam expedit, aut conglobent agmen, aut laxent. Nam etiam conſtipati perdunt ſpatia pugnandi, & ſibi inuicẽ impedimento ſunt: & rariores atque interlucentes aditus perrumpendi hoſtibus præſtant. Sic ille. Idem lib. 2. ca. 5. Iurant autem milites ſe ſtrenuè facturos, quæ præceperit Imperator, nũquàm deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Romana Rep. Et lib. 3. c. 14. Acies, inquit, dicitur exercitus inſtructus. Quamuis autẽ optimi bellatores ſint, mala ordinatione franguntur. Et rurſus, c. 20. Si benè ordinauerint Imperatores exercitum, quamuis cum paucioribꝰ ſemper victoriam conſequuntur. Frontinus vir conſularis ſtratagematôn, lib. 4. c. 1. de diſciplina. Milites primò iureiurãdo

Pſal. 18. *Arias ad hunc locum.* *Cantic. 6.* *Lyranus in Ioël. 2. cap.* *Vegetius lib. 1. cap. 26.* *Idem lib. 2. cap. 5.* *Item lib. 3. ca. 14. & c. 20.* *Frõtinus ſtratagematon. li. 4. c. 1. de diſcipl.*

facti ſunt. Ipſi iurabãt ſe fugæ atque formidinis cauſa, non abituros, neque ex ordine receſſuros, niſi teli petendi feriendíve hoſtis, aut ciuis ſeruandi cauſa. Clearchus dux Lacedæmoniorum exercitui dicebat, Imperatorem potiùs quàm hoſtem metui debere, ſignificans eos, qui in prælio dubiam mortem timuiſſent, certum, ſi deſeruiſſent, manere ſupplicium. Q. Fabius Maximus transfugarum dextras præcidit. Hæc ibi. Contra deſertores militiæ ſeu ordinis & ſtationis, atque etiam trãsfugas ſeuerè admodum olim animaduerſum reperias. Ælianus de inſtruendis aciebus ad Hadrianũ Imp. ita ſcribit. Iam ſæpius magnas copias inordinatas à paucis ordinatis militibus profligatas legimus. Et hæc quidẽ de ordine dicta ſunt. Cæterum de celeritate & curſu (de quo immediatè ſuprà) hęc adnotabis. Vegetius ad Valentinianũ Auguſtum. lib. 1. c. 9. Ad curſum præcipuè, ait, aſſuefaciẽdi ſunt iuniores, vt maiore impetu in hoſtes procurrant, vt loca opportuna celeriter, cũ vſus aduenerit, occupẽt: vel aduerſariis idem facere volentibus, præoccupent: vt ad explorandũ alacriter pergant, alacrius redeant, vt fugientium terga faciliùs comprehendant. Et lib. 4. c. 31. In rebus bellicis celeritas amplius ſolet prodeſſe, quã virtus. Hæc ille. Dicens ergo quòd quiſque fratrem ſuum, id eſt, ſeinuicem nõ coarctabit ſiue vrgebit, vult dicere, quod eum inter ſe teneãt ordinem, vt nec nimium à ſe inuicem diſtent, nec ſe mutuò vrgeant. Quæ in acie ordinãda ratio obſeruari ſolet, vt nec ſibi impedimẽto ſit turba, nec facilè hoſti ingreſſus pateat, vt ſuprà ex Vegetio retulimus. Addens autem: *Singuli in calle ſuo ambulabunt, &c.* Significat quòd & ſinguli inter ſe milites ſtationem ordinẽque tenebunt atque acies ipſę & alæ, necnon vnaquæque exercitus pars ſuum, vt ſortita fuerit, munus & ordinem rectè conſeruabit. Per feneſtras cadent & non demolientur, ſubiungit: Tanta in conficiendo fœlicitas erit atque dexteritas, quòd è feneſtris caſu aut ſaltu deiectos, læſum nõ iri confirmet. Alij vertunt ad verbum: & non concupiſcent, Lucri contemptionem ſignificat Vates, vt nihil omninò cupiat miles, alioqui prædæ inhiãs, nihil lucrum aut quæſtum faciat, ſed vltrò gloriæ victoriæque ſtudio, fœlici quadã audacia, imprudẽter licet ſe periculis exponat, euadet tamẽ. Quoniam verò bellica laus non in victoria ſolùm, ſed magis etiam in victoriæ vſu poſita eſt: Namque nonnulli duces fuerunt, qui vincere ſcirent, Victoria vti neſcirent.

Ælianus de inſtruendis aciebus.
Vegetius de re militari, lib. 1. cap. 9.
Idem lib. 4. ca. 31.

Quod

Quod & Hannibali Carthaginenſi obiectum aliquando fuiſſe, narrat Romanæ ſcriptor hiſtoriæ Liuius. Ideò de his militibus nunc dicitur: Et nō cōcupiſcent, &c. Hebraicè enim ſic legitur: id eſt ſcient & vincere, & victoria potiri, atque etiam vti: Nam lucro & prædæ, vt auari milites ſolent, non cupidè inhiabunt. Sequitur in contextu. *Tit. Liuius hiſt.*

Vrbem ingredientur, & in muro current, domos conſcendent, & per feneſtras intrabunt quaſi fur. Vbi hoſtis in prælio vict⁹ eſt, & intra mœnia coactus eſt, tunc extrema omnia tētantur, tunc artes & doli intēduntur. Pars è muris propugnare, & portarū clauſtra munire, pars ianuis occluſis ſibi intra domos cōſulere ſolent, ſed iis tamen omnibus ſuperiorem ſe Aſſyrius miles præbebit. Namque plures ſimul partim effractis foribus vrbem inuadent: partim muros ipſos, cum maxima propugnantiū pernicie occupabūt: alij clauſarum domorum tecta conſcendent: quidam etiam per feneſtras ſubeuntes, reductos intra domum homines, neque opinantes ſubitò opprimient, hoc eſt, quod dicit, *Tanquam fur,* quem neſcias vnde, aut qua hora venturum expectes. *Nā ſi ſc ret paterfamias, qua hora fur veniret, vigilaret vtique,* ait Chriſtus, *nec ſineret perfodi domū ſuam.* Ergo neque foris, neque domi, ſecuritas vlla futura eſt. *Quaſi fur.* Lyran⁹ hunc ſic interpretatur locum. Ita leuiter accurrent, quòd exiſtētes intra domos ſibi de defenſione nō poterunt prouidere. Mira eorum agilitas & aſtutia ſeu calliditas per feneſtras furū more intrant. Nam Ioā. 10. *Qui non intrat per oſtium, ſed aſcendit aliunde, ille fur eſt & latro.* Non quod occultè furum more introeant, ſed quòd hac in re furibus ſint ſimiles, qui clauſis foribus per feneſtras irrumpunt: occultiſſima quæque ſcrutantes, & adyta domorum penetrantes. Gall. *Iuſques aux gabinets:* Sequentia videamus. *Lyranus ad hunc locum.* *Ioan. 10. cap.*

A facie eius contremuit terra, moti ſunt cœli. Sol & Luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerūt ſplendorem ſuum, &c. Tantam calamitatem ſigna quædam & prodigia, tum in cœlo, tum in terra præcedēt, vt vel his ſignis teſtatum eſſe poſſit, rem non fortuna, nō caſu accidere, ſed Dei creatoris cœli & terræ conſilio, & nutu euenire. Prodigia autē tum in cœlo, tum in terra, tū in vniuerſa natura fieri ſolent. Obſerua, *quòd Deus qui pater miſericordiarum, & totius cōſolationis autho: eſt. 2. Cor. 1.* Sic erga homines ſemper affectus fuit, vt nunquàm in eos animaduerterit, quin priùs impendentia pericula, Prophetarum oraculis, aut ſignis & portentis, vt *2. Cor. 1. cap.*

ſibi magnoperè cauerent, cleme̅ter prædixerit, ac benignè præmonuerit: vt *Luc.21. Erunt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis, inquit.* Qua de re aliàs (Deo benè fauẽte) dicemus. Hæc nos non hyperbolicè dicta interpretamur, ait Arias Montanus huius loci interpres, ſed quæ hîc dicuntur ſimpliciter expetenda accipimus, quemadmodum & illa à Chriſto diuino verbo prædicta: Erunt ſigna in ſole, &c. vt ſuprà quarum prædictionum ipſa res & veritas, nõ autem hyperbolica ratio expectãda eſt: Namque, vt diximus, hæc cœlo terrâque edita ſigna diuinam prouidentiam, etiam prouidentiam negantibus teſtantur. Legimus enim quoſdam, qui Deos eſſe negarent, & omnia caſu & temerario concurſu conſtare dicerent, tamen tonitruis, fulminibus, ſubitiſque cœli tempeſtatib⁹ perterrefactos, diuinæ vltionis metu tactos fuiſſe, ſicut ſcriptum eſt *Pſalm.28. Vox Domini cofringentis cedros, & cofringet Dominus cedros Libani.* Sic ille. Memini eius, quod Satyrographus cecinit Satyra 13.

Luc.21.c. *Arias ad hunc locum.* *Pſal. 28.* *Iuuenalis Satyra 13.*

Hi ſunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cùm tonat, exanimes primo quoque murmure cœli.

Suetoni⁹ in Caligula §. 51. De C. Cæ. Caligula ſcribit Suetonius, §.51. Qui Deos tãtopere contemneret, ad minima tonitrua, & fulgura cõniuere, caput obuoluere, ad verò maiora proripere ſe è ſtrato, ſub lectúmque cõdere ſolebat. Sic ille. Magnum profectò prouidentiæ teſtimonium, vna cum terrore & metu hæc prodigia & ſigna hominibus etiã impiis parant. Interdum cœli & terra nouis indiciis iram Dei prænũtiant, vt accidit in poſteriori deſtructione Hieruſalem. Sic etiam 2. *Mach. 5. Contigit per Hieruſalẽ videri diebus 40. per aëra equites diſcurrentes, & quaſi cohortes armatas, & curſus equorũ per ordines digeſtos. Quapropter omnes rogabant in bonum mõſtra conuerti.* Factæ ſunt tenebræ in Chriſti paſſione, quæ Iudæorũ cęcitatem coarguebãt, & calamitatẽ ſuperuenturã in excidio Hieroſolymitano portendebãt. Talis Iudæorum calamitas per Eclypſim prodigioſiſſimã Solis debuit toti mundo innoteſcere. Sic *Iſai.13.c* Volens Propheta grandẽ Babyloniorum cladẽ ſignificare, *Stellæ cæli, ait, & ſplendor earum non expandent lumen ſuum. Obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo, & Luna non ſplendebit in lumine ſuo.* Solet verò Deus iram & vindictam ſuam per Aſtrorum & Cometarum prodigia inſinuare. Frequenter enim Cometæ interituum regum ſunt indices, & quaſi præcurſores. Cometa ſiquidem apparente creduntur imminere Comitia, ait Ioannes Saliſberienſis

Iſai.c.13.

Policratici

Policratici ſui lib.2.cap.13. Comitia autem, vt iſtud obiter dicam, ad creandum magiſtratum Kalendis Ianuarij Romæ fiebant, Vbi vniuerſi conueniebant. Lucanus lib.4. de bello ciuili ita canit: *Policrat. lib. 2.ca. 13.* *Lucanus lib.1.*

Superíque minaces
Prodigiis terras implerunt, æthera, pontum.
Ignota obſcuræ viderunt ſidera noctes,
Ardentémque polum flammis, cælóque volantes
Obliquas per inane faces, crinémque timendi
Sideris, & terris mutantem regna Cometem. Sic ille.

Ad textum regrediamur.

Dominus dedit vocem ſuam ante faciem exercit⁹ ſui, &c. Hoc totum opus fuiſſe Domini oſtendit, ne quis potẽtiæ Babyloniorum tribuat. Hic exercitus, Domini fuit exercitus, quia Dominus dedit vocem ſuam. Iuſſu hæc diuino contigerũt, ſic peccatis exigentibus. Cõperimus ſæpè Deũ Gentibus aduerſus Iſraëlitas victorias dediſſe, ſic per Barbaros Chriſtianum populum vinci ſuperaríque permiſit, propter Chriſtianorum ſcelera. Victi fuerunt aliquoties à Turcis Chriſtiani, ſinẽte permittẽtéque Deo, qui vtitur ad puniẽda ſuorũ peccata tyrannide Impiorum. Corda eorũ qui in ſe grauius deliquerũt frangit Deus, hoſtibus addit animũ. Etiam ad ſolij ſonitum fugiunt impij. Hic finis impietatis, pauor & deſperatio. Sic enim *Leuit. 26.* Legimus de tranſgreſſoribus, legíſque violatoribus: *Dabo pauorẽ in cordibus eorũ, terrebit eos ſonitus folij volãtis, & ita fugient quaſi gladiũ, cadent nullo perſequẽte. Nemo veſtrũ inimicis audebit reſiſtere.* *Leuic. 26.cap.*

Multa ſunt nimis caſtra eius, quia fortia, facientia verbũ eius, &c. D. Hieronymus ad hunc locũ ſic ait: Magnitudo virtutis Domini in paruis quoque animãtibus demõſtratur. Sic ille, quia nimirũ ſuprà ſermo habitus eſt de locuſtis. Vel ad ſignificatũ reſpiciendo, de caſtris Romanorũ vel Babyloniorũ intellige, quæ potentiſſima erãt. Tunc enim Monarchiã obtinebant. Multa eſſe caſtra nimis, ad numerũ pertinet, fortia verò ad virtutẽ & diſciplinã, ad quã etiã illud. Et faciẽtia verbũ eius. ad hoc enim cõparatus tãtus exercitus ad hoc inſtruct⁹, & tãto robore ac dexteritate auct⁹ eſt, *vt faciat verbũ eius.* Nota ex *Pſ.118. Omnia ſeruiũt tibi.* Rurſus alibi, *ignis, grãdo, nix glacies, ſpiritus procellarũ, quæ faciũt verbũ eius.* Omnes creaturę Deo obediũt, Sap.5. Armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ, ipſe dixit & facta ſunt. Imp. ventis & mari, & obediunt ei. Mare & Iordanis ad eius nutũ pręſtãt *D. Hieronymus ad hunc locum.* *Pſal.118.* *Sapien.5.*

obedientiam. Hinc pſalmiſta. *Quid eſt tibi matre quòd fugiſti, & tu Iordanis quia conuerſus es retrorſum?* Loquimini ad petram, ipſa dabit aquas. Item ſub Ioſue: *Sol ne mouearis contra Gabaon, &c.* & ita factum. Sic de Chaldæis per Habacuc, c. 1. ſcriptum eſt: *Domine in iudicium poſuiſti eu, & fortē vt corriperes fundaſti eum.* Hoc eſt, vt iudicij tui miniſter eſſet Nabuchodonoſor, quod in populos quoſdam exercere parabas, atque ad hoc fortitudinem impartitus illis fueras. Duas autem magni momenti res hic locus nos docet, ait Arias. Altera eſt, humanam potentiam, copias, fœlicitatémque omnem non caſui, non fortunæ, non propriis, ſed diuinis conſiliis, accepta referenda eſſe. Altera verò res eſt, non licere hominibus diuina conſilia contēnere, aut pietatem deſerere. Nā vt lenta ſit, tamen maxima & grauiſſima diuina ira & vltio eſt, id quod ex ipſo apparatu arguitur: quò enim tardiùs res agitur & paratur, eò grauiori creſcit, & perficitur mole. Sic ille: Deus Babyloniorum caſtra vel certè Romanorum in genuè vocat ſua. Vbi quidem apparet Deum impiorum opera vti, cùm iudicia ſua exequi ſolet: nihilominus non probat illorum ambitionem, auaritiam, iram, & crudelitatem. Hoc & in Sennacherib monſtrauit, quem ex iſto bello, ad ſua reuerſum, filiorum ſuorum coniuratione in templo (vbi vota Idolis nuncupata ſoluebat) occiſum fuiſſe legimus. Nō hodie nobis nouum & inſolitum videatur, ſi populum Chriſtianum bellis ſuperari, tum ab impuris Turcis, tum à perduellibus hæreticis in dies experiamur. Peccata quidem noſtra iſta merentur, & longè maiora. Quapropter pœnitentiam ſeriā agamus, & timeamus quod ſequitur.

Haba-cuc c. 1.

Arias hoc loco.

Magnus eſt enim dies Domini, & terribilis valde, & quis ſuſtinebit eum? &c. Diem vltionis ſignificat, cùm Deus qui ſe patientem, & diſſimulantem peccata hominum propter pœnitentiam coúſque præbuerat, ſe tandem iudicem præbebit. *Horrendum eſt, ait,* Paulus vas electionis, *Hebr. 10. incidere in manus Dei viuentis.* Et quis ſuſtinebit eum? Se id neſcire confirmat. Sic apud pſaltem, *Pſalm. 89. Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* Terribilis Dei ira eſt, quando exardeſcit aduerſus mortales. Temporibus Noë, in iuſta ira & furore ſuo deleuit, vſque ad homines 8. In ira ſua iuſta, Sodomam igne ſubuertit. Contra murmur, & alia peccata filiorum Iſraël in deſerto iratus Deus, mori permiſit

Heb. 10. cap.

Pſal. 89.

miſit circiter ſexcenta millia de populo, excepto Ioſue & Caleph. Iratus etiam, quia Dauid ex ſuperbia populum numerauerat. 2. *Reg.* 24. mortui ſunt triduò 70. milia virorum. Propter adorationem vituli, in vna die occiſa ſunt, volente Domino, quaſi 33. milia hominum, *Exod.* 32. *Percuſſit Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.* Quis poterit Dei iram ſufferre: Sed in nouiſſimo die con tra impios ſeueriſſimam exercebit vindictam. *Matth.* 25. *Ite maledicti in ignem æternum, &c.* Væ homini illi: qui in hanc Dei iram inciderit. Bonum eſſet ei, ſi natus non fuiſſet, vt de proditore dicitur, *Mat.* 26. Valer. li. 1. c. 1. De neglecta religiõe, *Lẽto enim gradu, ad vidictã ſui diuina procedit ira, tarditatẽq́; ſupplicij, grauitate cõpenſat.* Et Poëta canit:

Reg. 14. *cap.*
Exo. 32.
Mat. 25. *cap.*
Mat. 26. *cap.*
Valeri⁹, lib. 1. *c.* 1.
Poëta.

Si quoties peccant homines ſua fulgura mittat,
Iupiter, exiguo tempore, inermis erit.

Quod autem dicit: *Multa ſunt nimis caſtra eius, &c.* Elegãter admodum poſuit: Q. d. In hac re diſtribuenda ita fui vehemẽs & copioſus, quia numeroſiſſima eſt Domini turma: quia potens eſt, exequens mandatum eius. Sunt locuſtæ exercitus, vt dixit, Domini. Et quia magnus eſt dies Domini. Itaque nulla verborum exaggeratione ſatis deſcribi poteſt. Sequentia videamus: Nunc ergo dicit Dominus: *Conuertimini ad me, &c.* Quãuis ſcilicet tam terribilis ſit futurus hic dies Domini etiã videatur ſententiam hanc tam atrocem in vos tuliſſe Dominus, atq; adeò non longè abſit dies ille Domini, tamen, inquit Dominus, pœnitentiã agite. Hacten⁹ quidẽ de vaſtatiõe per Babylonicos. nũc, vt Medicus, de cauẽda pœna per pœnitẽtiã, ieiunium ac orationẽ, præmonet. Etiã nunc, ait, quãuis proximus ſit dies iræ, agite pœnitentiã Præſtat ſerò quã nunquã. Sat citò ſi ſat bene. Donec hodie cognominatur in nobis. ait, D. Paulus ad Hebræos. Etſi ſint nouiſſima tempora, nõ deſperandũ: etiã vndecima hora veniẽtes in vineã cõducit cœleſtis paterfam. *Mat.* 20. Et denariũ accipiũt diuinũ, etiam in primo ordine, ac ante alios. Memẽto pœnitẽtis illi⁹ Lattõis, cui Dominus, *Luc.* 23. paradiſũ etiã repromiſit dicẽs: *Hodie mecũ eris in Paradiſo.* Igitur *Cõuertimini ad me. Non in perpetuũ iraſcetur, neq; in æternũ cõminabitur.* ait Regius vates. *Non ſecundũ peccata noſtra fecit nobis, neq; ſecũdũ iniquitates noſtras retribuit nobis.* ac rurſus: *Deus iudex, iuſtus & patiẽs, nunquid iraſcitur per ſingulos dies?* Ipſe inuitus punit, ipſe vltrò miſericordem ſeſe promittit & præſtat. Iam nunc in

Mat. 20.
Luc. 23.
Pſal.
Pſal. 7.

ipſa calamitatū prædictione, iam inter minas ipſas miſericordiam cogitat. Nunc ergo dicit Dominus. Verba iſta quandam Emphaſim habent, ſi ea quæ præceſſerunt paulò altiùs explicauerimus, diligentiúſque ac penſiculatius excuſſerimus: Diei Domini, quem vix quis ſuſtinere poſſet proximè meminerat, nunc verò docet eos poſſe vindicem numinis iram flectere, ſi ad Deum ex toto corde conuertantur: Vt autem ſua oratio plus authoritatis habeat, fidémque ſibi in dicendo conciliet, Deum huius doctrinæ authorem facit ac citat. Nunc ergo dicit Dominus. Q.d. Is ipſe, qui locuſtā, brucum & rubiginem immiſit, & Babyloniorum regem contra vos armat: nunc in vltimo temporis articulo, iubet vt ad ipſum conuertamini. *Non vult more'ı peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat*, ait per Ezechielem atque tunc dicebat per Iſaiā. c.1. *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur.* Et 1. *Ioan.* 1. *Si confiteamur noſtra peccata, fidelis eſt vt remittat nobis ea, &c.* Eccleſia Catholica, Iſtud vaticinium: Conuertimini ad me, quotannis in ſacris myſteriis legere ſolet, in ſanctę Quadrageſimę ieiuniorū principio, vt nos Chriſtiani ſeriam pœnitentiā aggrediamur, & ad maximam paſchæ ſolemnitatem, ac ſacroſanctam Chriſti corporis communionem, nos præparemus, prout noſtra fert tenuitas. Si quis roget: In tantis ærumnis, quas ſuſtinemus, vbi cultus Dei, & vera religio penè conculcatur, ac parum abeſt quin abrogetur, omnis Chriſtiana politia euertitur, prædicatio catholica aliquot in locis ab Hugnoſticis occupatis, *Paruuli petunt panem, & non eſt qui eis frāgat*, Threnorum, c.4. atque ex defectu ſeminis verbi Dei, quaſi Sodoma, in omni malitia creſcunt mortales. Quid faciemus? *Conuertimini ad me, dicit Dominus.* Pœnitentiam ſeriò agamus. Prædicantes hæretici blanda loquuntur. Iſa. 30. *Loquimini nobis placentia*, & c.3. *Popule meus, qui te beatū dicunt, Ipſi te ſeducunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant.* Roman. 16. *Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri & per dulces ſermones & benedictiones ſeducūt corda innocentium. Titillāt audientium aures, prurientes auribus:* 2. Timoth. 4. Dicunt cum Sathana: *Nequaquam moriemini.* Peccate audacter, &c. Vbi multa peccata, ibi magna miſeratio &c. Non exaudiunt verbum Chriſti, Luc. 13. *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* Item Matt. 11. illud: *Tollite iugum meū ſuper vos, &c.* quod ſic D. Hilarius, Canone, 11. in Mat. interpretatur, eius iugum

Ezech. 18.
Iſai. 1. *ca.*
1. *Ioan.* 1. *cap.*
Threnorū ca. 4.
Iſa. 30. *c.* & *c.* 3.
Ro. 16. *c.*
2. *Tim.* 4 *cap.*
Luc 13. *c.*
Matt. 11. *cap.*
D. Hilarius Canon. 11. *in Matth.*

iugum,mandatorum ſcilicet ſuorum præcepta ſuſcipiant. Et Euthymius conformiter,iugum nominauit, Euangelica præcepta ſua.Sic illi SS.Patres ad mandatorum hortantur obedientiam. Et Chriſtus diſertis verbis, Luc. 9. *Si quis,*inquit,*vult venire poſt me,abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam,& ſequatur me.*Non dicunt ſuperbo, *Niſi conuerſus efficiaris ſicut paruulus,non introibis in regum cælorum.* Matth.18.Auaro & vſurario non dicunt:*Si vis ad vitam ingredi,imitare Zachæum,ſi quem defraudaueris redde quadruplũ:*Luc.19.Non dicunt guloſis:*ebrioſi non habent partem in regno Dei.*Galat.5.Rebellibus ac inobedientibus nõ prædicant,Matt.18.*Qui Eccleſiam nõ audierit,ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.*Deſidioſis non dicunt, *Inutilem ſeruum proijcite in tenebras exteriores. Serue male & piger.* Matth.25. Lutheri doctrina eſt:Fides ſola ſaluum facit. Ioëlis verò orthodoxa hæc eſt admonitio:*Conuertimini in ieiunio & fletu ad Deum,ex toto corde veſtro.Nunc hora eſt de peccato ſurgere,*Roman.13.Vita peccatoris perpetua eſt à Deo auerſio, qui ſe ad nos per verbum ſuum conuertit:Nos vocãti terga obuertimus. Talis vita à Chriſto pingitur ſimilitudine ouis errantis,quæ quò longiùs abit, tantò altiùs inuoluitur periculis,& magis deerrat.Conuertere,ô peccator, ad Dominum Deum tuũ. Peccatũ Doctoribus ſanctis Theologis,in auerſione à Deo conſiſtit.Hinc Hierem.14. *Multa ſunt auerſiones noſtræ,tibi peccauimus.* Sic contrà peccatoris pœnitentia conſiſtit in conuerſione ad Deum. Vera ad Deum conuerſio,veram à peccatis & ſeriam auerſionẽ expoſtulat. Nos ergo dicamus: Conuerte nos Deus, per gratiam tuam,& conuertemur, gratiæ tuæ præbentes aſſenſũ.*Conuerte nos Deus ſalutaris noſter, & auerte irã tuã à nobis.*Sic ad conuerſionem neceſſaria eſt gratia perueniẽs. *Non enim eſt volentis neque currẽtis,ait Apoſtolus,ſed Dei miſerentis.* Sed hanc gratiam paratus eſt Dominus elargiri. *Poſtquam conuertiſti me:egi pœnitentiam*, ait Hier.ca.31.Cõmunicata nobis præueniente gratia,dicit Dominus: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*, Zach.1.*Niſi cõuerſi fueritis,gladium ſuum vibrauit,*inquit Pſalmographus,Pſal. 7.Conuertimini,&c.*Stat Dominus ad oſtium,& pulſat*, Apocal.3.*Vult nos ſub alis congregare,alioqui diſperſos,& palantes ſeu errantes.*Matth. 23. *quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas,*Prouerb.1.c.*Vocaui, & renuiſtis.Conuertimini itaque ad me.*De pœnitẽtia aliàs abũdè in Decadibus

Euthymius in hoc ipsũ verbũ, Iugum, &c.
Luc. 9.c.
Mat. 18. cap.
Luc.19. cap.
Gal. c.5.
Mat. 18. cap.
Mat.25. cap.
Rom. 13.
Theologi
Hie. 14. cap.
Threnorum c. 5. & in Pſ. 84.
Hier.31. cap.
Zach. 1.
Pſal.7.
Apoc. 3.
Mat. 23.
Prouer. 1.c.

noſtris diximus, neque neceſſe eſt hic multa repetere, ad ſequētia ergo,huic periodo finē facientes pergamus. Deū optim.max.votis omnibus exorātes,vt cōuertat nos ad ſe, & animo irreuerēti ac infrunito ſeu immorigero ac indiſciplinato vel pœnitere neſcio,ne tradat nos. Rogamus e-

Eccleſiaſtic. Quadrageſima Hymnus. nim ieiunij ſolennis tempore: *Pœnitens cor tribue. Conuertat vt benignitas,quos longa ſuffert pietas.* Conuerſi igitur ad Deum miſericordiam imploramus.Parce Domine, parce populo tuo.Per Chriſtū Seruatorē noſtrū. Cui cū Patre & Spiritu ſancto,ſit laus,honor,& gloria in ſecula.Amen.

HOMILIA XII.

Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu,& planctu. Scindite corda veſtra, & non veſtimēta veſtra,& conuertimini ad Dominū Deū veſt.ū,quia benignus, & miſericors eſt, patiens & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionē,ſacrificiū & libamē Domino Deo noſtro? Canite tuba in Siō, Sanctificate ieiuniū, Vocate cœtū.Congregate populum,Sāctificate Eccleſiā,coadunate Senes:cōgregate paruulos & ſugentes hubera,&c. Ioel 2.c.

QVi poſt Baptiſmum peccauerunt, (non eſt enim,qui non peccet,ac, in multis offendimus omnes)necnō per pœnitentiam, Deo miſerante, reſurgunt: per columbam deſignantur, quæ ſcilicet ad Noë reuolauit: Qui verò in peccatis permanent,per coruū ſignificantur: adhæſit enim cadaueribus, nec ad arcam rurſus ingreſſus eſt, ſemel à Patriarcha Noë emiſſus: Tu

Tertul. li.de pœnitentia. peccator(verbis antiqui Tertulliani lib. de pœnitentia vtor lubens)pœnitentiam ita amplexare, vt naufragus alicuius tabulæ fidem.Hæc te peccatorum fluctibus merſum proleuabit, & in portum diuinæ clementiæ protelabit, id eſt, quantumuis diſtantem deducet. Sic ille. Qua ex ſimili

ſimilitudine patet eos omnes, qui in diluuio aquarum multarum actualium nimirum ſcelerum ſeu peccatorum, naufragium fecerunt, hanc pœnitentiæ ſalutaris tabulam ſecundam apprehendentes, ad veniæ portum ac ſalutis, peruenire poſſe. O inenarrabilem ipſius pœnitentiæ vim ac efficacitatem! adeò enim potens eſt vt videatur vincere inuincibilem, ac Dei reuocare terribilem ſentētiam quod in Niniuitis, Achab, ac Ezechia, necnō Rege Dauid palàm eſt. Periphraſis pœnitentiæ eſt, hæc Ioëlis inſignis ſententia, *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, &c.* Vſque ad me plenam & abſolutam pœnitentiam ſignificat, non dimidiatam, vel aliqua ex parte cœptam. Deus eſt, ad quem nos conuerti vult Vates. Ad me, non ad Deos alienos, me magis amate, quàm pœnam timete, ad me, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, vt ſancta mater orat Eccleſia, *Conuertimini, &c.* Requiritur vt quot modis Deum offendimus, iiſdem illi reconciliemur. Vt dignos nimirum pœnitentiæ fructus faciamus. At verò, corde, ore & opere in Deum peccauimus, trifariam proinde, ad eum ipſum conuertamur, neceſſe eſt: Corde per contritionem, ore per confeſſionem & opere per ſatisfactionem. Quæ ſunt tres pœnitentiæ partes. De 1. habes, Pſal. 50. *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* De 2. Act. 19. *Multi eorum, qui crediderant veniebant ad Paulum, confitentes, & annunciantes actus ſuos.* Iac. 5. *Confitemini alterutrum peccata veſtra.* De preſbyteris intellige, de quibus paulò ſuprà habitus fuerat ſermo: *Inducat presbyteros Eccleſiæ.* De 3. Matth. & Luc. 3. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Item, Dan. capit. 4. *Peccata tua eleemoſynis redime.* Hìc etiam dicitur: *In ieiunio & fletu, &, ſanctificate ieiunium, vocate cœtum*, ſcilicet ad orationem. His ſiquidem tribus, ieiunio, oratione, atque eleemoſyna: tanquam piis, ſatisfactionis operibus noſtram proteſtamur ac abſoluimus pœnitentiam. Dicens *Conuertimini, &c.* Liberum inſinuat hominis arbitrium, contra hæreticos. Eſt enim in noſtra ſitum poteſtate, Conuerti aut auerti, nec vim nobis adfert ille qui per prophetam, dicit, Iſai. 1. *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.* Item, *Si vis ad vitam ingredi, &c.* *Reliquit Deus*, ait ſapiens, *hominem in manu conſilij ſui.* Memineris D. Auguſt. præclaræ ſententiæ. Qui fecit te ſine te, non iuſtificabit te, non ſaluabit te, ſine te. Sermone 15. de verb. Apoſt. tom. 10. Idem tom. 7. lib. 3. hypognoſticôn. Eſt igitur

Pſal. 50.
Act. 19.
Iac. 5.
Matt. 3. & Luc. 3
Dan. c. 4
Iſai. 1.
D. Aug. tom. 10. Serm. 15. de verb. Apoſtoli.
Idem to. 7. libr. 3. hypognoſticon.

igitur liberum arbitrium,ait, quod quiſquis eſſe negauerit, Catholicus non eſt. Hactenus ille. Imò verò ait D.Hieronymus tom.2.epiſt. Procemio in dialogo aduerſus Pelagianos ſcribit: Manichæorum eſſe hominum damnare naturam, & liberum auferre arbitrium, & adiutorium Dei tollere, & ſic ingrediendum via regia, vt nec ad ſiniſtram, nec ad dexteram declinemus. Idem tom.2.lib.2.contra Iouinianum: Liberi arbitrij condidit nos Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahimur: alioqui vbi neceſſitas eſt, nec damnatio nec corona eſt. Sic ille, & Cicero, teſte D.Auguſtino tom.5.li.5.de ciuitate Dei,c.9.elegit liberum voluntatis arbitrium,& negauit præſcientiam futurorum, atque ita dum vult facere liberos, facit ſacrilegos. Nos & Deum dicimus omnia ſcire antequam fiant,& voluntate nos facere quicquid à nobis non niſi volentibus fieri ſentimus & nouimus. Hæc ille. Vide miram Dei benignitatem. Terret nos Deus, nobiſque minatur, vt ad pœnitentiam excitet, vt ad ſe compellat reuerti. Compelle intrare, ait Verbum Euangelicum, vt qui beneficiis abutimur, aduerſis ad Deum ire cogamur.

D. Hieronymus to.2. epi. procemio in Dialogo aduerſus Pelagianos.

Idem eodem to.2 li.2. contra Iouinianum.

D. Aug. to.5. li.5. de ciuitate Dei, cap.9.

Sic enim D. Hieronymus hunc locum explicat: *Conuertimini ad me, &c.* Quaſi dicat. Omnia quæ ſermone præterito continentur, propterea ſum locutus, vt vos comminatione mea terrerem. Sic ille. Ergo ex corde agite pœnitentiam. Non præteribo auream illam Lactantij, lib.4. de vera ſapientia c.30. ſententiam: Sciendum eſt, inquit, illam eſſe veram & Catholicam Eccleſiam, in qua eſt Religio, Confeſſio & Pœnitentia, quę peccata & vulnera, quibus eſt ſubiecta imbecillitas carnis, ſalubriter curat. Sic ibi. Matt.9. *Veni vocaturus peccatores ad pœnitentiam.* Quomodo ſit agenda pœnitentia, ſequens exprimit ſermo. *In toto corde veſtro in ieiunio, & planctu.* Primò cor, deinde reliqua. Toto corde, ne in vtramq; partem claudicent, mundo & Deo ſimul ſeruire ſtatuentes. Deus vult totum cor. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Toto corde addit: non tantum corde, in quo potiſſimum conſiſtit pœnitentia, ſed toto corde, non vt Hebræi dicunt) corde & corde, id eſt ſimulato, ne dicatur nobis, *Cor eorum longè eſt à me.* Prou.23. *Præbe fili mi, cor tuum mihi.* 1.Reg.7. *Si in toto corde veſtro reuertimini ad Deum, auferte Deos alienos. Præparate corda veſtra Domino, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſtijm.* Deut.4. *Cum quæſieris Dominum Deum tuum inuenies eum, ſi tamē toto corde quæſieris.* Ioſue

D. Hieronymus ad præſentem locum.

Lactātius li.4.c.30

Mat.9.c.

Prou.23.

1. Reg.7.

Deut.4.

Ioſue c.22. *Seruiatis Deo in omni corde, & in omni anima ve-* *Ioſue ca.*
ſtra,& cap.24. *ſeruite ei perfecto corde atque veriſsimo.* Hinc *22.& 24*
conijcere licet,quomodo conuertantur,qui partim calidi,
partim etiam frigidi ſint;ſeu, vt ſcriptura loquitur,tepidi,
de quibus in Apocalypſi,claudicantes in duas partes,arū-
dinibus vento agitatis ſimiles. Contra quos 3. Reg.18. & *3.Reg.18*
Apoc.3.Matth. item 11. c.Eccli.2. *Væ duplici corde.* Iac.1. *Vir* *Apoc. 3.*
duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis,Pſal.11. *In cor-* *Matt.11.*
de & corde loquuti ſunt,id eſt,duplici corde. Scribit Plinius li. *cap.*
11.cap.37.In Paphlagonia bina perdicibus corda.His haud *Eccli. 2.*
abſimiles videntur Academici noſtri temporis dogmati- *Iac.1.*
ſtæ.*Perdix fouit,quæ non peperit.* Hierem.17. *Ad tempus cre-* *Pſal. 11.*
dunt,& in tempore tentationis recedunt.Luc 8.Sed de his nūc *Plinius*
quidem ſatis ſit.*In ieiunio.* (de quo paulò pòſt) in planctu *li.11.c.37*
& fletu, Recogitabo tibi,dicebat pius rex Ezechias,annos *Hier.17.*
meos,in amaritudine animæ meæ.Deflenda ſunt peccata. *cap.*
Vera pœnitentia in fletu & planctu fit.Ieiunij quoque me- *Luc.8.*
minit, tum quòd aptos ad orandum faciat, tum quòd in-
dicium eſt animi ſeriò perturbati, & ad pœnitentiam con-
triſtati,vt & lachrymæ animi teſtes ſunt, vt Luc.7. *Vbi pec-* *Luc.7.*
catricis Magdalenæ, mutæ ſeu, nihil, tunc quidem quod lega-
tur,loquentis lacrymas intelligit.Talem & hic fletum exi-
git Propheta. Nota, Quando cum Deo agendum eſt, pro
impetranda peccatorum remiſſione,& adipiſcenda gratia,
ſeu etiam recuperanda,non conuenit ſaltare,& comeſſari,
ſed ieiunare,plangere & orare, Tobiæ 12.c. *Bona eſt oratio,* *Tobiæ 12*
cùm ieiunio & eleemoſyna. 1. Eſdræ.8.c. *Ieiunauimus, ait Eſ-* *cap.*
dras, & rogauimus Deum noſtrum pro hoc, (vt ſcilicet via *1.Eſdræ*
recta *& abſque offendiculo reuerteremur in Hieruſalem*) *&* *8.cap.*
euenit nobis proſperè.

Scindite corda veſtra,& non veſtimenta veſtra. Veſtes in
magnis doloribus à collo ad pectus ſecundum humeros
ſcindere moris fuit antiquis,(ait ex Miſnaioth de volumi- *Arias ex*
ne paruo c.3.Arias Montanus ad præſentem locum.Diſer- *Miſna-*
tè dicit: non veſtimenta:ſed corda ſcindenda, ſignificans *ioth.*
ſerium eſſe debere dolorem,non ſimulatum quòd cùm fit,
ſequitur ſeria vitæ emendatio. Non veſtimenta veſtra, in-
quam,vt pro more ſoletis. Vulgatā taxat conſuetudinem:
quam hypocritæ dum imitarentur, egregiè putabant à ſe
actam pœnitentiam, quum animo à pœnitētia eſſent alie-
niſſimi. Cor potius vult lacerari, reſectis quæ in eo ſunt
cupiditatibus ac vitiis;quo lacerato,poſſint iam ſi vidētur,
veſtes

Ezec.11. veſtes lacerati.Ezech.11.& 36. *Auferam cor lapideum,& da-*
& 36. *bo carneum,&* c.18.*facite vobis cor nouum,& ſpiritum nouum.*
ca.18. Diuus Hieronymus ad præſentem locum : Quia conſue-
D. *Hie-* tudinis eſt, inquit, vt in triſtibus atque aduerſis ſcindatis
ronymus veſtes, quod Pontifex feciſſe memoratur : Matth. 26. &
ad præ- Act.14.*Paulum & Barnabam audientes verba blaſphemiæ le-*
ſentem *gimus perpetraſſe* : Idcirco ego præcipio vobis,vt nequaquã
locum. ſcindatis veſtimenta ſed corda, quæ plena ſunt peccatis:
Matt.26 Nec deſperetis veniam, ſcelerum magnitudine, quia ma-
Act.14. gna peccata,magna delebit miſericordia.Hæc Diuus Hie-
ronymus.In diſplicentiæ ſignum ſcindebant Iudæi veſtes.
Ioſue7.c. *Ioſue c.*27.poſt anathema Hiericho,quia ſui terga vertebãt
hoſtibus Hai,ſcidit veſtimẽta ſua, & pronus recidit in ter-
ram,corã arca Domini,& miſit ipſe, & omnes ſenes Iſraël
puluerem ſuper capita ſua.Iephte cùm filiam ſuam ſibi vi-
Iudicum deret occurrere,ſcidit veſtimenta ſua,*Iudicum c.11.*quia ni-
c.11. mirum indiſcretè vouerat, quòd primum occurrẽtem of-
2. *Reg.1.* ferret Domino.2.Reg.1. *audita morte Saul,Dauid ſcidit ve-*
ſtimenta ſua. Ioram rex Iſraël,cùm magnam in ciuitate fa-
mem videret,ita vt mulier proprium coxiſſet filium:ſcidit
4. *Reg.6* veſtimẽta ſua.4.Reg.6.& 2.Par.34.*Audiẽs Ioſias verba legis,*
2.*Paral.* *ſcidit veſtimenta ſua,dolẽs ſcilicet Patres ſuos nõ feciſſe,quæ ſcri-*
34. *pta erãt in illo volumine.* O peccatores,dura ceruice,cor ha-
bentes adamantinũ, nedũ lapideũ.Scindite,per contritio-
Epheſ.6. nẽ,corda veſtra.Scindite inquã,*gladio verbi Dei.* Epheſ.6.
& Heb. Heb.4.*Regnũ cœlorum vim patitur* : ait Chriſtus.*Contendite*
4.c. *intrare per anguſtã portã.Vt deſtruatur in vobis corpus peccati.*
Hæc dicit Dominus:conuertimini. Agite pœnitentiã. & Ioannes
Apoc. 2. *Theologus,Epheſino ſcribit Epiſcopo:*Apoc.2. *Memor eſto vnde*
excideris.Age pœnitentiã, & prima opera fac. Scindite,hypo-
criſim excludit, qua facilè ſcinduntur veſtes, mores inte-
rim non mutantur. Pœnitentiæ ſigna multa olim Iudæis,
ſciſſio veſtimentorum ſparſio cineris ,cilicij aſſumptio, &
vſus ſacci:fletus & planctus : Quæ hypocritæ imitari poſ-
ſunt.Sed verã amat pœnitentiã Dominus,& ex corde con-
trito.Veſtimentorum ſciſſio,nedum Iudæis in vſu fuit.Sed
Iob.2. etiam aliis nationibus,in magno luctu.Vnde Iob. c.2.*Tres*
amici Iob inuiſentes eum,exclamãtes plorauerunt,ſciſſiſque ve
ſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum. Sequentia iam
videamus : *Conuertimini ad Dominum Deum veſtrum &c.*
Duo nomina hìc ſunt, יהוה Iehoua:nomen Dei τετραγραμ-
μάτων,id eſt,4. literarum,alias ineffabile.

Cuius

Cuius nominis ea quæ frequētius obſeruatur ratio, ad miſericordiam ſpectat. Alterum nomē eſt אלהים. Elohim, quod ad mundi gubernationem propriè pertinet. Eſt autem huiuſmodi ſententia, Aria huius loci interprete & expoſitore: Cogitare ad quem conuerti debeatis. Ad Dominum Deum veſtrum, ſcilicet miſericordem, & benignum gubernatorem & principem veſtrum, cui vos olim in proprium peculium fuiſtis egregiè præter cæteros homines delecti. Explicitè verò id ſequentia manifeſtant cùm dicitur. *Arias hoc loco.*

Quia benignus & miſericors eſt, patiēs & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. Singula verba vt ad amuſſim expendantur, digna profectò ſunt: Prima vox. חנון Hhannun hoc eſt, Gratioſus, habens voluntatem ad beneficentiam propenſam, amiſſo pectore, vt pater, qui filio prodigo iuit obuiam, & qui relictis 99. ouibus centeſimam exquirit & affert. Audacter, inquam, & intrepidè ad Dominum Deum veſtrum (ἐμφατικῶς) redite: Is vos non repellet. Pſalmographus. Quia non repellet Dominus plebem ſuam. Veniam ſeriò reſipiſcentibus minimè negabit. Eſt enim benignus, beneficus, exorabilis, qui facilè flectatur, non durus & intractabilis. Sic Horatius lib. 1. ſermonum Satyr. 2. *Quippe benignus erat.* *Horat. lib. 1. Serm. Saty. 2.*

Secunda vox, רחום, Rahhum, Miſericors, qui malis & calamitatibus hominum afficiatur, & commoueatur ac condoleat. Quippe ex eodem fonte hoc nomen deriuatur, ex quo, רחם Rehhem, quòd viſcera materna ſignificat, 3. Reg. 3. De vera matre ſcribitur: *Commota ſunt viſcera eius*, appoſitè quadrat & illud Luc. 1. *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos Oriens ex alto.* *3. Reg. 3. Luc. 1.*

Tertia dictio eſt, Patiens, Hebraicè, ארך אפים, Ereh apaim, ad verbum latis naribus hominem ſibi. Nam qui anguſtioribus naribus ſunt, citiſſimè irarum fumos concipere, & tardiſſimè efflare, deponeréque iram ſolent: Contrà qui latiores narium feneſtras habent, & tardiùs iraſcuntur, & citiùs placantur.

Ergo trāſlatitiè Deo tribuitur accommodatúrque iſtud Epitheton, quaſi dicat: tardus ad iram, lōgus irarū, qui diu conniueat ad peccata, & ad pœnitentiam expectet ac inuitet: 70. dicunt μακρόθυμος longanimis ſeu longæ iræ, non iræ impotens, iracundus, & repentè puniens. Iandiu expectauit, Expectat autem vt miſereatur noſtri: *Iſai. 30.* *70. Interpretes. Iſai. 30.*

Expectat

Expectat ac præſtolatur, vt emendemur. Nam ſi vindictę fuiſſet auidus, omnes iam peccatores perdidiſſet, vnde Pſalmiſta, Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? Quartum verbũ eſt, Multæ miſericordiæ, &c.
Epheſ.2. Eſtque id quod *Eph.2. Diues in miſericordia,* interpretatur. Profectò illud experimur magno noſtro bono veriſſimum
Pſal.144 eſſe, *Pſalm.144. Suauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Græci dicunt πολυέλεος, ad verbum, multæ miſericordiæ. Vltimum porrò vocabulum eſt: *Præſtabilis ſuper malitia &c.* ſiue conſolabilis ſuper malum, ſignificat autem animum placatu facillimum, qui facilè ſententiam reuocet, nec pœnam irroget, quam ſtatuerat.
Exo. 32. *Exod.32. Moſes Dominum rogat, Eſto placabilis ſuper nequitia populi tui, & placatus eſt Dominus ne faceret malum, quod lo-*
Iona, ca. 4. *cutus fuerat aduerſus populũ ſuum. Iona, c.4. dicebat: Scio quia tu es Deus clemens & miſericors, patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia, ſiue, quem mali pœniteat: nam ſi egerimus ſuper peccatis pœnitentiam, & ipſum pœnitebit comminationis ſuæ, & mala quæ comminatus eſt, nobis non inferet.* No-
D.Hieronymus in Ionam c.4. ſtræque mutationę ſententiæ, ait D.Hieronymus præfati loci Ionæ interpres, & ipſe mutabitur. Sic ille. Quod ſic accipe, ad modum mutati ſe habet, ſicut & eum pœnitere dicitur in Geneſi, id eſt, ad modum pœnitentis ſe habet. Deus namque alioqui nulli mutationi, nulliúque viciſſitu-
Malach. 3. dini obnoxius eſt. *Malach.3. Ego Dominus & non mutor.*
Iac..1 *Item Iac.1. apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Non eſt leuiter aut perfunctoriè tranſeundum, quòd magnificè adeò, de Dei inſigni clemẽtia, bonitate, ac longanimitate, à Vate noſtro hic commemoratur, tot attributorum congerie, ac Epithetorum copia. Suis enim coloribus Deum pingit, vt territos magnitudine peccatorum animos erigat, & in ſpem veniæ vocet. Gratioſus eſt, inquit facilis ac benignus. Quod ex Antitheſi hominum amplius illuſtratur. Nos etenim ferè duri ſumus
Homer⁹ Iliade. & implacabiles, vt Achillem Poëta pingit. Contrà Deus ſe facilè flecti ſinit, ac ignoſcit, etiam quum videtur iratiſſimus, cor molle natura retinet. Pſalmographo atteſtante, *Nunquid obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?* Cõſcij peccati ab eo, vt Adam in Geneſi, refugimus, verùm Dei ingenium vobis ob oculos ponendum, quòd ſit clemens ac pius, imò verò propenſior longè ad miſerendum, quàm ad puniendum ſeriò nobis

cogitan

cogitandum eſt, vt iuxta *D. Pauli Hebr. 4. conſilium, adea-* *Heb. 4.*
mus cum fiducia ad thronum gratiæ eius &c. Imitandum &
Dei opt.max.exemplum, vt gratioſus ſis ac clemens,te re-
conciliari ſinas iis, qui te offenderunt. *Eſtote, inquit Chri-*
ſtus,miſericordes,ſicut pater veſter cœleſtis miſericors eſt.Luc.6. *Luc.6.*
Pro,Benignus, poſuerunt 70.ac tranſtulerunt ἐλεήμων, mi-
ſericors, quod perbellè conuenit noſtro inſtituto. Secun-
dò ex viſceribus miſericordiæ aliorum malis afficitur, ſi-
cut de Chriſto Deo incarnato *Luc.7.* legitur, Viduam ma- *Luc.7.*
trem vnicum filium ſuum lamentantem, cùm vidiſſet Do-
minus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi: Noli fle-
re, ſuſcitauítque eius filium. Præterea *Luc. 15. Cùm adhuc*
longè eſſet Prodigus, vidit illum Pater ipſius, & miſericordia
motus eſt,& accurrens cecidit ſuper collum eius,& oſculatus eſt
eum. Hæc eſt, στέργη φύσικη, iſta ſunt viſcera miſericordiæ.
Nos contrà inimicorum incommodis lætamur, & nocen-
di occaſiones quærimus,at Deus inuito animo punit. Do-
let, quod peccatis noſtris coactus ſit pœnas infligere. Cu-
pit te conuerti vt pœnas abrumpat. Idem faciendum in
proximum, vt malis eius condoleas. Tertiò ira tardus, ſi-
gnificat Deum, etiam quum putatur iraſci, pœnas infli-
gens, nondum verè iraſci, Eſt flagellum patris, non ex
ira, ſed ex paterno amore proficiſcens.*1. Corinth. 11. Dum* *1.Cor.11.*
iudicamur, à Domino corripimur,vt non cum hoc mundo dam- *2.Mach.*
nemur. & 2. Mach.6. Etenim multo tempore non ſinere pecca- *6.*
toribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni
beneficij eſt indicium. Per pœnam quærit ſalutem noſtram
& emendationem, non in pœna acquieſcit. Non ſolet ira-
ſci Dominus, niſi prorſus nulla emendationis ſpes relin-
quatur. Et hoc ad noſtrum exemplum trahi debet, ne fa-
cilè irritemur: ſed libenter proximo condonemus, ſiquid
in nos peccauerit. Ira tardus meritò vocatur, quia tem-
pore Noë expectauit per centum annos, vt haberent ho-
mines ſpatium pœnitentiæ. Mittebat Moſem & Aaron ad
Pharaonem priuſquam eum ſubmergeret. Præmoniti fue-
rant Sodomitæ per Loth,antequàm de cœlo ignis deſcen-
deret. *Geneſ. 19.* Iudæis Apoſtoli Chriſti diu prædicaue- *Gene.19.*
runt, priuſquàm Romani eos expugnarent. Stercorat
Dominꝰ fici arborem adhuc anno 3.nec ſtatim eam quam-
uis infructiferam ſuccidit: *Luc.13.* Nemo tamen ideò quia *Luc.13.c.*
tardus eſt Deus ad iram, tardus ſit ad vitæ emendatio- *Eccli.5.*
nem: Hinc *Eccli. 5. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne*

k *differas*

Eccleſiaſtes.ca.8.

differas de die in diem. Item Eccleſiaſtes cap. 8. quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Audiamus nos peccatores. Qui nunc multus eſt ad ignoſcendum, multus erit ad vlciſcendum. *Furor fit læſa ſæpiùs patientia*, vt ait Publius minographus apud Macrobium lib. 2. Saturnaliorum cap. 7. Et nos Dei imitatione atque exemplo, tardos ad iram eſſe conuenit Iacob. 1. Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur. Quartò multæ miſericordiæ, ſeu multum beneficus dicitur: affligit, vt poſſit in nos eſſe beneficus, non vt perdat: noſtri diſſimilis, qui in eos qui nos offenderunt duri ſumus. Etiam in ingratos Deus eſt beneficus. ad hoc exemplar nobis quoque reſpiciendum, vt ira victa, in eos qui nobis nocuerunt, ſimus benefici, vt ita nos probemus Dei filios.

Macrobius li. 2. Saturnal. ca. 7. ex Publij mimis.

Iac. 1.

Matth. 5.

Matth. 5. Benefacite his, qui oderunt vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui ſolem ſuum oriri facit, ac pluit etiam ſuper malos atque iniuſtos, nedum ſuper bonos, iuſtóſque. Quintò, Pœnitens ſuper malum &c. ex collatione hominum intelligitur, quia ira accenſi ſic ardent, vt calamitatibus inimicorum ſatiari nequeant. At Deus ſi emendemur, pœnas quoque reuocat, flagellum abiicit. Eundem affectum experiuntur parentes in liberis, in quos vbi animaduerterunt, virgam in ignem abiiciunt. Non punit nos Deus optimus ad rigorem, non agit nobiſcum ſummo iure, vt dici ſolet, ſed eſt placatu facilis. *Præſtabilis ſuper malitia, ait ſacer contextus. Thren. 3. miſericordiæ Domini quia non ſumus conſumpti.* Has inſignes conſolationes Vates ſacer proponit hoc loco valdè congruè, vt in calamitatibus nos erigamus & ſolemur, ne victi deſperatione, inſtar Cain, Iudæ proditoris & apoſtatæ ac ſimilium reproborum, à ſalute excidamus. Valdè autem peccant, qui tanta Dei bonitate abutuntur, ſecuri pergentes in péccatis, tergum obuertentes, cùm deberent ad Deum ex animo conuerti, hac bonitate inuitati. Hac concione minuendi fuerant aduerſus deſperationem animi. De Ara miſericordiæ opportunus eſſet hîc dicendi locus, niſi in Decadibus noſtris affatim de ea conſcripſiſſemus, ex Statio Papinio, lib. 12. Thebaidos, & Plutarcho to. 1. Opuſc. lib. de ſuperſtitione, ac denique Luciano. to. 2. in Demonactis vita. Vocauit illam. τοῦ ἐλέου τ̃ βωμὸν. Miſecordiæ altare ſeu aram, apud Athenienſes olim magno in honore habitam, quam Pauſanias in Atticis lib. 1. Athenis erectam fuiſſe, teſtatur. Nunc ad ſequentia progrediamur

Thren. 3. Statius Poëta li. 12. Thebaid. & Plutarc. to. 1. Opuſc. lib. De ſuperſtitione, & Lucian⁹ tom. 2. in Demonactis vita. Pauſanias denique in Atticis lib. 1.

Quis

Quis ſcit, ſi conuertatur & ignoſcat Deus? &c.

Quis ſcit? Latinè negatiuè vel dubitatiuè ſonat. Sed hæc vox non tam dubitationem hoc loco, quàm affirmationem in ſe continet. veluti *Eſther, c. 4. Et quis nouit, ait Mardochæus, vtrum idcircò ad regnum veneris, vt in tali tempore, calamitoſo ſcilicet, parareris? Vt pereunti populo Domini ſuccurreres?* Quaſi dicat, non dubito quin eo pręſertim nomine te huc Deus promouerit. Res ipſa nunc ſatis oſtendit te propterea eò faſtigij prouectam fuiſſe, vt populum liberares. Quis ſcit? Non quòd de Domini voluntate dubitetur (qui & Ezech. 18. ſe nolle peccatoris reſipiſcentis mortem clamat. & *1 Timoth. 2. vult omnes homines ſaluos fieri*) ſed quòd dubitatio ex parte noſtri ſit, non ex parte eius qui ſemper paratus eſt ignoſcere, ex animo conuerſis ad ſe. Quis ſcit? inquit ille, an conuertetur & pœnitudine tangetur? &c. Ego verò, ait D. Gregorius, Theologus cognominatus, oratione in plagam grandinis, id planè ſcio: ego miſericordiæ diuinæ ſponſor. Haud dubiè miſſa facta ira, quæ ipſius naturæ aduerſatur, miſericordiam, quæ ipſi natura ineſt, amplectetur: Ad illam enim à nobis vi pertrahitur: ad hanc ſuapte natura fertur. Cùm igitur non niſi coactus percutiat, quid afferri poteſt, quin natura ſua bonitate vtens, indulgentem ſe nobis præbiturus ſit, modò noſmetipſos noſtri miſereat, iuſtíſque patris viſceribus viam patefaciamus, ac proinde in lachrymis ſeminemus, vt in exultatione metamus. *Pſal. 125.* Niniuitas imitemur, non Sodomitas. Peccato medeamur, ne cum peccato conficiamur. Ionam concionantem audiamus, ne ignis & ſulphuris illuuie obruamur. Hactenus Nazianzenus. Præterea quòd, etſi culpam remittat, non tamen ſemper ſtatim pœnam, calamitatémque corporalem auertat: vt Nathan Regi Dauidi pœnitenti dixit, *lib. 2. Regum.* Senſus ergo erit. Quis ſcit? Quaſi dicat, fieri poteſt vt nō ſolùm culpam condonet (qua de re nequaquam dubitandum eſt, quum ſit clemens, longanimis, & multæ miſericordiæ, vt ſuprà dictum eſt) ſed & aduerſa pœna corporali, ſeſe placabilem oſtendat. Vati ſiquidem dubium non erat, quin Deus huic populo parceret, ſi ſeriò reſipiſceret, ſed dubitabat ſi bellum Babylonicũ impẽdens auerteret Dominus. Quamuis namque ille delictis ignoſcat: ſæpè tamen temporalibus pœnis nos caſtigat. Et quod hîc propheta de re loquatur temporaria, liquidò conſtat ex ſequentibus: Ita vt poſt ſe

Eſther, cap. 4.

Ezech. 18.

1. Timoth. 2.

D. Nazianzenus, Orat. in Plagam grãdinis.

Pſal. 125.

Lib. 2. Reg. c. 12.

relinquat benedictionem, qua mala hæc omnia auertat, ita vt abundè vobis ſacrificia offerenda Domino ſuppetant. Benedictio corporalis accipi poteſt, quòd à Babyloniis ſint liberandi, ſi agant pœnitentiam. Placet quod D. Hieronymus ad hunc ſcripſit locum in medium proferre: Ne magnitudo clementiæ, inquit, nos redderet negligentes adiungit: Quis ſcit ſi conuertatur, &c. Ego, inquit, hortor, quod meum eſt, ad pœnitentiam, & Deum ineffabiliter noui eſſe clementem. Dicente Pſalte, *Pſal.50. Secundum magnam miſericordiam tuam.* Sed quia profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei noſſe non poſſumus: ideò ſententiam tempero, & opto potiuſquàm præſumo. Sic ille. *Docemur ſalutem cum metu & tremore operari. Philipp. 2.* Non ergo temerè & arroganter ſecuritatem nobis promittamus. Perſuaſi quidem ſumus quòd quicunque mandata ſeruauerit, & in bono ad finem vſque perſeuerauerit, ſaluabitur. Verùm, *Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum? Prouerb. 20.* Et Pſaltes, *Delicta quis intelligit? ac Paulus, nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, non ipſos ſeducimus. Eccleſiaſtes cap. 9. Neſcit homo vtrum amore an odio finali ſcilicet, dignus ſit.* Ergo ſine ſpeciali reuelatione, non eſt quis certus certitudine fidei, ſe eſſe in gratia contra modernos hæreticos. Debet quidem quilibet pœnitens bene ſperare de Dei miſericordia. Non tamen præſumere de ſe, quòd certò ſaluabitur, ſed potius cum Dei timore bonis operibus inſudare. Quis ſcit? Licet Prophetæ ex inſtinctu Spiritusſancti, afflictiones denuncient, neſciunt tamen quandoque vtrum ſit prophetia prædeſtinationis, an comminationis, quæ propter pœnitentiam impeditur: *Ionæ 3. quis ſcit, ſi conuertatur & ignoſcat Deus, & non peribimus.* Minatur quidem Deus ſe calamitates inflicturum: ſed ſi homo agat pœnitentiam, parcit. Relinquet benedictionem, id eſt, Dominus benedicet eis in domibus, agris, ſegete, *Pſalm. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum. Item, Benedictionem dabit legiſlator.* Dei miſericordia exhauriri nequit. Veruntamen ad Hieroſolimitanæ Reip. reſtitutionem commodè referendum eſt vatis noſtri oraculum. Quis ſcit ſi ignoſcat Deus? Namque Iudaicarum rerum reſtitutio illa, quæ Zorobabele duce contigit, hoc in loco promittitur & prædicitur. Poſt 70. enim annos in patriam remigrare permiſſi ſunt, ac, vt Iuriſconſulti

verbo

D. Hieronymus ad hunc locum.
Pſal. 50.
Philipp. 2.
Prou. 20.
1. Ioan. 1.
Eccleſiaſtes ca. 9.
Ionæ 3.
Pſalm.

verbo vtar, poſtliminio reuerti. Verùm enimuerò cùm non ad illum ſplendorem, atque eam fœlicitatem, in qua antea res eorum fuerant, redierint: imò reliquiæ tantum quædam ex illa fœlicitate ab exilio quaſi reuerterentur, *ob eam rem ait: Relinquit benedictionem,* Non abſimile eſt illud, *Iſai.1. Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen hoc velut exiguum, quaſi Sodoma fuiſſemus.* Sic benedictio hoc in loco partem aliquam tum gentis, tum ſacrorum ac ceremoniarum ſignificat, qualem vates indicat: Sacrificium & libamen. Ac tantùm quidem illis ſacrificiorum cultus reſtitutus eſt; cætera omnia vt prophetiæ & oraculorum frequentia, arca, & alia diuinæ præſentiæ argumenta omnino ſublata ſunt. Scribit Genebrardus in Chronographia, quòd templum ſecūdum quinque rebus carebat quæ prius mirum in modum reddebant auguſtum & venerabile. 1. Diuina præſentia, quæ ad propitiarium oracula edebat. 2. afflatu ſancto, qui prophetas olim corripiebat. Nam à Malachia ad Ioannem Baptiſtam, nulli extitere prophetæ. 3. Igne ſacro, cuius cuſtodiam tam anxiè Moſes, *Leuit.6.* præceperat: Nunquàm enim compatuit, ex quo in puteum à ſacerdotibus, ne in impiorum manus caderet, merſus eſt: *2. Machab. 14.* Vrim & Thumim, qui erant lapides in pectorali pontificis, quorum conſpectu ſacerdotes occulta intelligebant, & populo denunciabant, dum plus ſolito radiarent lapides. Nam ſi retinerent naturalem ſpeciem ac colorem, nihil eſſe mutandum docebatur. Superius itaque oraculum vocale erat: Iſtud autem mutum, vt quod nutu & ſignis conſtaret. 5. Arca, ipſiúſque tegmine, id eſt, propitiatorio, & duobus Cherubin, arcæ hærētibus, in quibus Deus ſedere dicebatur, propter ſui copiam, quam illic Pontificibus faciebat. Arcæ nomine vtramque intelligo: vnam, à Moſe conſtructam, ſacrorum monumentorum receptatricem: alteram à Salomone. Tum verò loco eius, lapidem poſuerunt è terra præminentem tres digitos, & ſuprà habentem thuribulum &c. Hæc ille. Deprecemur Chriſtum, vt Remp. Chriſtianam in ſuo nomine reſtituat, atque bella ciuilia pluſquam inciuilia, hęreſéſque graſſantes, miſericorditer ceſſare faciat. Ipſi gloria, qui eſt Deus benedictus in ſæcula.

AMEN.

Iſai.1.ca.

Genebrardi Chronograph.

Leuit. 6.

2.Mach. 14.

HOMILIA XIII.

Canite tuba in Sion , Sanctificate ieiunium, Vocate cœtum , Congregate populum, Sanctificate Eccleſiam,Coadunate ſenes : Congregate paruulos & ſugentes vbera:Egrediatur ſpõſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulum & altare plorabunt ſacerdotes miniſtri Domini , & dicent,Parce Domine, parce populo tuo:& ne des hæreditatem tuam in opprobrium vt dominentur eis nationes.Quare dicent in populis, vbi eſt Deus eorum?&c.

IOELIS CAP. II.

Prouerb. 28.c. BEne admodum ſapiens , *Prouerb.28. Beatus homo,*ait,*qui ſemper eſt pauidus.* Eccleſiaſti-
Eccli.5. cus conſimiliter,*cap.5.De propitiato peccato,*
Heb. 12. inquit,*noli eſſe ſine metu.* Et Diuus Paulus,
Hebr.cap.12.Seruiamus placentes Deo , cum metu & reuerentia. Etenim Deus noſter ignis
Mat. 10. *conſumens eſt,*Chriſtus quoque *Matth.10.Timete eum qui poteſt animam & corpus mittere in gehennam :* Ideò non ſatis fuit Ioëli,præmittere,Quis ſcit.Si conuertatur & ignoſcat Dominus? vt homo ſe ſemper inutilem ſeruum agnoſcat, ac ſeipſum humiliet , ſub potenti manu Dei , dicens cum viro iuxta cor Dei ſancto nimirum,Dauide:Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens , ac vt non in ſuperbiam efferatur cum hæreticis modernis blaterantibus:Cogitur nos ſaluare Deus, quia promiſit. Quaſi verò ob nudam fiduciam ac vanam præſumptionem noſtram , Deus redda-
Heb.5. tur nobis debitor , cùm Paulus Apoſtolus eius , conteſte-
Mat. 19. tur : *Hebr.5.Factus eſt,*inquit , *omnibus obtemperantibus ſibi,*
cap. *(quod valdè nota)cauſa ſalutis æternæ.* Et *Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata,*ait diſertè ac profeſſo Dominus

minus noſter. Non, inquam, ſufficit Prophetæ, dicere: *Quis ſcit ſi ignoſcat Deus?* ſed etiam ſubiecit dicens: *Canite tuba, &c.* Q. d. ô concionatores viuæ vocis oraculo, tanquam tubæ clangore, excitate peccatores ad pœnitentiam, ne pereant aliquando. Similis verſus præceſſit, quem ſuprà expoſuimus, ſequitur, *Sanctificate ieiunium.* Rupertus in Ioëlem ſic commentatur. Plus eſt ſanctificare ieiunium quàm ieiunare, quia impij, qui non remiſſionem peccatorum, ſed tantùm malorum præſentium ieiunando quærunt remedium: Ieiunant quidem, ſed non ſanctificant ieiunium, vt Achab, qui ieiunauit, 3. *Reg.* 21. non vt veniam peccati & vitam æternam acciperet, ſed ne temporali regno viuens careret: &, vt ait Lyranus noſter, potius timore pœnæ ieiunauit, quàm Dei amore, ſicque euaſit pœnam deletionis domus ſuæ, licet non fuerit humiliatio illa meritoria gratiæ. Vel, ſi non fuit ficta, ſed vera pœnitentia, fuit ad horam, nec diu illa permanſit. Ieiunauit ergo, ſed non ſanctificauit ieiunium, ideóque recepit mercedem tranſitoriam. Hebræi ſanctificare exponũt, præparare, vt ſuprà admonuimus, ſed expoſitio, ex tertio præcepto colligenda, ſanctificandum Sabbathum, id eſt, ponendum in res ſanctas, & Dei verum cultum atque obſequium ſeu ſeruitium, non in negotia profana quibus vacabatur aliis diebus. Vnde tranſlatum ad alia vocabulum. Benè ſanctificari dicitur ieiunium, hoc eſt, ad Dei cultum ordinari, & non ſimpliciter indici ac præparati. Quandoquidem *Luc.* 2. De ſancta Anna legitur, quòd ieiuniis Deo ſeruiebat, ſeu cultum latriæ, vt indicat Græca dictio λατρεύουσα, ſoli Deo debitum, exhibebat. Iac. Gorſonis animaduerſione ſua in Cruſium, ante medium, ita ſcribit: Chriſtus ipſe & à ieiunio ſuam doctrinam exorſus, & ieiunandi rationem Apoſtolis demonſtrauit, vitia Phariſæorum ieiunantium correxit & notauit. Vos ieiunia ridetis, Montanumq; dogma rationem ieiunandi appellatis: Chriſtum ipſum, qui ieiunij leges docuit, eius hæreſeos damnatis, ventri veſtro auaro ſeruitis, ac vt idolũ colitis. Nam ſi ieiuniũ nihil eſt, cur Chriſtus ieiunauit? & ieiunandi ſuis leges dedit? nõ facturus, ſi ieiuniũ nihil eſſet, ſi vẽter obeſus illi placeret. Deinde, Nolunt Dęmones ſuos ieiunio extenuari, non amant homines ſiccos: plenum vẽtrem, & ea quę ſub ventre ſunt, quæque in libidinem deſpumant, colunt, & affectantur: hos

Rupert⁹ in Ioëlẽ, 2. cap.

3. Reg. 21

Lyranus vbi ſuprà in li. Reg.

Luc. 2.

Iac. Gorſonis in Cruſiũ,

amant,horum nidore ſuauiſſimè delectantur. Quos vt pij à ſe abigant,à ſuóque conſortio depellant,ieiuniis corpora macerant, animum in oratione aſſidua detinent, ac in neutro locum hoſti dant. Diſſuadet igitur hoſtis noſter ieiunia,ne ſuaui illo nidore,quem crapula,quem gula, eructant,priuetur,& quibus laqueis hominem ſemel cepit, iis, eum ſemper retinere contendit. Gula & venter parentum noſtrorum, laqueus Sathanę fuit. Hoc hamo capti ſumus , his catenis vincti , ad libertatem , quam nobis Chriſtus Ieſus attulit,aſpirare non poſſumus. Chriſtus in prælium progreſſurus , ieiunio ſe munit ; eſca omni & potu dies quadraginta & noctes abſtinet , ac ita armatus in præliũ deſcendit , hoſtemq; in arenam euocat.Ieiunio mens armatur, ac in prælium aſſurgit. Alia eſt huiuſmodi aduerſus homines pugna , & alia aduerſus aëreas poteſtates. Hinc ieiunio & abſtinentia à cibis vinóque , milites firmantur:in illa cibo & potu reficiuntur. Non quia igitur mundi huius miles & athleta , edendo & potando vires colligit,etiam miles Chriſti Ieſu,fortis in ſuo certamine aduerſus hoſtem corpore carentem firmus erit.Cõtraria ratio eſt hic belli,contraria hoſtium. Quam quòd Paulus Spiritu ſancto repletus non ignoraret , à comeſſationibus,ebrietatibus,luxuriáque nos auocat,ſobrios,caſtos, pudicos,vult eſſe , ne corda noſtra grauentur crapula,ſeriò hortatur etiam ipſe Chriſtus : Vigilaréque iubet vterque. Vigilare autem comeſſatores & ebrij non poſſunt,totas noctes & dies ſtertunt, libidinéſque deſpumãt. Proindéque Petrus dixit , ſobrij eſtote , & vigilate , &c. quòd ſciret neminem vigilare poſſe , niſi ſobrius ac ieiunus fuerit. Somni materia eſt, comeſſatio , ſaturitas , ingurgitatio,& ebrietas:ieiuna mens & ſobria vigilat. Idẽ in ſequentibus , Chriſtus , ait , ieiunandi rationem à patribus ſanctis inſtitutam, à prophetis cuſtoditã , à Phariſæis deprauatam, & ſuperſtitionibus oppletam,reuocauit, renouauit,emendauit,purámq; nobis tradidit.Ieiunamus aũt certis temporibus,certiſq; cibis abſtinemus, ſed non à Tatiano,& aliis hæreticis,qui nihil de ieiunij legibus ſcripſerunt,eum ritũ,inſtitutumque accipimus, Chriſtum auctorem ieiunij profitemur , Eccleſiæ leges in eo exercendo ſeruamus.Ieiunia igitur non vt Tatiani, ſed vt Chriſti diſcipuli ſeruamus:Sic Gorſcius. Sed de ieiunio iã in ſuperioribus dictũ eſt.*Congregate populum,Sanctificate Eccle-*

ſiam,

ſiam,&c. id eſt,iubete conuenire tanquã ad res ſanctas nõ tanquam ad prophanum ſpectaculum.Congregate, &c.ad charitatem pertinet,vt iuncti ſimus.Non poteſt fieri,quin plurium in vnitate fidei cohærentium vota exaudiantur, promittente Chriſto:Matth.18.*Vbi duo vel tres fuerint cõgregati in nomine meo, ibi in medio eorum ſum.* In quem locum ſic D. Hieronymus ſcribit: ſe dicit inter duos & tres mediũ fore.Iuxta illud exemplum tyranni, qui duos amicos captos,cùm vnus ad viſendam matrem reuertiſſet: & amicũ pro ſe vadem(*Gal. plege*) dediſſet:ſic probare voluit, vt vno tento, alterum dimitteret. Cumq; reuertiſſet ad condictã diem,admirans amborum fidẽ, rogauit vt ſe haberent tertium.Sic D.Hieronymus. Hæc autem ex Cicerone lib.3.De officiis,declinando verſus mẽdia, ſumpta ſunt.Placuit verò illa tranſcribere. Damonem & Pythiã Pythagoreos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe, vt, quum eorum alteri Dionyſius Tyrannus diem necis deſtinaſſet:& is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet:vas factus ſit alter eius ſiſtendi, vt, ſi ille non reuertiſſet, moriundum eſſet ſibi ipſi. Qui cùm ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit vt ſe ad amicitiam tertiũ aſcriberent. Hucuſque Cicero ſuis ipſius verbis, id eſt, eloquentiſſimis ac facundiſſimis. Congregate populum ad orationem publicam. Domi quidem orare poſſumus, vt D. Chryſoſtomus Hom. 79. ad populum Antiochenum, admonet. Sic autem vt in Eccleſia non poteſt, vbi tanta patrum multitudo,vbi clamor ad Deum vnanimiter emittitur. Non ita Dominum per te ſolum orans audieris, vt cum fratribus tuis. Hic enim maius aliquid eſt,puta vnanimitas,& conſonantia,charitatiſq; vinculum,& ſacerdotum orationes. Propterea namque Sacerdotes præpoſiti ſunt,vt multitudinis orationes cùm ſint infirmiores, hiſce potentiores adiungentes,pariter cum illis in cœlum aſcẽdant. Magna vis eſt orationis in Eccleſia eõcorditer à populo obiatæ.Hucuſq; D.Chryſoſt.Eodem toto Homilia 3. contra Anomæos,De incomprehenſibili Dei natura circa finẽ,eadem fermè repetit,ita ſcribẽs:Si & domi quoq; datur orandi facultas,tamen fieri non poteſt, vt domi tã benè ores,quàm in Eccleſia, vbi tot patres, vbi clamor fœlici ſocietate excitus, ad Deum immortalem refertur, non pariter exoras, cùm ſolus Dominum obſecras, atque cum

Mat.18.

D. Hieronymus in Matt. 18.

Cicero libro 3. de officiis.

D. Chryſoſtomus tom.5.ad populum Antiochenum Homil. 79. de oratione.

Idem to. eodẽ homil.3.cõtra Anomæos.

tuis fratribus. Eſt enim in hoc plus aliquid, videlicet concordia, conſpiratio, concordia amoris & charitatis, ſacerdotum clamores: Præſunt enim ob eam rem ſacerdotes, vt populi orationes, quæ infirmiores per ſe ſunt, validiores illas complexæ ſimul in cœlum euehantur. Hæc os illud verè aureum. Quod ſingulis petentibus negaturus fortè fuerat Dominus, multorum vnanimitati precantium ferè tribuit. *Coadunate ſenes congregate paruulos & ſugentes vbera, &c.* Senum meminit, quòd alios exemplo ſuo, ne ſacra publica negligant, inuitare debeant infantes ſimiliter lactentes, afferri iubet, etſi quid agatur non intelligant, nec ſenſum habeant calamitatũ, id ſanè propter rudiores, vt moueãtur ad reformationem morum, ex aſpectu & cõpaſſione infantium, quorum malis natura mouemur. Videntes igitur ad ætatem innocentem etiam pertinere pericula, citiùs ad honeſtatem componantur. Tandem ſponſi & ſponſæ meminit, vt à licitis etiam voluptatibus abſtineant, non quòd coniungum damnet conſuetudinem (ſponſi namque gaudium in ſcriptura celebratur. *Tanquã*
Pſal. 18. *ſponſus procedens de thalamo ſuo*, Pſal. 18. Nimirum cum alacritate, & gaudio plenus). Triſtis & mœrens hic de thalamo ſuo exire iubetur, quòd horribilis dies Domini immineat. Etiam honeſta & conceſſa gaudia in publicis calamitatibus interdicuntur, intermittunturque, vt omnes feriò pœniteat, & ad orandum Deum melius diſponantur: pro-
1. Cor. 7. ut ſcribit Apoſtolus, 1. Cor. 7. *Nolite*, ait, *fraudare inuicem, niſi fortè ex cõſenſu ad tempus, vt vacetis orationi.* Vrias ſum-
Reg. 11. moperè laudatur, qui nefas ducebat, ad ſuam ingredi vxorem, 2. Regũ 11. cùm Iſraël bello graui eſſet implicitus. Ne igitur cùm pœnitentia publica indicitur, (quàm ieiunium & litaniæ concomitantur) priuata gaudia, quãuis ſint aliàs licita conſectemur. Vide amabo pulchrum ordinem, ſenes ponit primo loco, quorum reuerentia iuniores moueantur. Paruulos deinde memorat, ad quos publica quoque pericula & calamitates pertinent. Non enim parcit Deus in afflictione publica infantibus, vt videre eſt in diluuio, in Sodomorum conflagratione ſiue incendio. Item in cœtu publico lactentes quoque adeſſe
In Iona, & Gen. 21. iubet, ad afflictionem etiam & ieiunium, vt eorum afflictione Deus moueatur, quemadmodum & de Niniuitis legimus, & Geneſ. 21. exaudiuit Deus vocem pueri Iſmaël. Tertio loco nominat ſponſum & ſponſam, quia in periculis

culis publicis continere ſe debeant, vt commodiùs vacent precibus, quod & Paulus conſulit, vt ſuprà produximus. Quandoquidem vt concionator præſcribit. Eccleſ.3. *Eſt tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.* Prohibuit Dominus Hieremiæ ſancto, c.16. eo quòd variæ ærumnæ inſtarent, vxorem accipere. Rationabiliter verò, temporibus Aduentus ac Quadrageſimæ Eccleſia nuptiarum celebrationem prohibet, quia multa ſe immiſcent nuptiis, quæ pœnitentiam impediunt, & ab orationis auocant feruore. Sed antequam ad ſequentia progrediamur, ſubmouere opus eſt emergentem ſcrupulum, an & paruuli, ſugentéſque vbera, teneantur ad Eccleſiæ ieiunia? Ioël enim hoc loco iubet congregare paruulos ac ſugentes vbera, nempe ad ieiunium, & cœtum ac publicas collectiones, quæ fieri ſolent in Eccleſia: igitur ad Eccleſiaſtica ieiunia videntur aſtricti. Reſpondeo, quod regulariter quidem non comprehendunt indicta ieiunia, niſi adultos, non autem lactentes, tamen in ſpeciali caſu, & extra ordinem, cùm magna ac grauis quædam imminet anguſtia, & tribulatio publica, tum pueris etiam & lactentibus indicitur ieiunium, vt prouocetur Deus ad miſericordiam. Nec tamen id trahendum eſt in conſequentiam, niſi fortè ſimilis impenderet caſus. Sic Alexander noſtri inſtituti, ac Diui Bonauenturæ præceptor, parte 4. quæſtione 28. membro 6. articulo 2. §.3. reſoluit, cuius irrefragabilis doctoris ſequor ſententiam. Ad cuius confirmationem & illud adduci poteſt, ex Regulis Iuris. Quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet: at verò publicæ calamitates, paruulos etiam inuoluunt, vt quotidiana docet experientia. Ergo ad placandam Dei iram & prouocandam eius miſericordiam, congruum eſt paruulos etiam in huiuſmodi caſibus, afflictionis eſſe participes, non minus quàm iumenta, boues, & pecora; apud Ionam cap.3. *Homines & iumenta non guſtent quicquam.* Vbi enim Reipub. procella ingruit, citiùs flectitur ad miſericordiam Dominus, ſi cuiuſcunque ætatis, ſexus, ac conditionis homines fuerint, pœnitentiæ publicæ ſigna demonſtrent. Quomodo enim non acceptum haberet paruulorum ieiunium ille qui *ex ore infantium & lactentium* (iuxta Pſaltem Regium) *perfecit laudem?* Mitto dicere de ieiuniis infantiæ Diui Nicolai, qui quarta ſextáque feria, ſemel duntaxat ſugebat vbera, ſeruans ieiunia.

Eccl.3.c.

Hierem. c.16.

Alexander de Ales parte 4. qu. 28. membro 6. artic.2. §.3 ſummæ Theolog.

Regulæ Iuris.

Iona c.3.

Pſal.8.

ieiunia. *Inter veſtibulum & altare plorabunt Sacerdotes, &c.* Videtur non licuiſſe ibi flere: Neque enim in magni regis domo miniſtros plorantes eſſe decuit, iuxta illud E-
Eſther ſther 4. *Mardochæus indutus ſacco, eiulatu vſque ad fores pa-*
cap.4. *latij gradiebatur. Non enim erat licitum, indutum ſacco aulam regis intrare.* Multominus in ſancto ſanctorum videtur ſacerdotibus licuiſſe plorare. Cùm autem luctibus eam partem implendam prædicat, ſignum eſt loci pollutam fore ſanctitatem, & Templi ruinam etiam portendi. Cuius rei ergò tantus aſſumendus ſit planctus? Quoniam inter populum & Deum medij ſunt ſacerdotes, pro peccatis po-
Heb.5. puli intercedentes: dicente Paulo Apoſtolo: Hebr.5. *Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.*
Numer. Sicut Numer.16. de Aaron ſcribitur, *quòd ſtans inter mortuos*
16.c. *& viuentes, pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit.*

Meritò igitur in iſta pœnitentia publica, ſacerdotes plorare iubentur inter veſtibulum & altare. Sacerdotes præire aliis exemplo (quod magis quàm nuda doctrina mouet) debent: ac plorare ſuper contritione populi: ſicut ſanctus Hieremias ſua ætate, & Samuel Saulem defleuit, ac denique Sanctus ſanctorum ſuper Hieruſalem, Luc. 19.
Luc.19. fleuiſſe legitur: Aris Dei adgeniculari, (vt verbo Tertul-
Tertullianus li. de pœnitentia. liani vtar) debent pœnitentes. Nominatur itaque non abs re altare. Veſtibulum, atrium erat populi, quod in nouo Teſtamento. Ioan. 10. *Porticus Salomonis appellatur:* ad altare populus non audebat accedere, ſed ſolis ſacer-
Ioan. 10. dotibus concedebatur. In Chriſtianorum ſacris ædibus præcipua pars chorus appellatur, qui ſolos olim capiebat clericos, nedum ex laicis vnum. Locus ille cancellis ſeptus erat: altera pars nauis Eccleſiæ ſatis accommodè appellatur. Sed de his nunc quidem ſatis.

Parce Domine, parce populo tuo, &c. In verbo parce, & peccati confeſſio, & veniæ ſpes continetur. Præclarè Do-
Dorotheus ſermo.1. De obedientia. rotheus ſermone 1. qui inſcribitur de obedientia ita ſcripſit: Venit Deus ad Adam dicens: Vbi es? quaſi dicat à quanta gloria ad quantam miſeriam & ignominiam delapſus es? Exortans eum vt diceret: Ignoſce Domine, ſed nullibi eſt, ignoſce. Imò contrarium potius, dum ſubdit: Mulier, quam dediſti mihi, &c. Quaſi dicat, Calamitas iſta, quam in caput meum induxiſti, vxor ſcilicet fuit in cauſa, non ſe accuſans, ſed Deum ipſum incuſans. Inde

ventum

ventum eſt ad mulierem. Quare præceptum meum non ſeruaſti? Quaſi dicat. Dic & tu, Ignoſce mihi Domine, vt miſericordiam conſequaris, & tamen nuſquam, Ignoſce Domine, auditur. Reſpondit enim; Serpens decepit me. quaſi dicat. Hic peccauit. Ego quid commerui? Quid infœlices tergiuerſamini? Hactenus S. Pater Dorotheus. Quod additur, *Parce populo tuo*, Et hoc habet πάθος, ſiue valet ad affectus. In eo namque quod dicit Tuo, emphaſis eſt, vt ab aliis populis Eccleſia ſeparetur. Nos quoque Domino dicamus: Parce populo tuo, pro quo etiam in cruce mortem ſubiiſti. Parce populo tuo, quem ſingulari tibi gratia adoptaſti ac ſelegiſti. Parce populo tuo, quem tantis beneficiis, vt numerari nequeant, affeciſti? Quis oratione conſequi valeat, tuum erga Eccleſiam fauorem? O Domine clemens & miſerator. Parce. Deus noſtris malis non delectatur, ſed parcere, quàm punire mauult. Ex D. Hieronymo, Pſal. 29. *Ad momentum eſt ira eius, & vita diuturna in voluntate eius*. Parce redemptis, Parce confitentibus, Parce ſeu ignoſce illis, orauit & impetrauit in cruce Chriſtus, *Luc. 23*. Parce nobis Domine, orat in Litaniis Sancta mater Eccleſia. Parce, nulla noſtra merita allegamus, imò verò peccata ac demerita accuſamus, & confitemur, miſericordiam tuam poſcimus atque imploramus, & quod habetur Daniel. 9. *Non in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras, ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis*. *Pſal. 29, ex D. Hierony.* *Luc. 23.* *Dan. 9.*

Ne des hæreditatem tuam in opprobrium, &c. Hæc addunt robur orationi. Populus Iudaicus peculiariter hæreditas Domini appellatur, Iſai. 19. *Hæreditas mea Iſraël*, Pſalm. 27. *Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ*. De illo populo legiſlator Moſes, Deut. 4. *Quæ eſt alia gens, ait, ſic inclita vt habeat cæremonias iuſtáque iudicia & vniuerſam legem? Non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat, &c.* & in Pſalmis: *Notus in Iudæa Deus, in Iſraël magnum nomen eius, &c. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis*. Ioan. 4. *Salus ex Iudæis eſt*, inquit Chriſtus, *Credita ſunt eis eloquia Dei, ait Paulus Romanis ſcribens*. Quid plura? quia Iudæi abnegauerunt Chriſtum, coram Pilato dicentes & cõclamantes: *Non habemus regem niſi Cæſarem*, ex Danielis ſancti vaticinio, cap. 9. *Non erit eius populus, qui eum negaturus eſt*. Idcirco populus Chriſtianus, ſuper quem inuocatum eſt Chriſti venerandum nomen, Nunc eſt hæreditas *Iſai. 19.* *Pſal. 27.* *Deut. 4.* *Ioan. 4.* *Dan. c. 9*

hæreditas Domini. Habet Euangelium, habet Sacramenta, habet ſacerdotes, habet Chriſti promiſſiones ac eiuſdem præſentiam perpetuam. Inuocemus ergo in Chriſti nomine patrem cœleſtem & dicamus: Ne des hæreditatem tuam, (*de qua* Pſalm. 2. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.*) in opprobrium, propter noſtra peccata, quin potius, propter gloriam nominis tui libera nos, vt in Pſalmis & alibi repetitũ videas. Ne hoſtes in nos præualere permittas, *Sed exurge Domine, & iudica cauſam tuam.* Hierem.14. *Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum.*

Pſal.2. *Hier.14.*

Ne infideles, Turcæ, hæretici, & Sectæ diſſectæ dominentur nobis. Videmus Domine, Græciam in opprobrium ſub Tyrannide Turcica datam? Ne des etiam Galliam in opprobrium, ne regnum olim florentiſſimum, & hactenus Chriſtianiſſimum nuncupatum, ſinas ab Hæreticis Hugnoſticis pollui ac prophanari. Terreat nos & ad pœnitentiam excitet Iſraëlitarum exemplum. Iactabant illi ſanctam ciuitatem, Templum Domini, concrepantibus vocibus perſonabant, tamen captiui tandem in Babylonem detruſi ſunt ac eiecti. Nec nos, vt ingenuè fatear, meliores ſumus: quid ſi dixero, nequiores & longè deteriores? Si naturalibus ramis non pepercit, qua fronte nobis impunitatem polliceamur? Ergo parce Domine populo tuo. Quare dicunt in populis, Vbi eſt Deus eorum? Quaſi dicat. Ne irrideant nos gentes, quaſi iuuare aut eruere nos nequeas. Exod.32. *Cur iraſcitur furor tuus? Ne quæſo dicant Ægyptij: Callidè eduxit eos vt interficeret in montibus & deleret è terra.* Et ſanctus Dauid. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Deinde, Nequando dicant gentes, vbi eſt Deus eorum?* Idem Pſalm.3. *Multi dicunt animæ meæ, non eſt ſalus ipſi in Deo eius. Rurſus, fuerunt mihi lachrymæ meæ, panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus? Et iterum: Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, ne fortè dicant in gentibus, vbi eſt Deus eorum?* Rapſaces inſultabat pio regi Ezechiæ: *Vbi eſt Deus tuus?* 4. *Regum* 18. Et Nabuchodonoſor tribus pueris exprobrabat, apud Danielem: *Quis vos poterit eripere de manu mea?* Turcæ ſimiliter Chriſtianis inſultant, quos veluti mancipia in ſeruitutem duriſſimam redegerunt: Vbi eſt Deus veſter, qui vos de manibus noſtris eripiat? Hæretici quoque, Catholicis quos interfecerunt, exprobrare ſolliti ſunt: Vbi eſt Deus veſter? Non eſt

Exod.32 *Pſal.3.* *4.Re.18.*

fautor

fautor partium papiſticarũ, aiebant illi, Veſtra miſſa quid eſt? Sic cum blaſphemia & aſſultu,ſacroſanctum & auguſtiſſimum Corpus Chriſti in Sacramento cõculcarunt impij & ſacrilegi Apoſtatæ: hoc verbum vſurpantes. Vbi eſt Deus eorum? Nónne hac noſtra tempeſtate hæretici Sacramentarij non ſemel Sanctam Hoſtiam in Hierotheca, ſiue ciborio, Sacráve pixide inuenientes, in terram effuſam (dictu horribile!) pedibus conculcauerunt,inclamantes.Si Catholicorum Deus eſſet, ſeipſum nunc adiuuaret? Et hoc inſuper addentes:Ecce iam fortiores ſumus: Deus nobis fauet,à nobis ſtat,pro nobis pugnat: Imò *dixit inſipiens in corde ſuo:Non eſt Deus, Manus noſtra, & non Deus fecit hæc omnia.* Videat Dominus & requirat. *Exurge Domine, iudica cauſam tuam.* Præceſſerat in contextu.

Vt non dominentur eis nationes, in quem locum ſic D.Hieronymus,Apertum eſt, inquit, ænigma quod latebat.Populus ille multus & fortis, qui ſuprà ſub erucæ, locuſtæ, bruchi & rubiginis deſcriptus eſt nomine, nunc manifeſtiùs quid ſit oſtenditur: *Vt dominentur eis nationes.* Sic ibi. *D. Hieronymus ad præſentem locum.* Quid ſequatur,attendite. *Zelatus eſt Dominus terram ſuam, & pepercit populo ſuo, &c.*

Conſtantis orationis perpenditur fructus: ſatis humiliatum populum exaudit,& variis modis ei bene facit.Noluit Deus populum ſuum ſic contumelia inter Gentes affici.Zelus eſt vehemens & iuſta ira,vt mariti in vxore, parentum in liberis,quos indignè tractari vident.Senſus eſt: nullo modo paſſurum, vt duriùs tractetur populus pœnitentiam agens. Vt pater ira ardẽs,omni ratione opem fert liberis indignè tractatis,ſic ego,auertam & mitigabo pœnas. Zelo ductus eſt Dominus,pro terra ſua,Dominus ferre non poteſt, vt ſuæ terræ fiat iniuria.

Conſonat quod *Zach.2.* dicitur: *qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei,&c.* *Zach. 2.* D. Hieronymus huius interpres loci, hunc habet Commentarium, Quam priùs quaſi alienam contempſerat,nunc zelo erga eã ducitur. Cõſolationis verba ſunt,Quando Deus illuſiones gentiũ & ignominiam populi ſui continenter audiuit,tandẽ oſtendit zelum ſuũ aduerſus hoſtes Eccleſiæ. *D. Hieronymus ad hunc locum.* Cui repromiſſum eſt:Matth. 16. *Portæ inferorum non præualebunt aduerſus eam.* *Matt. 16* Vnde Pſaltes, *Non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorũ.* Eſt Deus zelotes. *Zelus Domini exercituũ faciet hoc.* Hunc zelũ perſenſerunt,quotquot Eccleſiã impugnarunt.

Senſit

Senſit Arrius, qui inſtar proditoris ac Apoſtatæ Iudæ, fudit inteſtina in receſſu. Senſit & Apoſtata Iulianus, qui miſerè & tragicè periit, vt Eccleſiaſtica memorat hiſtoria.
Matth. 28. cap. Eccleſia Deum habet adiutorem ac vindicem, *Matth. vltimo. Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Ipſa eſt columna & firmamentum veritatis, 1. Timoth. 3.* &
1. Timoth. 3. Chriſto deprecante (qui exauditus eſt pro ſua reuerentia) ſuſtentabitur: & *in ſeculum ſtabit eius fides. Eccl. 40. fides in*
Eccl. 40. *ſeculum ſtabit, & Luc. 22. Rogaui pro te, vt non deficiat fides*
Luc. 22. cap. *tua:* Ergo hoſtis impie,

Nt eris in caſſum nauem ſubuertere Petri.

Nota, ad tempus differt Deus zelum pro ſua Eccleſia, ad tempus conniuebat ad Pharaonis contumaciam, tandem tamen eum in mari rubro ſubmerſit. Diu audiuit blaſphemias Sennacherib, & Centurionis ſui Rabſacis, quas poſt-
4. Reg. 19. ea in ira ſua per Angelum horribiliter vindicauit. 4. *Reg.* 19. Holofernis ſuperbiam, & ingentes animos per viraginem & heroinam illam Iudith repreſſit: & ſeuerè in eum animaduertit. Ille Deum ſolum Nabuchodonoſorem volebat agnoſci ac adorari. Sed id impunè nō tulit. Atq; hoc pacto Deus zelatus eſt terram ſuam. Obſerua & quod dicitur: Et pepercit populo ſuo. Cur quæſo Noë à diluuio ſeruauit? Cur Loth ab incendio? Pepercit Dominus populo ſuo. Cur Chriſtus mori voluit? vt parceret populo
1. Tim. 1. ſuo. O ſermonem conſolatorium! 1. *Tim. 1. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quia* I E S V S *Chriſtus venit in hunc*
Matt. 1. *mundum peccatores ſaluos facere.* Matth. 1. *Ipſe ſaluum faciet populum ſuum, à peccatis eorum.* Hoc eſt parcere populo ſuo. At dices. Et quis eſt populus Dei? Iudæi olim fuerunt populus Dei, ſed propter incredulitatem reiecti ſunt, & nos
Oſee, 2. ſubſtituti ſubrogatique ſumus. Oſee. 2. *Dicam non populo meo, populus meus es tu, & ipſe dicet, Deus meus es tu.* Hoc in Vaſthi ſuperba regina deiecta, & in humili Eſther Iudæa in eius locum ſublimata, adumbratum fuit. Catholici veri modò ſunt populus Dei, qui verbis & factis Deum confitentur, qui vnum agnoſcunt Paſtorem à Chriſto deſi-
Ioan. 21. gnatum. *Ioan. 21.* Dixit Ieſus Petro ter: *Paſce oues meas. Paſce agnos meos:* qui *Eccleſiam audiunt,* Matth. 18. *ſi Eccleſiam*
Mat. 18. *non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus, & quibus, Vnus eſt Dominus, Vna fides, Vnum baptiſma. Nō eſt enim Deus diſſenſionis, ſed pacis, ait Apoſtolus.* Hæretici autem populus Dei non ſunt, quia extra Eccleſiam non eſt ſalus, nec

peccato

peccatorum remiſſio: ſed *ira Dei manet ſuper incredulos, Ioan.3. Venitque ira Dei in filios diffidentiæ*, vt ſcribit D. Paulus, Et quicquid in arca non fuit, ſubmergi ac periri neceſſe fuit. Extra Eccleſiam lupus rapit & diſpergit. Dicam vno verbo: ille eſt Dei populus, quem *ad Titum.2.* deſcribit Apoſtolus: *Populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum* Oremus itaque fratres, vt Deus populum ſuum, oues ſuas, ita ſeruet, vt nemo rapiat eas, vt non pereant, vt ſint in vno ouili, ſub vno Paſtore Apoſtolico, in tuto: & non præualeant lupi rapaces. Sed ponantur inimici Chriſti, & Eccleſiæ ſuæ ſponſæ, Scabellum pedum eius, ac ipſe Deus benedictus & glorioſus per æterna ſecula laudetur. Amen.

Ioan.3.c.

Tit.2.

HOMILIA XIIII.

Reſpondit Dominus & dixit populo ſuo: Ecce ego mittam vobis frumentum & vinum & oleum, & replebimini eis: & non dabo vos vltrà opprobrium in Gentibus. Et eum qui ab Aquilone eſt, procul faciam à vobis: & expellam eum in terram inuiam & deſertam, faciem eius contra mare orientale, & extremum eius ad mare nouiſſimum: & aſcendet fœtor eius, & aſcendet putredo eius, quia ſuperbè egit. Noli timere terra, exulta & lætare, quoniam magnificauit Dominus vt faceret. Nolite timere animalia regionis: quia germinauerunt ſpecioſa deſerti, quia lignum attulit fructum ſuum, ficus & vinea dederunt virtutem ſuam.

Reſipiſcentibus ac conuerſis , benignus
2.Reg.12 Dominus blandis verbis reſpondet,ac con-
ſolatoriis: Vt per Nathan,Dauidi.*2.Reg.12.*
Tranſtulit Dominus peccatum tuum, &
3. Reg. regi Achab,per Eliam,quòd non induceret
21. malum in diebus eius. *3. Reg.21.* Regi item
4. Reg. Ezechiæ per Iſaiam, *4.Reg.20.*quod quindecim anni adii-
20. cerentur ei. Contrà verò impœnitentibus duriter reſpon-
Matt.25. ſurus eſt in fine. *Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum.*
Rupert⁹ ad hunc locum. Ad hunc locum interpres Rupertus ita ſcribit : Rectè
ſubintelligemus, quia populus paterno verbere cõmotus,
clamauit ad Dominum:tum Dominus pepercit,& reſpon-
dit Dominus, vt Chriſtum ſuum promitteret, per Moſem
Deut.18. iam promiſſum,*per Iſaiam c.7.*prædictũ ac per 70.Danielis
Iſai.7. Hebdomadas deſignatum, cap. 9. vt vngatur Sanctuſſan-
Dan. 9. ctorum.Sic ille,*Reſpondit Dominus,*ſcilicet ad preces popu-
li. Repromiſerat ſiquidem ipſe per Pſalmographum , cùm
clamauerint ad me , exaudiam eos. O bonum reſponſum,
Iſai. 58. quod Deus dat humili ac pœnitenti peccatori: *Iſai.58.Diſ-
ſolue colligationes impietatis,tunc inuocabis, & Dominus exau-
diet,clamabis & dicet,Ecce adſum.*Chriſtus Latroni in cruce
Luc.23. deprecanti bonum dedit reſponſum: *Luc.23.* Peccatrici ſi-
Luc. 7. militer pœnitenti, *Luc.7. Remittuntur tibi peccata multa, fi-
des tua te ſaluam fecit. Vade in pace ?* Sic qui ſyncerè ex ani-
Ioan. 20. mo confitentur peccata ſua , ex verbis Domini : *Ioan. 20.
Quorum remiſeritis peccata,remittuntur eis,&c.* A ſacerdoti-
bus vice Chriſti, audiunt ſinguli : Abſoluo te ab omnibus
peccatis tuis. Ingens certè Dei , hæc eſt conſolatio erga
peccatores , pœnitentiam amplectentes, ad orationis aſy-
lum confugientes,& opem diuinam implorantes. Ille pro-
cul dubio inuocatus aderit, audiet clamantes ad ſe , nec
tacebit ad preces populi ſui. Non eſt vt Baal , idolum va-
3. Reg. 18. num , nulliúſque virtutis. *3. Reg. 18. Inuocabant ſacerdotes
eius nomen Baal , de mane vſque ad meridiem dicentes , Baal
exaudi nos.Et non erat vox,nec qui reſponderet. Illudebat verò
illis Elias dicens : Clamate voce maiore , forſitan loquitur, aut
certè dormit , vt excitetur. Dominus autem exaudiuit Eliam,*
vt ibidem deducitur. Locus inſignis. Quæ ad pœniten-
tiam efficacior adhortatio eſſe poteſt , quàm quod Domi-
nus pœnitentibus & orantibus ſic ſe benignum offert?

Quod

Quod ſi obieceris, Chriſtum Chananeæ mulieri ſupplicīter ipſum deprecanti, non reſpondiſſe verbum: *Matth. 15.* Matt.15.
Reſponſio in promptu eſt, verbo quidem à principio eidem non reſpondiſſe, ad acuendum mulieris deſiderium, ac fidei maius meritum, ſed tandem ipſo facto ac verbo dulciſſimo eam conſolatum fuiſſe. *O mulier*, inquit, *magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.* Quid benignius dici potuit? Ita & nunc ab effectis, perſpicuè intelligere poſſunt ſe à Domino fuiſſe exauditos. Ideóque ſequitur: *Ecce ego mittam vobis frumentum, &c.* Quantum attinet ad hiſtoriam, notandum quòd poſtquam humiliatus eſt populus in captiuitate Babylonica & rediit poſt 70. annos in terrã ſuam, habuit aliquot annos frugiferos, vnde & numero fuit plurimum multiplicatus, de quo textus hic loquitur: Verùm magis hic ſpectandæ ſunt ſpirituales promiſſiones, quàm temporales, vt ſunt redundantia iuſtitiæ, veritatis & verbi Dei. Interim penſata legis ac veteris illius populi conditione, non incongruè dici poteſt, iuxta illud: *Iſai. 1. Si me audieritis, bona terra comedetis.* Item, terram lacte melléque manantem, patribus promiſſam, Iudæi à Deo acceperunt, quod ſimili modo de terrenis ac temporalibus bonis iſtæ promiſſiones accipi poſſunt, deinde iuxta ſpiritualem intelligentiam de cœleſtibus ac æternis exponere conuenit. Iſai.1.

Quid ni enim conſiderata Domini noſtri liberalitate, de duplici bono non interpretaremur? Quandoquidem ſacra teſtante hiſtoria, Iobo poſt afflictiones varias perpeſſas toleratáſque, duplicia bona reddidit. Quærentibus regnum Dei Chriſtus, non ſolùm gratiam ſed temporalium etiam ſufficientiam repromiſit: *Matth. 6.* Hoc ſimiliter capite ſacri noſtri vatis, non tantùm temporalia hic commemorata, verumetiam Doctorem iuſtitiæ, ac Spiritumſanctum ſe daturum pollicetur Deus. Sic *1. Timot. 4. Pietas*, inquit Apoſtolus, *ad omnia vtilis eſt promiſſionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.* Rurſus *Iſai. 40.* de Hieruſalem dicitur, *Dimiſſa eſt iniquitas illius, ſuſcepit duplicia de manu Domini*, nempè remiſſionem peccatorum, & temporariam tutelam ſeu cuſtodiam, vnà cum neceſſariis. Contrà verò pœnitere neſciis & obfirmatis peccatoribus, vltionem duplicem infligit, vt patet *Hierem. 17. duplici contritione contere eos*, in corpore nimirum & animo, hic & in futuro. Nunc autem ad animi refectionem & Spiritualem alimoniam, Matt. 6. 1.Tim.4. Iſai.40. Hier. 17.

Doctorem iuſtitiæ & ſpiritumſanctum, ad corporis verò ſuſtentationem frumentum vinum & oleum miſericorditer ſe conceſſurum affirmat. Ad hunc ferè modum, *Pſalm. 4. dicitur: A fructu frumenti, vini & olei ſui multiplicati ſunt.* In quem locum breuiter quidem, ſed valdè acutè, ſic Arnobius ſcribit: Accepimus frumentum in corpore, vinum in ſanguine, & oleum in chriſmate. Hæc ille. Chriſtus granum frumenti dicitur, *Ioan. 12.* Per frumentum itaque panem verbi Dei, Catholicámque doctrinam intelligimus. Per vinum, quod cor hominis exhilarat, effectus ſacramentorum ad ſalutem fidelium. Per oleum denique charitatem ac miſericordiam, quam Deus electis exhibiturus eſt, quando perducentur ad gaudia cœleſtia, quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, vt ſanctus ait Apoſtolus. Sicut autem oleum lenit dolorem, ſic ſpes præmij ſuſtentat hac in valle miſeriæ animum languentem & ad æterna adſpirantem. *Geneſ 49. Vidit Iſachar requiem, quòd eſſet bona, & ſuppoſuit humeros, ad portandum: & Pſalm. 118. Inclinaui cor meum, ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem.* Prudentes virgines hoc oleum habuerunt in vaſis ſuis, ad pudicitiam conſeruandam. *Matth. 25.* Cauendum autem nobis à putido oleo hæreticorum & adulatorum, qui damnant bona opera. *Pſalm. 140. oleum peccatoris non impinguet caput meum.* Obſerua phraſim. *Ecce ego mittam vobis, &c.* Quaſi dicat, Vanus & irritus eſſet labor veſter, niſi manum apponerem, & ſationi veſtræ benedicerem. Arabitis quidem & coletis terram: Ego verò mittam vobis frumentum, vinum & oleum. *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat,* ait Apoſtolus: *1. Corint. 3. Sed qui incrementum dat Deus. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Dei agricultura eſtis.* ibidem. Et *2. Cor. 9. Qui adminiſtrat ſemen ſeminanti: & panem ad manducandum praſtabit, & multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ.* Solet Deus temporalium bonorum ſubſtractione noſtra punire peccata: Cumulatiùs autem eadem rependit, cùm agimus pœnitentiam: Vt in prodigo cernere eſt. *Luc. 15.* Sequitur in textu: *Et replebimini eis.* Quaſi dicat, Dono in ſumma copia, & Benedico, (vt Chaldæus paraphraſtes exponit,) vobis: vt magna ſignificetur vbertas, ac frugum copia. Replet omne animal benedictione, ait Pſaltes regius. Et non dabo vos vltra oppro

Pſal. 4. *Arnobi⁹ in Pſal. 4.* *Ioan. 12.* *Gen. 49.* *Pſal. 118.* *Matt. 25.* *Pſa. 140.* *1. Cor. 3.* *2. Cor. 9.* *Luc. 15.* *Paraphraſtes Chaldæus.*

opprobrium in gentibus, vt probro vos afficiant. Liberabo vos à ſeruitute in quam incideratis, ob annonæ penuriam & caritatem. Vt enim R. Dauid Kimhi, Mercero interprete ad hoc caput ſcribit: Quum erat fames in terra Iſraël, exibant multi ex ea, ad peregrinandum in terra Ægypti, & in terra Palæſtinorum, propter famem, vt ſatis conſtat ex *Ruth 1. cap.* Idque erat illis probro: ac dominabantur eis gentes; quum peregrinarentur in terra eorum. Hoc ergo erat probrum, vt Gentes appellarent Iudæos, pane carentes, ait R. Selomo Iarhi. Periclitabatur quodammodo Dei gloria, ſi hæreditatem ſuam famelicam per gentes vagari permitteret, ideóque ſe nequaquam id vltra toleraturum ſpondet: Non dabo, inquit, vos vltra in opprobrium gentibus. Et eum qui ab Aquilone eſt, procul faciam à vobis, &c. Ante rerum vbertatem, nunc hoſtis internecionem, & exitium pollicetur, ſuprà enim ſe promiſit daturum triticum. Nunc autem hoſtium interitum. Ab Aquilone, ait, Animaduertendum quatuor ventos eſſe principales, à quatuor ventis, ait Chriſtus, *Matth. 24.* Ex his ventus vnus eſt, qui Græcis Boreas, Latinè Septentrionalis ſiue Aquilonaris dici poteſt. Notandum inſuper, omnes qui in Iudæorum regiones bellum fecère, ex iis locis veniſſe, qui Hieruſalem & Samariæ primariis harum regionum vrbibus, ab Aquilone ſeu Septentrione ſunt.

R. Dauid Kimhi Mercero interprete.
Ruth 1. c.
R. Selomo Iarh.
Mat. 24.

Namque Aſſyrij, ait Arias Montanus hoc loco, à quibus decem tribus vaſtatæ abductæque ſunt, ipſo ſitu & diuini oraculi teſtimonio, ad eum cœli angulum propiùs accedunt, ſicut ſcriptum eſt: *Sopho. 2. Et extendet manum ſuam ſuper Aquilonem, & perdet Aſſur.* Babylon verò cuius rex templum prius euertit, ſimiliter: quod & Ieremias indicat *cap. 13. Leuate oculos veſtros & videte, qui venitis ab Aquilone.* Roma pariter, cuius copiis & manu Iudæa demum capta & vaſtata eſt. Adeò cum his omnibus locis illud *Ierem. cap. 1. conuenit:* Ab *Aquilone pandetur omne malum.* Sunt ergo omnes huius gentis hoſtes Aquilonares, alij quidem ad orientem, alij verò ad occaſum habitantes. Quia verò mare orientale, & nouiſſimum hoc loco commemorantur, Sciendum, terram Oceano ambiri, qui vt partibus, ſic etiam nominibus apud nos eſt diſtinctus: ab ortu Orientalis dicitur: ab occaſu verò Occidentalis: in ſacris autem voluminibus Nouiſſimus, à Meridie Indicus; à Septentrione Scythicus. Et quamquam

Arias Mõtanus hoc loci.
Sophõ. 2.
Hier. 13.
Hierem. 1. cap.

quatuor illa imperia quæ commemorata nobis ſunt, Iſraëlitas læſerint, duo tamen tantùm ex iis fuere, quæ patria propriiſque ſedibus expulere, Aſſyrium & Romanum, quæ vt diximus Septentrionales ei prouinciæ ſunt. Hactenus Arias. Sunt qui exponant de locuſtis, Nempe quod Deus polliceatur hoc vermium nocentium genus ſe procul eiecturum, in mare ſcilicet. Alij exponunt de Sennacherib rege Aſſyriorum, qui ab Aquilone veniens Iudæam inuaſit: Factáque eſt ſtrages in exercitu eius per Angelum, vt 4.Reg.19. fuſius deſcribitur: Obſerua. A Germanis & Lutheranis hæreticis, qui nobis ad Septentrionem ſiti ſunt, plurima mala nos, bellis ciuilibus durantibus, perpeſſos fuiſſe. Faxit Deus, vt Aquilonares illi hoſtes longius repellantur. Conſultius facerent, ſi Turcis, nominis Chriſtiani capitalibus & iuratis hoſtibus Vngariam occupantibus, fortiter occurrerent, quàm ſi bella ciuilia Gallica tandiu fouerent. Frigidum eſſe, quòd quidam hoſtem Aquilonarem locuſtas intelligunt, putant nonnulli, quæ vento depulſæ, in mare deiiciantur, ſicque terram relinquant. Quin potius intelligendos eſſe Babylonios, qui ab Aquilone in Iudæam venerunt. Mare Orientale Oceanum exponentes, non lacum Aſphaltitem, Mare mortuũ, vt alij, Mare autem nouiſſimũ, id eſt, occiduum, Mediterraneum, ſcilicet. Nota ſeptentrionalium hoſtium alteram partem Aſſyriorum videlicet Orientem verſus diſſipatam fuiſſe: Alteram vero Romanorum ad occaſum diiectam perituram fore prædici: quoniam multi ex his, gladio, fame, peſtéque perierunt. Remigius Altiſſiodorenſis ad hũc locum ſic ſcribit: Quod addit, Et aſcendet fœtor eius, &c. Si de locuſtis dixerimus, inueniemus ita contigiſſe, in tantum vt fœtore illarũ aëre corrupto, poſtmodum mortalitas hominum & animantium proſequeretur. Si autem ad Aſſyrios: *Iſai. 37. Habetur, quòd Angelus Domini percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. Et ſurrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum. Vbique enim eiuſmodi cadauera iacebant* Inde putredo & fœtor. Et ſuo fœtore, ait Iſidorus Clarius in ſcholiis ad illa verba Ioëlis, fortitudo mea, &c. Corrupiſſent cadauera illa terram, niſi Dominus nouo miraculo præueniſſet, vt tãquam exuſta igni in puluerem ſoluerentur. *Quia ſuperbè egit*, ait vates. Inſolenter ſe geſſit, victoria abuſus eſt, in ſuperbiã elatus, inſigne

4.Reg. 19.

Remigi⁹ hoc loco.

Iſai.73.

Iſiodorus Clarius ad hunc locũ, Ioël 2.c.

gne damnum attulit terræ & populo Domini. Vide quis ſit exitus hoſtium populi Dei. Fœtor nempè ac putredo, grauis eſt eorum memoria, ac infame nomen. *Prouerb. 10. Nomen impiorum putreſcet, quia nimium* crudeliter in Dei populum ſæuierunt. Nihil poſt ſe relinquunt Tyranni niſi fœtorem, dedecus, & labem impuriſſimæ vitæ. Huius rei fidem faciunt, Membroth, Antiochus, Herodes, de quo in actis Apoſtolicis, cap. 12. & ſimiles, quorum maior pars vermibus ex eorum putreſcentibus corporibus ſcaturientibus, miſerè periit. Sicque fœtorem & teterrimum odorem exhalabat. Vide lib. Machabæorum, & acta Apoſtolica. Sed quomodo his malis occurrendum eſſet, Vatem præcinentem audiamus. Prou. 10 Act. 12.

Noli timere terra, quoniam magnificauit Dominus vt faceret, &c. In ſequentibus de Meſſia venturo, per quem omnia reparata ſunt, agitur. Vt ſuprà in calamitate deſcribenda omnia lugebant cum hominibus, & de terra dixit in ſuperioribus & de beſtiis, ſic nunc omnia ad gaudendum excitat, reſtitutis omnibus, quæ antea minabatur amittenda. Exulta & lætare terra, eſt autem proſopopœia. q. d. Geſti lætitia. Quoniam magnificauit Dominus facere, id eſt, res magnas egit, ex aduerſo locuſtæ, de qua dixerat. Quia ſuperbè egit: ſiue ex Hebræo, Quia magnificauit facere. Sinit populi ſui hoſtes ad tempus florere, & res magnas gerere: ſed & ipſe tãdem in gratiam ſui populi, vice rerum mutata, magnas res gerit, prodiens in ſuorum protectionem, & impiorum exitium. *Terra ne timeas*, Plena cõſolationis ſententia. Quum ſe Eccleſiæ hoſtes magnificant, Dominus etiam ſeſe vult magnificare, quod cum eorum ruina facit. Dominus ait Paulo, Sufficit tibi gratia mea. Tũ Deus iuuat, quum neceſſitas auxilium poſtulat. Ne igitur animum deſpondeas, Prius permittente Deo, magnificantur hoſtes, poſtea quoque Dominus magnificatur: & quantò altiùs euehuntur, tantò citiùs & grauiùs collabentur. Si hoſtis nocendo magnificauerat vt faceret, multò quidem magis Domini Dei noſtri benignitas reſtituendo & commodando etiam magnificabit. *Non enim auctore Apoſtolo, ſicut delictum ita & donum*, Rom. 5. Deinde ſequitur. Rom. 5.

Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt ſpecioſa deſerti, &c. Quia ſuperiùs dixerat, Animalia & beſtiæ agri ſuſpexerunt ad te, fame & ſiti cogente, eo quod

ſpecioſa deſerti exiccata eſſent. Nunc dat conſolationem non ſolùm hominibus, verumetiam animalibus & beſtiis, dicens: quia germinauerunt ſpecioſa deſerti. Sicut enim primùm omnia deuaſtata ſunt, ita poſtmodum Domino miſerante cuncta ſunt reparata. Antitheſi quadã pulcherrimè à vate oſtenditur, Deo irato omnia malè ſuccedere:
Rom.8. ſed reconciliato omnia in bonum bonis cooperari, Ro.8. *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Hoc loco liquidò oſtenſum eſt, vbi tot benedictiones, quot ſuprà maledictiones immittere Dominus dici-
Zach. 8. tur, Zach.8. *Sicut cogitaui vt affligerem vos cùm ad iracundiam prouocaſſent Patres veſtri me, dicit Dominus, & non ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis, vt benefaciam domui Iuda & Hieruſalem: Nolite timere.* Et quia ſpecialiter etiam ficuum ac vitium meminerat, quæ in ſolo feraci conſpici ſolent, nunc etiam in benedictione hæc reſtituta
Pſal.1. dicit: Ficus ac vitis dederũt fructus ſuos. Pſal.1. *Lignũ quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Hactenus promiſſiones corporales, deinceps ſpirituales, ad regnũ Chriſti (qui ſco-
Luc.24. pus eſt prophetarũ, iuxta illud: Luc.24. *Quæ ſcripta ſunt de me, in lege, prophetis, & pſalmis.*) pertinentes, vt ſequens indicat contextus proponitur. *Filij Sion exultate & lætamini in Domino Deo veſtro, quia dedit vobis doctorem iuſtitiæ, & deſcendere faciet ad vos imbrẽ matutinum & ſerotinũ, ſicut in principio, &c.* Ab hoc loco ad finẽ vſq; eſt altera pars cõcionũ Ioëlis, quę lętas de regno Chriſti & aduentu Spiritusſancti promiſſiones cõtinet. Nec mirere à promiſſionibus corporalibus, quæ præſenti fiebant populo, ad ſpirituales tranſitũ fieri, omnibus in vniuerſum communes. Iudęis ac Gentibus. Quãdoquidẽ, vt ait Apoſtolus, finis legis Chri-
1. Pet. 1. ſtus. Et Apoſtolorum coriphęus ac vertex, 1.Pet.1. *De qua ſalute exquiſierunt ac ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt. Filij Sion, gaudete in Domino Deo veſtro,* ob eius ſingulare beneficium. Q.d. Non ob hęc tantùm corporalia gaudete, ſed multo magis ob ſpiritualia. dedit enim, id eſt, daturus eſt, more prophetico, ob rei certitudinẽ, pręteritũ pro futuro poſitũ eſt. Doctorẽ iuſtitiæ & cũ Emphaſi in lingua Hebraica, illũ doctorẽ Chriſtum intelligit, qui iuſtitiam doceat, & vos iuſtificet. Vide quoniã magnificauit Dominus facere nobiſcũ, vt ait Pſaltes. Siquidẽ ad Patrũ deſideria, tot ſeculis clamantium, ac deprecantiũ: *Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes:* mundi Sal

di Saluatorem Ieſum, modò pollicetur, renouans promiſſionẽ à Moſe, Deut. 18. *promulgatam*, Doctor iuſtitiæ Chriſtus, *in quo omnes theſauri ſapientiæ*, Coloſſ. 2. *qui ſedit in medio doctorum*, Luc. 2. de quo dicitur Mat. 17. *Ipſum audite, qui eſt magiſter noſter*, Ioan. 13. & Mat. 23. *Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus*, ab eo nos dicere oportet, Mat. 11. *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde*. De quo Euãgelicus vates, Iſa. 55. Ecce, inquit, *dedit eum ducẽ ac præceptorẽ gentibus*. reipſa aũt præſtitit, & eo munere doctoris functus legitur: Matth. 5. *aperiens os ſuum, docebat eos dicens: Beati pauperes, &c.* Docet Chriſtus interius, Luc. 24. *Aperuit illis ſenſum, vt intelligerẽt ſcripturas*. Docet itẽ iuſtitiã fidelium debere abũdare pluſquã Scribarum & Phariſæorum Matt. 6. & non ſolũ docet, ſed etiã illuminat corda noſtra. hinc eum vocat, Mal. 4. *Solẽ iuſtitiæ*. Doctor eſt ad iuſtitiã Chriſtus, id eſt, vt iuſtificemur per ipſum, 1. Cor. 1. *Qui factus eſt à Deo nobis iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio*. In euangelio creberrimè vocatur magiſter, Rabbi, præceptor: nedũ à ſuis, verumetiã ab inimicis, eiuſq; æmulis ſcribis & Phariſæis. Etſi Prophetæ ac doctores, quales fuerunt Eſdras, Malachias, Aggæus, & cæteri, quos poſt reditũ ab exilio Babylonico habuit Synagoga, doceãt homines iuſtitiam, non tamen propriè vt Chriſtus, hoc Doctoris iuſtitiæ elogio, inſigniri poſſunt: Quãdoquidem, non vt Chriſtus illos, quos docent, iuſtificare poſſunt. *Deus eſt qui iuſtificat*, ait Apoſtolus, Rom. 8. Illi quidem plantant ac rigant, ipſe verò incrementum dat, eodẽ authore Apoſtolo, vt ſuprà citauimus, Chriſtus ſui muneris ac officij Doctoris, præludia dedit duodenis, Luc. 2. Item c. 4. *Erat prædicans in ſynagogis Galilææ*, & Ioan. 18. *palã docuit in ſynagoga, & in templo in quo omnes Iudæi conueniunt. Verba vitæ habebat æternæ*, Ioan. 6. vt columen Apoſtolorũ Petrus profitetur. Cuius ſingula verba ſpiritus & vita erãt: ibidem. Cæterùm dictio Hebræa, המורה, hamoreh, qua vates hic vtitur, duo ſignificat, doctorem & pluuiam, inſtillantem, vel influentem, eſtque eius pluuiæ nomen, quæ primo autumno veniens, terram inebriat, & germinare facit, & dat ſemen ſerenti & panem comedenti, vt propheticis vtar verbis, Iſai. 55. Quoniam verò ex his quæ præcedunt, & ſequuntur ſcripturas interpretari debemus, Doctorem vertit interpres, Chriſtum intelligens, cuius ſingulari beneficio ſpiritusſanctus credentibus communicatus eſt, ac copioſè diffuſus, & huius in proximè ſequentibus

Deut. 18 *Coloſſ. 2.* *Luc. 2.* *Mat. 17.* *Ioan. 13.* *Mat. 23.* *Matt. 11.* *Iſai. 55.* *Matt. 5.* *Luc. 24.* *Matt. 6.* *Mala. 4.* *1. Cor. 4.* *Rom. 8.* *Luc. 2. 4* *Ioan. 18. & c. 6.* *Iſai. 55.*

Propheta meminit. Adde quod, ſi moreh, pluuiã exponas, battologia ſuperfluáque repetitio videbitur: cùm ſtatim commemoret imbrem matutinum & ſerotinum. Quid ergo aliud eſſet, quàm, Dedit vobis pluuiam, & deſcendere faciet vobis imbrem matutinum, & ſerotinum? Quorſum inanis ac redundans iſta locutio? Melius ergo המורה, hamoreh, hoc loco doctorem, quàm pluuiam vertere licebit: Quamuis & idem ſit quod, יורה, ioreth, hoc eſt, pluuia in aliquot locis biblicis. Vnde Annotatione dignum videtur, inter doctorem & pluuiam multum eſſe analogiæ. Nam vt pluuia è cœlo delapſa, ſic etiam bonus Doctor Dei donum eſt: & vt ſuper aridam non ſine fructu deſcendit pluuia, ſic in Eccleſia certus eſt diuini verbi fructus, dicente Domino per Prophetam, Iſa. 55. *Quomodo deſcendens imber germinare facit terram: ſic erit verbum meum, non reuertetur ad me vacuum.* Et quemadmodũ terra ſine aqua, non irrigua, infrugifera manet: ſic populus ſine Doctore, nõ ſolùm ſterilis ac infructuoſus eſt, quin potius prophanus & impius euadit, ac perditus omninò. Quod quotidiana docet experientia. Qui verò hac ſana doctrina, (quam inſtar pluuiæ concreſcere expoſtulauit Moſes in ſuo cantico,) irrigatur, ſpinas tamen ac tribulos profert, eſt reuera, teſte D. Apoſtolo, maledictioni proximus: Heb. 6. *Cuius conſummatio in combuſtionem.* Sed de his hactenus. Filios Syon alloquitur Propheta, & ad gaudium inuitat, ſed in Domino. Filij Syon, ſunt Eccleſiæ filij, Syonis enim nomine, Eccleſia vt contra ſynagogam diuiditur, intelligenda venit, Chriſtus Rex Syon vocatur, Pſal. 2. vt filius & hæres Dauidis, & Pſal. 109. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Syon: dominare, &c.* Filios Syon lætari iubet, vt in re diu expectata. Ioan. 8. *Abraham exultauit vt videret diem meũ, &c.* In Domino, inquit, vt auctorem huius gaudij indicet, nõ homines aut Angelos, ſed Deũ. Ne quis de mũdi gaudio intelligeret addit in Domino, Phi. 4. *Gaudete in Domino ſemper, ita tamẽ vt modeſtia noſtra nota ſit omnibus hominibus.* Verũ quia de doctore iuſtitiæ, Chriſto, verbo incarnato aliquámulta, pro huius temporis ratione dicenda ſunt: in ſequentem reiiciemus, quæ ſuperſunt, Homiliam, huic optatum finem imponentes, vt de filio Dei doctore noſtro fuſius meditemur. Ipſi honor & gloria, cum æterno patre & Spiritu ſancto, per omnia ſecula. Amen.

Iſa. 55. *Heb. 6.* *Pſa. 2. & 109.* *Ioan. 8.* *Philip. 4.*

HOMI

HOMILIA XV.

Dedit vobis doctorem iuſtitiæ, & deſcendere faciet ad vos imbrem matutinum & ſerotinum, ſicut in principio, & replebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. Et reddam vobis annos quos comedit locuſta, brucus, rubigo & eruca, fortitudo mea magna, quã miſi in vos. Et comedetis veſcẽtes, & ſaturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei veſtri, qui fecit mirabilia vobiſcum: & non confundetur populus meus in ſempiternum. Et ſcietis quia in medio Iſraël ego ſum, & ego Dominus Deus veſter, & non eſt amplius, & non confundetur populus meus in æternum.

IOELIS C. II.

AB Iſaia hanc exordiri libet concionem. Iſa. cap. 30. *Populo Syon repromittit dicens: Non faciet auolare à te Doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorẽ tuum.* Vbi aperta eſt de Chriſto Doctore iuſtitiæ pollicitatio. Cuius haudquaquam ignara fuit Samaritana, de qua Ioan. 4. quæ nondum agnoſcens Chriſtum dicebat: *Scio quia Meſſias venit: qui dicitur Chriſtus. cum ergo venerit ille, annunciabit nobis omnia.* Expectabatur ergo ille doctor iuſtitiæ. Quamquam autem diuinus doctor Moſes fuerit: (nam & doctrinam ſuam pluuiæ Moſes comparat, vt ſuprà attigimus) inſuper eſt Propheta ac Legiſlator, excellentiori tamen gradu Chriſtus doctor comperitur. Quod vt explicemus, aliquot differentias Moſis ac Chriſti, Legis & Euangelij, vt in medium proferamus, hic locus exigit. 1. Moſes & Lex neminem potuit per ſeſe, & ex operibus legis iuſtificare, dicente Apoſtolo:

Iſa. 30.

1.

Heb.7. ſtolo: Hebr.7. *Nihil ad perfectum adduxit lex.* Sed Chriſtus
Ioan.1. iuſtificat impios ex paſſionis ſuæ merito, Ioan. 1. *Lex per*
2. *Moyſem data eſt, gratia & veritas per Chriſtum facta.* 2. Eſt
miniſter mortis Moſes, occaſionaliter, vt ſic dicam, quia
tulit legem, quæ nos peccati conuincit, cuius tranſgreſſio
ac violatio mortem inducit. Sed Chriſtus doctor eſt iuſti-
tiæ non peccati: vt Moſes, qui etſi quid faciendũ ſit oſten-
dat, quum id propriis viribus, abſque Dei gratia agere ne-
queamus, peccatores nos conſtituit, non legis vitio (quæ
eſt ſancta & bona ac vt cœleſtis pluuia) ſed noſtro, qui mo-
re petræ multis imbribus rigatæ, ſemper manemus ſteri-
les. Vnde dicit Paulus, 1.Cor.15. *Virtus peccati, Lex:* quate-
nus ſcilicet occaſione accepta per legem, cùm quæ docet
non facimus, peccatum fit grauius. At Chriſtus faculta-
tem dat perſoluendi, quæ in lege iubentur. Ab illo remiſ-
ſionem peccatorum, donum Spiritus ſancti, ac gratiam
iuſtificantem, corda ad veram obedientiam, commutan-
tem, & inducentem accipimus. Cuius Euangelium, vt ſcri-
Rom.1. bit Apoſtolus, Rom.1. *Virtus Dei eſt in ſalutem omni creden-*
3. *ti.* 3. Moſes doctor eſt ſeueritatis, minarum, ac terroris,
Chriſtus doctor eſt gratiæ, manſuetudinis ac clementiæ.
D. Aug. Breuis differentia legis & Euangelij, ait Diuus Auguſti-
4. nus, Timor & Amor. 4. Moſes pædagogus fuit ad Chri-
5. ſtum, inquit Apoſtolus, Chriſtus verò Doctor eſt iuſti-
Iſai.1. tiæ: vt hîc dicitur. 5. Lex per Moſem promittebat terrena,
6. *Iſai.1.* Euangelium pollicetur æterna. 6. Lex per Moſem
conſtituit ſeruos. Chriſtus per Euangelium filios conſti-
Ioan.8. tuit ac liberos. Ioan.8. *Vere liberi eritis; ſi filius vos liberaue-*
7. *rit.* 7. Lex per Moſem, vmbram habebat futurorum bo-
norum vt diuus Paulus ad Hebræos ſcribit: Euangelium
Rom.13. lucem continet radiantem: Rom. 13. *Nox præceſſit, dies au-*
8. *tem appropinquauit.* 8. Et vt concludam. Lex per Moſem,
Act.15. grauiſſimum erat iugum, Act. 15. *dicente Petro, ac impor-*
tabile: Euangelium autem per Chriſtum iugum eſt ſuaue,
Matt.11. *& onus leue: Matth.11.* 9. Moyſes accuſat tranſgreſſores,
9. *Ioan.5. Eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis.* Chri-
Ioan.5. ſtus autem venit peccatores ſaluos facere. 1. Timoth. 1. &
1. Tim.1. Matth.1. *Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.*
Matt. 1. 10. Moyſes denique ſeruus eſt in Dei domo, vt author eſt;
10. Paulus Epiſtola ad Hebræos: Chriſtus autem Dei natura-
lis ac conſubſtantialis filius, qui Patris diuino oraculo
comprobatus ac conſtitutus eſt Doctor iuſtitiæ, Doctor
perfectio

perfectionis, Doctor vitæ æternæ, & vt vno verbo dicam, Doctor totius virtutis, ac idæa & exemplar totius ſanctitatis. Nunc reliqua videamus. Cùm Iuſtitiæ ſiue ad Iuſtitiam Doctor nobis repromittatur Chriſtus Dominus noſter, non obiter vel perfunctoriè id attingendum, ſed latiùs expendendum nobis eſt quid ſit Iuſtitia illa, quæ ſit illius origo, per quem ad homines perueniat, & ad quos tandem perueniat. Vt autem hinc capiamus exordium Iuſtitia eſt conſtans rationis æquitas & moderatio ex lege diuina, omne turpitudinis conſortium repellens, & ſingulas animi partes in proprio cuiuſque munere continens: Vel, ſtatus animi, diuina præſcriptione fundatus, omni flagitio vacans, atque diuinæ naturæ ſimilitudinem propius attingens. Breuiter, Iuſtitia eſt ſumma diuinæ legis obſeruatio. Hæc eſt enim Iuſtitiæ regula, ad quam ſolam omnia officia dirigenda ſunt. Cùm igitur lex diuina ſanciat, ne in ſe quiſquam dedecus admittat, ne ſe flagitio polluat, ſed totum ſeſe ad virtutem, atque bonitatem Dei imitandam conferat: cúmque Iuſtitia nihil ſit aliud, quàm habitus excellens animi lege diuina cõformatus, ſequitur omnem vitæ puritatem & continentiam, omnem ſanctitatem omnem denique virtutum omnium conſenſionem, complexu Iuſtitiæ contineri. Hęc enim omnia diuina lege pręſcripta, & definita ſunt. Eſt igitur, vt vno verbo dicam omnis Iuſtitia in Dei ſimilitudine conſtituta. Hoc enim lex illius ſanxit atque præſcripſit, vt illi ſimiles efficiamur. Eſtote, inquit, ſancti, quoniam ego ſanctus ſum, *Et* Matt. 5. *Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt*, *&* Ephe. 5. *Eſtote imitatores Dei, ſicut filij chariſſimi.* Vnde autem Iuſtitia in nos peruenit, quis ignoret? Quanquidem ſi Iuſtitia eſt diuinæ legis effectus, atque ipſius Dei ſimilitudo, vnde aliò potuit ad nos, quàm à mente diuina permanare? Si enim omnia ſunt à Deo nobis donata, (Quid namque habes, quod non accepiſti? clamat. Apoſtolus.) multò profectò magis hoc donum omnium maximum eſt ad illius gratiam & benignitatem referendum. Iuſtitiam ſiquidem non aliunde quam à ſolo Deo, totius Iuſtitiæ fonte, vnde animum traximus, haurire potuimus. Ab illo enim & lucem accipimus, qua iuſtitiæ claritatem videamus. ab illo vires habemus, quibus ad illius dignitatem aſpiremus. ab illo denique robur inuictum conſequimur, quo omnia iuſtitiæ contraria & inimica repellamus.

Matt. 5.
Epheſ. 5.

Nemo

Nemo igitur dubitauerit, Deum eſſe principem cauſam efficientem, vt loquuntur Philoſophi, iuſtitiæ. *Quis enim*
Iob 14. *poteſt facere mundum ex immũdo, vt ait Iob,* niſi ille ſummus iuſtitiæ architectus, totiúſque æquitatis origo? Sic ille,
Iſai. 43. *apud Iſaiam: Ego ſum ille,* inquit, *qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.* In quo autem ait, *Propter me,* planè docet non meritis hominum, ſed diuina clementia humanas mentes ſanari: atque ex impuris puras & ſanctas effici. Quid enim eſt in nobis, quod vel iuſtitiam efficere, vel effectam tueri & conſeruare poſſit? Num natura? at generis noſtri princeps, cum eſſet omnibus naturæ opibus inſtructiſſimus, non multum poſt ortus ſui primordium turpiſſimè lapſus eſt, iuſtitiam amiſit originalem, in qua à Deo conditus, dotatúſque fuerat. Num legis diſciplina? At ipſi legis interpretes Moſes & Aaron, quibus lex à Deo tradita eſt vniuerſo populo promulganda, attamen peccauere. Cum igitur neque in natura neque in lege ſit iuſtitiæ cauſa, conſequens eſt vt omnis noſtra iuſtitia ſit ad diuinam benignitatem & gratiam reuocanda.
Iſai. 43. Quocirca Dominus, *Iſa. 43.* vt humanum faſtum & elationem comprimeret, ait: *Narra ſi quid habes vt iuſtificeris. Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati ſunt in me.* Hac igitur oratione pronunciat ipſe iuſtitiæ parens, nec in natura nec in lege, ſed illius tantùm benignitate eſſe omnem vim & rationem iuſtitiæ conſtitutam. Nec enim natura primum parentem in iuſtitia continere potuit, neque lex ſummum illum legis interpretem, integrum à crimine conſecrauit. In Dei igitur tantum clementia eſt omnis ſpes iuſtitiæ collocanda. Per vnicum Dei filium ad nos peruenit iuſtitia, eiúſque merito nobis confertur. Etenim, vt inquit ille, *Si nos filius liberauerit, verè li-*
Ioan. 8. *beri erimus. Ioan. 8.* Nullo igitur modo, niſi per eum, è peccatis eripi, & in libertatem vindicari potuimus. Solus Dei filius habuit, quod pro genere humano ſatis abundè perſolueret. Adde quod reliqui omnes, quamuis in vita ſe excellenter geſſerint, attamen *peccauerunt vniuerſi, & egent*
Rom. 3. *gloria Dei, vt Rom. 3.* inquit *Apoſtolus* ita vt ipſi etiam pacificatore indigerent, qui eis veniam impetraret, atque rurſus illos in Dei gratiam reſtitueret. Fuit igitur omnibus opus reconcialiatore, qui ne tenui quidem peccati contagio & labe pollutus eſſet, nec alicuius opera ad gratiam
Heb. 7. Dei cõciliandam ipſe indigeret. *Talis, ait ad Hebræos Paulus cap. 7.*

cap.7.decebat vt eſſet nobis pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & quod ſignificantiſſimè dicitur, ἀναμάρτητος, ſeu impeccabilis. Illius itaque tantùm opera fuit & Patris numen placatum, & iuſtitiæ donum hominibus impertitum. Reſtat nunc, vt videamur, quibus tandem hominibus iuſtitia à Deo per Chriſtum, (*orietur enim in
diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis.* Pſal.71.) *data ſit.* Cre- *Pſal.71.*
dentibus nempe: Rom.10. *Corde creditur ad iuſtitiam, &c.* *Rom. 10.*
Imperanti obedientibus: Hebr.5. *Factus eſt omnibus obtem- Heb.5.*
perantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ. Vocanti cōſentientibus,
oblatámque gratiam nō reſpuentibus: Matth.11. *Venite ad* *Matt.11.*
me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, &
inuenietis requiem animabus veſtris. Contrà Prouer.1. *Vocaui* *Prou.1.*
& renuiſtis, Ego quoq; in interitu veſtro ridebo. Matt.23. *Quo- Matt.23*
ties volui congregare filios tuos & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Habemus igitur in ſumma vniuerſam iuſtitiæ vim penitus explicatam. Nam & qualis ſit iuſtitia deſcripſimus: & à quo fonte petenda ſit, oſtendimus: & cuius opera manet ad homines explanauimus: (fluit enim à capite *Chriſto in nobis, De cuius plenitudine nos omnes accepimus, gratiam pro gratia,* Ioan.1.) & ad quos tandem ho-
mines, emanet, oratione definiuimus. 1. Demonſtratum *Ioan.1.*
namque eſt, Iuſtitiam eſſe, ſtatū animi diuina lege funda- *1.*
tum. 2. Deum ſolum eſſe, qui iuſtitiam in nobis efficiat. 3. *2.*
Hanc autem ampliſſimis Chriſti meritis atque ſanctitate *3.*
tributam hominum generi. 4. & eos tantùm, qui ritè fi- *4.*
dem colunt, id eſt, qui diuinis præceptis obediunt, iuſtitia donari. Gratia autem illa, qua iuſti ſumus, non eſt aliud niſi iuſtitia ipſa gratis conceſſa fidelibus. Quod ſi dicas, gratiam eſſe, quæ nos Deo gratos efficit, num poteſt aliquid aliud excogitari, quod nos Deo gratos efficiat, præter vnā iuſtitiam? *Iuſtus Dominus*, inquit *Dauid, & iuſtitias dilexit.*
Pſal.10. Iuſtitia eſt, quę nos Deo ſimiles efficit, nôſque Deo *Pſal.10.*
conciliat. Quod cum gratiæ proprium munus ſit, ſequitur vt ipſa iuſtitia gratia ſit. Hæc me excerpſiſſe ac collegiſſe
ex Hieronymo Oſorio lib.5. de Iuſtitia ingenuè profiteor. *Oſorius*
Is Luſitanus natione, in primis eloquētia inſignis, De iuſti *lib.5.*
tia decē libros ſcripſit. Tres verò ſunt iuſtitię partes, nēpe religionis ſāctitas, animi dignitas, & iuris ęquabilitas. Prima ſacerdotes, poſtrema autem reges facit. Eſt igitur animaduertendū, quid Deo, quid nobis ipſis, poſtremò quid hominibus debeamus: vt clariùs poſſit intelligi, omnē vim

iuſtitiæ,perfecta functione officiorum omnium,contineri. Omnia verò officia ſunt in tres partes diſtributa,alia namque ad Dei cultum,alia deinde ad animi ornatum,alia poſtremò ad hominum ſocietatem conferuntur. Primum ergo Deo debetur integra fides,deinde metus & reuerentia, poſtremo ſingulare quoddam amoris & pietatis ſtudium.

1. Primò fidem integram illi exhibere conuenit, cuius natura eſt expers totius varietatis & inconſtantiæ, qui ſolus eſt in omni ſermone veriſſimus,& in fidei conſeruatione ſanctiſſimus. Humanum ingenium à diuina mente ſegregatum eſt fallax & fraudulentum. Angelus ille rebellis, cùm primùm ſeſe à Deo diſiunxit in veritate non permanſit:

Ioan.8. *Ioan. 8.* ſed ipſius mendacij pater extitit: ex quo ſequitur, omnia quæ ſunt à Deo ſeiuncta,eſſe falſa & fallentia fraudis & malitiæ pleniſſima. Solus igitur Deus veritas eſt ſempiterna.Illum proinde ſolum fide venerari,illius benignitati confidere,illius promiſſis credere , illius tutelæ & patrocinio vitam , omnemque ſtatum animi committere

2. debemus. Secundò illum timere debemus , dicente Chriſto,doctore Iuſtitiæ: ***Eum timete,qui poſtquam occiderit, ha-***

Luc. 12. ***bet poteſtatem mittere in gehennam. Luc.12.*** Certè qui ſeueritatem illius non metuit, aut à fide penitus abhorret, aut

Moſes Deut.c.5 mentis expers eſt.Apud Moſé hoc à nobis efflagitat,vt illum perpetuò metuamus.Vtinam , inquit , *Deut. 5. Talem mentem habeant,vt timeant me , & cuſtodiant præcepta mea, in omni tempore , vt benè ſit eis & eorum filiis in perpetuum.*

Deut. 6. *& alibi. Deut. 6. Dominum Deum tuum timebis, &c.* Item

Deu. 10. cap. *Deut.10.Et nunc Iſraël,quid Dominus Deus tuus petit à te niſi vt timeas Dominum Deum tuum , & ambules in viis eius , & diligas eum,ac ſeruias illi,in toto corde tuo, & cuſtodias mandata Domini,vt bene ſit tibi?* Cùm igitur Deus oſtendat ſe id magnopere velle, vt timor illius ſit ſemper animis noſtris iniectus:non obſcurum eſt magnam religionis partem in metu numinis illius eſſe conſtitutam. Tertiò, quanta cha-

3. ritas illi debeatur eſt explicatu difficillimum. Hunc etenim ſummum conditorem & dominum , & optimum parenté,non ardenter amabimus? Imò ſuper omnia? 2.Nunc quid nobis ipſi debeamus explicandum,vt nimirū nos totos ad Dei ſimilitudinem accommodemus. *In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris? Luc.1.* Vt ſit bonis

Luc.1. moribus ac virtutibus excultus animus. In hoc igitur ornatum animi conſeruãdo,officium noſtrū collocari debet.

3. Quid

3. Quid verò hominibus debeat (quod erat in tripartita officiorum diuiſione poſtremum:) facilè eſt videre. Primùm in parentes ſuos, nunquàm ingratus exiſtet. Sed eos præcipuo quodam ſtudio colet, & obſeruabit, atque omni pietate proſequetur. Deinde Magiſtratus ac Reipub. tutores & conſeruatores, & eos, quorum vel diſciplinis excultus, vel præſidio & vigilantia defenſus fuit, vel à quibus denique magnum aliquod beneficium accepit, libenter & ſtudioſè venerabitur. Et in omnes generaliter, maximè autem erga domeſticos fidei, ſe prout pòtèrit, beneficum oſtendet. Hæc ex eodem Oſorio lib. 10. de iuſtitia etiam deſumpſi, hucque paucis immutatis vel adiectis congeſſi. Supereſt, vt oſtendamus Chriſtum ad iuſtitiam erudiiſſe, & doctoris munere perfunctum fuiſſe. Nónne diſertè docuit, palamque reſpondit interrogātibus, *Matth. 22. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo?* Nónne ad iuſtitiam erudiuit multos, cùm de perfectionis gradibus in monte, atque Beatitudinibus concionaretur? *Matth. 5. 6. 7.* Nónne ad virtutem amplectendam, agendam pœnitentiam, ad Dei amorem & proximi (ne inimicis quidem excluſis) dilectionem, nónne ad fidem in Deum, ſua doctrina ac prædicatione homines induxit & prouocauit: vt hoc doctore ac præceptore vſi, meliores redderentur, & euaderent dociles diſcipuli? Annon ad conſtantiam & perſeuerantiam in bono, ſuos non ſolùm verbis, ſed & factis. (*Erat ſiquidem potens in opere & ſermone: Luc. 24. exemplúmque ipſe dedit, vt quemadmodum fecit, ita facerent illi: Ioan. 13.*) animauit? Et, vt diſertis verbo ſuo præcurſori ac Baptiſtæ, *Matth. 3.* reſpondit: Sine modo, *Sic decet nos implere omnem iuſtitiam.* quod de inſigni ac eximia humilitate intelligendum eſt, ad quam omnes adhortatus eſt, eámque vt ab illo diſceremus, apertè prædicauit: *Matth. 11. Diſcite à me, quia mitis, & humilis corde ſum.* Ipſe Legiſlator noſter, nónne per Euangelium ſuum, quod in omnes gentes prædicari iuſſit ac voluit, *Mar. 16.* iuſtitiam veram declarauit ac omnibus patefecit? *Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, ſicut ſcriptum eſt: Iuſtus ex fide viuit. Rom. 1.* Patet itaque Chriſtum iure longè optimo hoc doctoris iuſtitiæ titulo eſſe inſignitum & exornatum. Ad ſequentia pergamus. Deſcendere faciet ad vos imbrem matutinum & ſerotinum &c. Quantum ad literam pertinet, imber matutinus dicitur, qui tum venit, quando meſſis ſeritur: Sero-

Oſorius 1. lic.

Matth. 22.

Matth. 5. 6. & 7.

Luc. 24.

Ioan. 13.

Matth. 3.

Matt. 11.

Mar. 16.

Rom. 1.

tinus,qui tũ aduenit,quando meſſis colligi debet.Pluuiam intelligit commodiſſimam & oportuniſſimam poſt ſationem & ſub meſſem. Prior pluuia eiuſdem nominis eſt cum doctore.Eſt enim יורה,Ioreh,pluuia, qua fruges recens in terram iactæ rigantur: Serotina verò,qua paulò ante meſſem. Sicut à principio,vel ſicut in primo menſe,ſcilicet Niſan,qui in ratione feriarum primus erat, cadens partim in Martium noſtrum, partim in Aprilem (ſiquidem ſunt lunares Hebræorum menſes.) Frugum igitur duas pluuias commemorat, tempore ſementis, & quum fruges ſunt in ſpica. Non quòd iuxta Thalmudicorum nugas referente R.Selomone Iarhio,eo anno in Niſan ſeminarint,vt exponitur in tractatu de ieiunio, & quòd creuerint fruges vndecim diebus,adeo vt mēſe primo venerint ambæ pluuiæ, idque prodigio quodam. Et R. Dauid Kimhi, exponente Mercero,ex Rabinorum interpretatione,dicit,quod vterque imber autumnalis & vernus,ambo,inquam,deſcenderunt in Niſan eo anno. Dixerunt enim quòd eo anno exacta erat magna pars Adar Februarij.Nec deſcenderant imbres illis,ac deſcendit illis pluuia prima,primo Niſan: Dixit Iſraëlitis Propheta, Exite & ſeminate. Dixerunt,is qui habet cabum tritici aut hordei comedat illum, & viuat, aut ſeminet eum & moriatur. Dixit illis,nihilominus exite & ſeminate,factum eſt illis prodigium,& reuelatum eſt illis id quod erat in foraminibus & riuis formicarum, & quod in parietibus,& exierunt ac ſeminarunt ſecūdo, tertio & quarto, & deſcendit illis pluuia ſecunda quinto Niſan, & obtulerunt manipulum decimoſexto Niſan. Et inuentus eſt manipulus, qui offerri ſolet ex frugibus, quæ creſcunt ſex menſibus,oblatus ex vndecimo die: & inuentæ ſunt fruges, quæ creſcunt ſex menſibus, creſcentes vndecim diebus. Hactenus Thalmudicorum nugæ & commenta,abſque vllo ſacrorum Bibliorum fundamento. Habentúrque in Thalmud tractatu de Ieiunio cap. 1. citante Mercero ad hunc locum.Quæ eadem facilitate ac libertate reſpuuntur, qua merè liberè & ſine authoritate valida, propoſita fuere. Neque indiget noſtro mendacio Prophetica interpretatio, neque confictis miraculis & prodigiis Rabbinicis.Fictitium eſt demittendam eſſe vtramque pluuiam(à quarum vna ad alteram ſex minimum menſes ſolent intercedere) in menſe primo, idque voluiſſe inſinuare prophetam hoc loco: ſed ſenſus eſt genuinus, quòd ſuo tempore

R. Selomo Iarhius.

R.Dauid Kimhi Mercero interprete.

Thalmud. tractatu de Ieiunio cap.1.

tempore autumnalem, & ſuo etiam tempore verum imbrem fit demiſſurus. Nempe (quod explicationis gratia addidit) menſe primo, vel à principio, vt habet vulgata editio. Eſt ergo iſta expoſitio clara nec contorta: Pluuiam ſcilicet quæ appellatur יורה Ioreh, demiſit vobis in tempore ſuo, quod eſt in Marcheſuan, Octobri: & demiſit etiam vobis pluuiam ſerotinam tempore ſuo, menſe primo; qui eſt Niſan. Ac vtrumque ait R. Dauid Kimhi, מורה moreh, per מ Mem, idem quod יורה Ioreh, per Iod, Sic etiam R. Aben Ezra יורה idem eſt, quod מורה. Agricultura duabus pluuiis maximè opus habet, vt pote, poſt ſationem primariâ ſiue primi temporis, vel tempeſtiuâ. Vt ſemina geminare, & radices agere poſſint, altera deinde, illo menſe, quo matureſcunt fruges, ne plenis ſpicis ſiti flacceſcant, vel æſtu nimio grana extorreantur, quam ſerotinam appellamus, ad quod D. Iacobus ſapiẽter alluſiſſe videtur. *Iac. 5. Ecce agricola expectat pretioſum fructum terræ: patienter ferens, donec accipiat temporaneum & ſerotinum (ſub.) imbrem.* De pluuia enim ſermo eſt. *Deut. 11. Si obedieritis mandatis meis, vt diligatis Dominum, & ſeruiatis ei in toto corde veſtro dabit pluuiam terræ veſtræ temporaneam & ſerotinam, vt colligatis frumentum, vinum & oleum.* Vtrumque igitur imbrem temporaneum & ſerotinum, ſe daturum in tempore ſuo ac tempeſtiuè pollicetur benignus Dominus. Hoc eſt ſuppeditaturum omnia neceſſaria nõ ſolùm temporalia, ſed multò magis ſpiritualia, *Matth. 6. Primùm quærite regnum Dei &c.* Vnde Apoſtolus, *Luc. 22.* qui propter illud libenter reliquerant omnia, petiit in cœna, ſiquid defuiſſet eis, quos miſerat ſine pera ac pecunia in zonis, *Qui reſponderunt, nihil omninò ſibi vſquàm defuiſſe.* Si ergo tempora, terræque prouentus noſtris haud quaquam reſpondeant votis (Galli dicimus, *les ſaiſons de l'annee*) ſciamus Deum nobis vel potius peccatis noſtris iratum eſſe, nóſque ſuperioribus annis ſuam benedictionẽ minimè agnouiſſe, cùm horrea noſtra frumento redundarent, & torcularia vino & oleo diffluerent: Veluti hoc loco promittit Iudæis. Per imbrem intelligitur idem Chriſtus, iuſtitię doctor, ac ſana eius doctrina. Hunc imbrem deſiderabat *Iſai. c. 45. Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, & Pſal. 71.* extat de Meſſia vaticiniũ huiuſmodi. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuper terram. Deut. 32. Concreſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum,*

R. Dauid Kimhi. *R. Aben Ezra.* *Iac. 5.* *Deut. 11.* *Matt. 6.* *Luc. 22.* *Iſai. 45.* *Pſal. 71.* *Deut. 32.*

quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina. Dat
nobis imbrem matutinum & ſerotinum, hoc eſt, vtriuſ-
que gratiæ tam præuenientis, quàm ſubſequentis opportu-
nitatem, ſicut in principio Chriſtianæ religionis effecerat.
Pollicetur ſe propitium in iuuentute & ſenectute homi-
nis: Curat verbum iunioribus annunciari. Quod ſi negle-
xerint, non tamen ceſſat Deus benignus pluere etiam in
ſenectute hominis. Vocat aliquos in vineam primo ma-
ne, & per ſequentes horas diei. Aliquos etiam admodum
Mat. 20. ſerò circa vndecimam horam: *Matth.20.cap.5.qui non vult*
& c.25. *mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat, qui pluit ſuper*
Scholia *iuſtos & iniuſtos.* In Scholiis Græcis ad ca.5.Iacobi Apoſtoli
Græca in habetur, quòd pluuia matutina eſt pœnitentia peracta in
ca.5. Iac. iuuentute cum lachrymis, Serotina verò quæ in ſenectu-
Apoſt. te. Omnia verò pendent ex Dei benignitate, ideò dicit
Apoſtolus, Donec accipiat pluuiam matutinam & ſeroti-
nam. Hæc ibi. Aliqui imbrem matutinum exponunt fi-
dem, & ſerotinum, perfectionem bonorum operum: Vel
imber matutinus, eſt cogitatio fidei, pro huius vitæ ſtatu:
Serotinus autem, eſt viſio, quæ fidei ſuccedit, tanquam
præmium merito, quando videbunt Deum electi, ſicuti
eſt. *Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate &c. ait Apoſto-*
1.Cor.13. *lus, 1.Cor.13.* Sequitur in textu: *Et implebuntur areæ frumen-*
to, & redundabunt torcularia vino & oleo. Suprà exhauſtas
apothecas, horrea & promptuaria demolita prophetaue-
Ioel, 1. rat, cap. 1. Nunc frugibus implentur areæ &c. Torcularia
vuis calcandis ad vini liquorem exprimendum, ac etiam
oliuis ad oleum educendum, ſubſeruiunt. Quaſi dicat, Re-
Iſai. 11. rum omnium erit vbertas. Intelligitur verò Euangelij dif-
Pſal. 89. fuſio per totum orbem. *Vnde Iſaias c.11. Repleta eſt,* ait, *terra*
Para- *ſcientia Domini, ſicut aqua maris operientes.* Et reddam vobis
phraſis annos quos comedit locuſta &c. id eſt per quot annos fa-
Chaldai mē ſuſtinuiſtis locuſtarum, per tot iterum duplicabo fru-
ca, apud ctus. Vt cùm ſumma erga Deum gratulatione canere va-
Ariam leant: *Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti, annis qui-*
Monta- *bus vidimus mala. Pſal.89.* Vide quomodo non ſolùm ſucce-
nū & R. dentium annorum plenam abundantiam ſe daturum pro-
Dauidē mittit, ſed ampliùs etiam præteritorum temporum damna
Kimhi. reſarcienda, eóſque in integrum reſtituendos, vltrò ipſe
Mercero recipiat & polliceatur. Quaſi dicat, ex Chaldaica paraphra
interpre- ſi, vt habet Arias Montanus, & apud R. Dauidem Kimhi,
te. Mercero interprete, Ionatham, inquit, meꝰ videtur fuiſſe,
quod

quod ſit prophetia futura temporibus Meſſiæ. Nam vertit, Reddam vobis annos bonos pro annis quibus vexarunt vos populi, gentes & linguæ, & principes & reges: quos omnes ſcelerum vltionis miniſtros & ſatellites Deus eſſe voluerat. Doctor iuſtitiæ ſua gratia, & doctrina omnia reſtituet. Reddam vobis, ait, annos priſtinos. In hunc locum Rupertus, Quomodo, inquit, illis qui in captiuitate mortui erãt, redditio temporalis fieri potuit annorum, vel fructuum annalium, quos man⁹ hoſtilis eiſdem viuẽtibus abſtulit? Reſponſio: Spiritualem & ęternam redditionẽ oportet intelligamus, quæ in aduẽtu Saluatoris reddita eſt omnibus, qui expectantes regnum Dei, ſub eiſdẽ regnis iniuſtè fuerant oppreſſi. Omnes enim illos in paſſione ſua ſaluator liberauit, deſcendens ad inferos, & educens eos in æternas delicias Paradiſi. Ibi Daniel & ſocij ac cæteri illius temporis electi, quibus Babylonica captiuitas annos ſuos abſtulit. Ibi Heſter, Mardochæus, & qui ſub Perſis fuerunt: Ibi Machabæi, qui ſub Antiocho, ex regno Macedonico, ſucceſſore multa pertulerunt. Ibi denique ſancti Apoſtoli, qui ſub tyrannide Romanor. imperij, paſſi ſunt martyrium, cum aliis Electis in æternum deliciantur, & vita beata in æuum perfruuntur. Reddam annos hoc eſt, conſolabor vos ſuper omnibus malis, quæcunque intulerunt vobis regna illa regno Dei contraria. *Sic Iob cap. vltimo dicitur: Et addidit Dominus omnia quæcunque fuerant Iob, duplicia. Dominus autem benedixit nouiſſimis Iob, magiſquàm principio eius. Iſai. 60. pollicetur Dominus, Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum, & ponam viſitationem tuam pacem. Reddam vobis annos, quos comedit locuſta &c.* id eſt peccatum. *Citò proferte ſtolam primã, ait prodigi pater, Luc. 15.* Quia in reuerſione peccatoris vbi abundauit delictum, ſuperabundat & gratia, vt ſanctus ſcribit Apoſtolus. Ex quo datur intelligi, quod poſt lapſum non denegatur venia, ſi pœnitentia vera ſubſecuta fuerit: quamuis Nouatiani hæretici, negent per pœnitentiam poſſe reformari peccatores in priſtinum ſtatum, aduerſus quos militat propheticus ſermo, Et reddam vobis annos, quos comedit locuſta. Sed de his nunc ſatis. Finem dicendi faciens, Doctorem noſtrum iuſtitiæ, Chriſtum, *qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. Amen. Romanor. 9.* toto corde inuoco, ac ſupplex obteſtor, vt me inter peccatores ma-

Rupert⁹ hoc loco.

Iob. vltimo cap.

Iſai. 60.

Luc. 15.

Rom. 9 6.

ximum, Spiritus ſui imbre rigare, perfundere ac complue-
re dignetur, ſicque perfundere, vt dignos pœnitentiæ fru-
ctus tempeſtiuè agere valeam, ac gratum illi ſacrificium
Pſ. 4. & 50. iuſtitię offerre: ſic iudũ quod regius Vates. *Pſa. 4. & 50. di-
cit. Sacrificate Sacrificiũ iuſtitiæ, & ſperate in Domino.* Itẽ, *Tũc
acceptabis ſacrificiũ iuſtitiæ, oblationes &c.* Hoc enim exquirit
Matt. 6. à nobis idem doctor noſter, *Matth. 6. Primùm quærite regnũ
Dei,* inquit, *& iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.*
Dignetur inſuper reddere annos quos comedit locuſta &
bruch⁹: hoc eſt, ad ſe reuerſis exhibere remiſſionis gratiã,
Hymnus quadrageſ. vt ſancta mater orat Eccleſia, atq; multiplicare ſuper nos
miſericordiam ſuam, vt vbi abundauit delictum, ſupera-
bundet Dei gratia, & ſicut regnauit peccatum in mortem,
ita & gratia regnet per Iuſtitiam in vitam æternam, vbi
perfecta eſt ſatietas, totiúſque boni exuberantia & copia,
Rom. 5. per eundem Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, *Rom.
5.* Dixi.

HOMILIA XVI.

Fortitudo mea maxima, quam miſi in vos. Et comedetis veſcentes & ſaturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei veſtri, qui fecit mirabilia vobiſcum, & non confundetur populus meus in ſempiternum.

IOELIS CAP. II.

SOlet Deus, ſuam inſignem oſtendere fortitudinẽ in tenuiſſimis, ac infirmiſſimis beſtiolis ſuperborum arrogantiã ſic perdomando. Vnde in hunc locum D. Hieronymus ſcribit hoc modo. *D. Hier. hoc loco.* Quomodo potentia Dei in Ægyptiis plagis oſtenſa eſt, per parua animalia, & præcipuè Cyniphes, qui tam parui ſunt culices, vt vix cernantur oculis: ſic & nunc magnitudo virtutis Domini in paruis quoque animantibus demonſtratur. Non quòd Deus ad nutum nequeat terras operire diluuio, vel fulmine concremare, ſed per animalcula, oſtendit humanã fragilitatem. Vnde pulices & cimices idcirco fecit, vt fragilitatem noſtræ carnis oſtenderet,

quæ ab his quę parua ſunt vulneratur. Quid gloriatur terra & cinis? Hæc ille. Notatione dignum eſt, quod Exod. 8. *Exod. 8.* legitur. Magos Pharaonis in tertio ſigno, (quando Cyniphes apparuerunt) non potuiſſe ſimilia facere, ſed dixiſſe: *Digitus Dei eſt hic.* Act. 12. *Herodes rex conſumptus à vermibus narratur.* *Act. 12.* Sic Antiochus viuus, vermibus corroſus, vitã terminauit. Muſcæ, ranæ, locuſtæ & culices, ſic Pharaonẽ ac Aegyptios afflixerunt, vt reſiſtere nequiuerint. Bellicoſos Philiſtęos, 1. Reg. 5. muribus in Azoto, propter arcam *1. Reg. 5.* ſuam afflixit Deus. Blaſphemum Sennacheribũ per mures etiã agreſtes, referente Herodoto li. 2. percuſſit. Agreſtes mures, inquit Herodotus pater hiſtorię, arcus & ſcuta ederunt. *Herodo. lib. 2.* Iſte rex, ſubiungit, in templo Vulcani ſtat lapideus, manu murẽ tenens, & hęc per literas dicens: ἐς ἐμέ τις ὁρέων εὐσεβὴς ἔστω: In me quis intuẽs, pius eſto. Sic Gallicè, *Aprenez à me veoir, à craindre Dieu.* Infirma ſiquidẽ mundi eligit Deus vt fortia confundat, 1. Corint. 1. *1. Cor. 1.* Quod ſequentibus corroboratur hiſtoriis. Cromerus de rebus Polonorũ *Cromerus de rebus Polon.* in populo iuniore, & Munſterus in Coſmographia idem *& Munſterus in Coſmograph.* recitat de eo, quòd mures inuſitatæ magnitudinis illũ cũ vxore ſcelerata & liberis fugientẽ quoquouerſus per aquã & flãmã perſecuti ſunt: nec profuerunt abigentiũ ſatellitũ pręſidia, abſumptis priùs filiis, deinde vxore, ipſe infœlix lenta morte conſumitur in arce Cruſuicia, iuſto Dei iudicio. Sic enim non ceciderunt patris eius Popieli ſenioris imprecationes qui ſolitus erat in familiaribus ſermonibus ſubinde murium depaſtioni ſe ſuosq; deuouere. Narrant præterea Munſterus in Coſmograph. & Genebrardus *Mũſterus in Coſmogra. & Genebrardus in Chronog.* in Chronographia ſua, quendam Epiſcopum Moguntinum Hattonem, cùm vidiſſet magnam annonæ charitatem, congregaſſe in horreo plurimos pauperes, eóſque concremaſſe. d. non differre illos à muribus, qui frumentum depaſcunt, ad nihil vtiles, ſed tantùm fruges cõſumere natos. Vltione diuina murium agmen eum rodebant, etiam quæcunque quæreret ſubterfugia. Turrim in medio Rheni flumine extrui curauit, in eam *Chronicon Sigeberti de Arnulpho Imp.* ſe recepit, ſed mures tranarunt, turrimque conſcenderunt, & ipſum morſibus deuorauerunt. Illius inſuper nomen parietibus & chartis inſcriptum, abraſerunt, cum inſignis Turris illa hactenus dicitur à muribus. Aliquot alij ex iuſta Dei vltione in Chronicis à muribus corroſi narrantur. In Chronico Sigeberti refertur, quo-

m 4 modo

modo Arnulphus Imp. afflictus à pediculis in corpore eius ſcaturientibus, vt à nullo medicorum minui poſſent, moritur. Cui ſubſcribit Crantzius in Saxonia, libr.3. affirmans illum pediculari morbo abſumptum fuiſſe. Ioannes Fabri ab Hailbrum Dominicanus, qui egregios in hunc noſtrum Prophetam edidit commentarios, quibus me non parùm adiutum ſubleuatúmve profiteor, narrat hoc loco, fuiſſe quendam conſulem in ciuitate quadam prorſus immitem, ac durum erga pauperes, qui quando apparitores indicabant adeſſe pauperes quoſdam clientulos, negotia quædam coram ipſo tractanda habentes, ſolebat dicere, Quid mihi rei cum pediculoſis mendicis? Cæterùm Deus eiuſmodi faſtum non reliquit impunitum. Cùm enim aliquando hic conſul in curia magnifico cuidam viro adeſſet contracto morbo domum reuerſus lecto decubuit, tantaq; pediculorum vis eum inuaſit, vt etiam ex cordis ventriculo ſcaturirent, ipſumq; cor conſumerent, atque ita miſerabili morte eum afficerent. Sic ille. Fuerunt ibi pediculi fortitudo Dei magna. Sequitur. *Comedetis & ſaturabimini & laudabitis nomen Domini, &c.* Pſalm.21. *Edent pauperes & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum.* In euangelio promittitur menſa opiparè inſtructa, vbi dicitur, Mat.8. *Multi venient ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham Iſaac & Iacob in regno cœlorum.* Luc.14. *Dixit quidã, Beatus, qui mãducabit panem in regno Dei. & c. 22. Ego diſpono vobis menſam, vt edatis & bibatis ſuper eam in regno meo.* Obſerua, ꝙ lex magis famem accendat, quàm ſedare valeat, animos anxios relinquens, ac conſcientias inquietas: at verò Euãgeliũ eſt ſolidus verè cibus, famem tollens omnino, & animum potius quàm ſtomachum plenè perfecteq; explẽs atque ſatians, Luc.1. *Eſurientes repleuit bonis.* Ioan. 6. *Qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet vnquam,* Matt. 15. *cùm non haberent turba quod manducarent, dixit Chriſtus. Dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiãt in via.* Chriſtus ipſe panis eſt viuus, qui dat vitã mundo, Ioan.6. Saturabimini addit. Non gulam commẽdat more Epicureorũ. Sed ſaturitatẽ cibi cœleſtis. Intelligit itaq; vberrimam Dei cognitionem. Lex cùm gratiam non conferret, non ſatiabat, ſed ad Chriſtũ mittebat. Euangeliũ verò famem ſedat, vt quod remiſſionẽ peccatorũ offerat & vitã æternam. Subditur, & laudabitis nomen Domini, &c. Saturitas ventris tãtùm

Crantzius in Saxonia lib.3.
F. Faber in Ioële cap.2.
Pſal. 21.
Luc. 14. & c. 22.
Luc. 1.
Ioann. 6.
Matth. 15.
Ioan. 6.

tùm abeſt, vt ad laudem excitet Dei, vt ſæpè ſecuritatem & Dei contemptum gignat. *Impinguatus eſt dilectus, & recalcitrauit.* Deut. 32. Item, *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexit poſtea ludere,* Exod. 32. & 1. Cor. 10. Sed hic dicitur: Et ſatiati laudabitis nomen Domini. Huc ſpectãt Prophetæ, vt in omnibus Deus glorificetur. In frugibus interdũ Deus blaſphematur, ideoq; ſapiens, Prouer. 30. *Ne fortè,* inquit, *ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis eſt Dominus?* Sed verbis Dei refecti, & bene paſti, hisq; vegetati, in gratiarum actionem prorumpemus. Alioqui impios nonnunquam delicatius paſcit Deus, quàm pios, vt Epulonis ac mendici Lazari, Euangelica aſſerit hiſtoria, Luc. 16. niſi alia promitteretur fœlicitas. Agnoſcendus eſt Dominus, qui paſcit nos, nec erga illum debemus inueniri ingrati. Vnde dicit: *Laudabitis nomen Domini.* Nónne bonorũ omnium largitorem laudare debemus, gratias de ſuſceptis beneficiis illi referentes? Pſal. 33. *Benedicam Dominũ in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipſum,* & Pſal. 102. *Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius* Item Pſal. 115. *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Emphaſim habet, quod dicit vates ſacer: Nomen Domini Dei veſtri, &c. Dominus eſt, qui vobis liberaliſſimè prouidere poteſt. Matt. 6. *Nolite ſolliciti eſſe, dicetes, Quid manducabimus, aut quid bibemus? Scit enim pater veſter cœleſtis quia his omnibus indigetis:* Nouit ſuccurrere, & poteſt omnia. *Qui dat eſcam pullis coruorum inuocantibus eum, & replet omne animal benedictione, vt diuinus Pſaltes cecinit:* Ille mille modos habet quibus ſuis ſuccurrat. Patres in deſertis pauit quadraginta annis, qui nec ſerebant nec metebant. Tempore famis Eliam coruorum miniſterio aluit, 3. Regum 17. & innumeros alios. Bonum ſanè habemus Dominum. Imò optimum, maximum, (qui tituli ſunt huic Domino peculiares & proprij.) Deus eſt, *dans æternã vitã ſuis.* Iuxta huius nominis ſingulas literas, veſter cùm dicitur, amplificatur Dei erga populũ ſuum affectus, &, vt ita dicã, φιλανθρώπια, erga homines amor. Pſal. 94. *Ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autẽ populus eius, & oues paſcuæ eius.* & Pſa. 22. *Dominus regit me, ſiue paſcit me, & nihil mihi deerit: In loco paſcuæ ibi me collocauit. Paraſti in conſpectu meo mẽſam, aduerſus eos, qui tribulant me,* ibidẽ. *Qui fecit mi-*

Deu. 32. *Exo. 32. & 1. Co. 10.* *Prou. 30.* *Luc. 16.* *Pſal. 33.* *Pſa. 102. & Pſal. 115.* *Matt. 6.* *3. Regũ. 17.* *Pſal. 94. & Pſal. 22.*

rabilia vobiſcum. Rationem addit. Quia mirifica egit. Quę nõ eſt benedictio corporalis, annonæ vbertas, ſed quòd filiis iræ datur doctor iuſtitiæ famelicos paſcens, ex peccatoribus iuſtos, ex iræ filiis, Dei filios, ex mortalibus immortales, ex damnatis alioqui ſaluos faciens credentes, quæ mirifica & valde mirabilia ſunt, & nemo fecit niſi Chriſtus. Quod addit: nõ confundetur in æternũ, &c. Arguit hæc, non de reductione è Babylone, ſed tempore Euãgelij intelligi. Iudæi etenim in confuſione ſunt, propter ipſorum incredulitatem, & ingratitudinem, atque parricidium, cædem nimirum filij Dei, & Meſſiæ veri. Quia negauerunt Iudæi Chriſtum coram Pilato, d. Non habemus regem, niſi Cæſarem, & rurſus, Nolumus hunc regnare ſuper nos. Iudæi iam non ſunt populus Dei, ſed translata eſt ad Gentes promiſſio, & adoptio filiorum Dei. Daniel. 9. *Et non erit eius populus, qui eum negaturus eſt.* Legem, tametſi quid faciendum ſit oſtendat, quia faciendi facultatem non præſtat, ſequitur confuſio conſcientiæ. Peccatoris apud Lucam, capit. 18. more, nimirum Publicani à longè ſtantis, oculos ad Deum ſub lege non audemus tollere: quæ nos accuſat, peccata oſtendens nobis: à Deo refugimus, vt Adam & Eua, &c. Hanc confuſionem hic iuſtitiæ doctor, Chriſtus ſeruator, tollit. Qui in Chriſtum credit, non confundetur in æternum, Hebr. 4. *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Sic inſtar prodigi, Luc. 15. ad patrem confugimus, dicentes illi: Pater peccaui in cœlum & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus, &c.* Cui pater, poſtquam ruit in amplexus filij, vitulum ſaginatum, vt epularetur, occidi iuſſit. Hæc eſt, Chriſti pro nobis immolati merito, peccatoris iucunda receptio, Pſalmus 30. *In te Domine ſperaui, non confundar in æternum.* Ita intelligo confuſionem per Doctorem CHRISTVM ſublatam, D. Apoſtolo interprete, Epheſ. 3. *In quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius.* Sunt qui confuſionem paulò aliter interpretantur, nempe deformationem naturæ per peccatum factã in animo & corpore. Poſt lapſum ſiquidẽ vita hominis perpetua quędã confuſio eſt, error & calamitas. Hanc ſanat doctor iuſtitiæ & vniuerſorũ inſtaurator & reparator Chriſtus Dominus, qui peccata

Daniel. c. 9.

Luc. 18.

Hebr. 4.

Luc. 15.

Pſal. 30.

Epheſ. 3.

cata remittit, ſpiritum donat, vitæ æternæ hæredes facit. Ille Apoc.3. *Suadet nobis ab eo emere aurum ignitum probatum, & vt veſtimentis albis induamur, vt non appareat confuſio nuditatis noſtræ.* Hęc expoſitio quidem ſyncera & pia eſt. Prior tamen illuſtrius habet legis & Euangelij diſcrimen. Lex confundit, quia non adducit ad perfectionem. Euangelium implet animos gaudio. Rom.5. *Iuſtificati ex fide pacem habeamus ad Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiã iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Rurſus ibi: Iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per eum. Reconciliati ſumus Deo, per mortẽ filij eius.* Ibidem. *Et ſcietis quia in medio Iſraël ego ſum, & ego Dominus Deus veſter, &c.* Pactum cum populo Dei per Chriſtũ. Vos populus Dei. Ego Dominus Deus veſter. Chriſtus regni & fœderis inſtaurator: Scietis quia in vobis habitabo. Id agnoſcitur per arrabonem Sancti ſpiritus, de quo mox ſubiungitur mentio. Cognoſcetis me eſſe in medio veſtrum, qui audiam clamorem veſtrum, & me eſſe Deum veſtrum, nec alium. Non ſicut Dij populorum quos coluiſtis: illi enim non iuuant, quia ſunt vanitas. Scietis me eſſe in medio Iſraël, &c. Id ad Chriſtum carne veſtitum inter Iudæos verſantem referũt nonnulli, quò & Ioannes Theologus *alluſerit, c.1. dicens. Et habitauit in nobis.* Et quidem ad Chriſti præſentiam in ſua Eccleſia ſine dubio reſpicit Prophetia iſta: vnde Chriſtus ipſe Matth.28. *ſiue vltimo cap. Ecce, inquit, ego vobiſcum ſum, vſque ad cõſummationem ſeculi.* quod non ſolùm de præſentia diuinitatis, verùm de præſentia corporali in ſacratiſſima Eucbariſtia, etiam verum eſt, vt fuſiùs, Cõcionibus de auguſtiſſimo Sacramento, in ſacris Decadibus noſtris diximus. Alius autem modus promittitur hîc, quo inter Iſraëlitas ſit verſaturus, quàm antè. Nam illo tempore non dubitabant verſari in Iſraël Dominum. Id enim ſæpè promiſerat. Significat ergo hominem eſſe, qui in medio Iſraël habitet, nõ vt in Templo habitarat, ſed viſibilis *Immanuel, vt ait Iſaias, c.7. verus homo,* ſed & verus Deus *(quod interpretatum ſonat nobiſcum Deus. Matth. 1.)* Propterea addit, Scietis quod ego Dominus Deus veſter, & non alius, quæ particula totam perſonæ deſcriptionem abſoluit. Suprà diſerta perſonarum notatio, quum Pater daret doctorem, de quo nunc dicitur, Scietis quod ego Dominus habitans in medio *Iſraëlis, id eſt factus homo, carne induta*, ſtatimque de Spi

Apoc.3.
Rom.5.
Ioan.1.
Mat.28.
Iſai.7.
Matt.1.

de Spiritus perſona ſermo ſubiũgitur. Effundam ſpiritum meũ,&c. En Trinitas ſancta. Et ſcietis me eſſe Dominum Deum veſtrum,&c.cum emphaſi,Quaſi dicat,Vindicem & protectorem.Et non eſt ampliùs,ſeu,vltrà.Et non eſt aliud (ſupp.) numen,Non eſt alius Deus præter me. Inde repetit particulam illam ſuauiſſimam, & plenam conſolationis: *Et non confundetur populus meus,&c.* In Chriſtum credenti-
Dan. c.3 bus nulla confuſio,iuxta illud,Dan.3. *Non eſt confuſio confi-*
Rom. 9. *dentibus in te.*Roma.9.& 1.Pet.2.*Omnis qui credit in eũ(Chri-*
& 1.Pe.2 *ſtum Ieſum) non confundetur.*aiunt Sancti illi Apoſtoli & columnæ Eccleſiæ. Sed vel in mediis afflictionibus, æternæ vitæ & ſalutis per Chriſtum partæ & oblatæ, ſpe, ſeſe ſolãtur,aque animos erigunt. Animaduerſione digniſſimum,
1. Multis ac variis modis Chriſtum in medio Eccleſię eſſe.1. Primò ſingulari quadam & particulari prouidentia, qua ipſam gubernat tuetur ac defendit, & de omnibus ad eius conſeruationem neceſſariis ac ſalutem ſolerter prouidet.
2. 2. Altero modo, dicitur eſſe in nobis per gratiã inhæren-
Rom.5. tem,non ſola imputatione, vt hæretici blaterant. Rom. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctũ, qui datus eſt nobis.*Vt tanquam in templis ſuis non corporaliter, ſed per fidem & charitatem inhabitet.Deus quidem vbique eſt,per diuinitatis præſentiam, ſed non vbique eſt
3. per habitationis gratiam. 3. Speciali quodammodo, congregatis in nomine eius aſſiſtit, vt conciliũ œcumenicum legitimè coactũ nequeat in his, quæ ſunt fidei & morum,
Matt. 18 errare:Matt.18. *Vbi duo vel tres congregati fuerint, in nomine meo,ibi in medio eorum ſum.* Verè ingens conſolatio. Vnde cum Sapiente exclamare licet, capitis deciminoni ſeu po-
Sap.19. ſtremi vltima periodo ſeu verſu:*In omnibus magnificaſti populum tuum Domine,& honoraſti,& non deſpexiſti in omni tẽpore, & in omni loco aſſiſtens eis.* Et cum Moſe legiſlatore,
Deut.4. Deut. 4. *Non eſt alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi, ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationi-*
Pſ. 144. *bus noſtris.* Conſimile eſt, *quod* Pſal. 144. *ſcribitur: Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum,&c.* Hoc præuidẽs,*Eze-*
Ezec.48 *chiel.cap.48.in fine*, cùm nouam illam Hieruſalem deſcriberet.dicebat: *Nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.* Dominus in medio Iſraëlis, hoc eſt fidelis populi, vt ſubueniat,& ſuccurrat. Vt ſol eſt in medio Planetarum in cœlo, vt cor in medio partium principalium in animali,vt lignũ vitæ erat in medio Paradiſi:Sic & Dominus in medio populi

populi ſui. Vidit Chriſtum Ioannes, Propheta Eccleſiæ, in Apocalypſi cap.1.& 2.*ambulantem in medio ſeptem candelabrorum aureorum.* Ille in medio Eccleſiæ eſt, non ad horam, vel breue aliquod tempus, *ſed Matth. vltimò, vſque ad conſummationem ſeculi.* Vltimo verſu, ibi. Vnde meritò Eccleſia vocatur ab Apoſtolo 1.Timot.3. *columna & firmamentum veritatis.* De noua Hieruſalem Apoca.21. *dicitur: Audiui vocem de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus.* Sic antea Salomoni dictum fuerat à Domino: 3.Reg.6. *Habitabo in medio filiorum Iſraël, & non derelinquam populum meum Iſraël.* Priùs quoque Moyſi fuerat reuelatum, *Leuit.26.* Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abijciet vos anima mea. *Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, vóſque eritis populus meus. quod ab Apoſtolo 2. Corinth. 6.* repetitur hoc modo: *Vos eſtis* templum Dei viui: ſicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis: & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. Concordat Iſaias Euangelicus propheta, cap.12. *dicens: Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui ſanctus Iſraël.* Hactenus de Chriſti aſſiſtentia: ad ſequentia progrediamur. Et erit poſt hęc, Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & quæ ſequuntur. Ioël.2.

Apoc.1. & 2. *Matt.vltimo ca.* *1.Tim.3.* *Apoc. 21* *3.Reg.6.* *Leuit.26* *2.Cor.6.* *Iſai.12.c.*

Prædicit eximium donum die Pentecoſtes diſcipulis conceſſum, (prout S. Euangeliſta Lucas in Actis Apoſtolicis cap.2. fuſiùs commemorat.) Princeps quoque Apoſtolorum D. Petrus, ibidem, in eundem ſenſum adducit. Vbi clariùs ait: *In diebus nouiſſimis, &c.* Sic enim dicuntur dies illi, in quibus Chriſtum reuelari oportebat, in quibus plenitudo tēporum. *Sic* Iſa.2. *Erit in nouiſſimis diebus preparatus mons domus Domini.* & alibi non ſemel. *Et erit poſt hac, &c.* vbi ſcilicet fœdere Chriſti ſanguine confirmato, à mortuis ſurrexit, & in populo ſuo habitationem elegerit. Sic Aquila Ioannes, Theologorúmque Phœnix: cap.7. *Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat Spirituſſanctus datus, quia Ieſus nondū erat glorificatus.* Propriè dixit? *Effundam,* Verbum copiæ. Nam alioqui nullis non ſeculis fuêre viri boni, in quibus erat Spirituſſanctus, vt Symeon Iuſtus, *Luc.2.* & aliquot alij, at tum multiplicatus valde fideliū numerus ac vberiùs longè & copioſiùs communicatus eſt Spirituſſanctus, poſt Chriſti

Act.2. *Iſai.2.* *Ioan.7.* *Luc.2.*

Chriſti ad cœlos aſcenſum. Spiritus enim dona ſunt varia. Diſtributionéſque gratiarum ſunt, inquit Apoſtolus. Vide pulchram conſequentiam. Suprà, de officio Chriſti quod futurus eſſet Doctor iuſtitiæ, egit: hic de Spirituſancto & donis eius luculenter, D. Petro interprete, vaticinatur. Nunc vide verba. Poſt hæc, id eſt, poſtquam Doctor Iuſtitiæ ſuum abſoluerit miniſterium, docens iuſti-
Iſai.45. tiam. Iſai.45. *Ego Dominus, & non eſt alius, loquens iustitiam, annuncians recta*, & ſua morte peccata expians, atque, vt 1.
1.Ioan. 3 Ioan.3. *ſcribitur, opera Diaboli diſſoluens*, mittetur Spirituſſanctus, vt Chriſtus, inquit, *Niſi ego abiero, Paracletus non*
Ioan. 16. *veniet ad vos. Ioan. 16.* Effundere, vt ſuprà innuimus, largam copiam ſignificat. Antè in angulo Iudeæ verbũ conſiſtebat. Notus in Iudæa Deus, inquit Pſaltes, nunc omnibus linguis etiam Gentibus. Rectè etiam verbum effundendi confertur cum מורה moreh, quo nomine & Doctor & Pluuia ſignificatur. Quòd Spirituſſanctus, vt pluuia è cœlo demittatur, ad riganda corda arida & velut ſterilem agrum fœcundandum. Qua eadem figura vtitur columen
Act.2. Apoſtolorum. *Petrus*, Act.2. *de Chriſto verba faciens. Dextera Dei exaltatus, inquit, & promiſſione Spirituſſancti accepta à Patre, effudit, hoc (donum) quod videtis & auditis.* Significans donum cœlitùs dimiſſum vt pluuiam. Obſeruare hic licet diſtinctionem perſonarum. Quod enim effunditur, non eſt is qui effundit. Sic ſuprà, Lætamini in Deo qui dedit vobis Doctorem. Sunt duæ perſonæ dantis & docentis. Et tamen Chriſtus *dicit, Ego & Pater vnum ſumus, Ioan.*
Ioan. 10. *10. cap.* Quod meum Spiritum dicit Pater, non Spiritum ſimpliciter, hoc eſt patris Spiritus. In patre nihil niſi diuinum, æternum, & omnipotens. Hic ergo Spiritus, æternus & omnipotens Deus eſt, Creatórque in Pſalmis diſertè nominatur, Emitte, inquit, Spiritum tuum & creabuntur. Item Verbo Domini cœli firmati ſunt ac creati, Spiritu oris eius omnis virtus eorum. *Veni creator Spiritus.* Sic il-
Eccleſia. lum inuocat Eccleſia. Hæc eſt fides Catholica, & doctrina propter inuocationem imprimis neceſſaria, in qua intuendus Pater omnium conditor, filius iuſtitiæ doctor, redemptor, atque victima pro peccatis, & Spirituſſanctus procedens à patre & filio, qui à Patre per filium effunditur, vt corda ſanctificet. Dicens, effundam. Alludere videtur ad id quod facere ſolent præpotentes Monarchæ, qui ad oſtendendam potentiam, opulentiam, &

liberalitatem ſuam, aurum & argentum profuſiſſimè in vulgus ſpargunt, cum acclamatione, Gallis familiaris, *Largeſſe. Sic Deus effudit ſpiritum ſuum in nos abundè, per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum. Tit.3. Effundam ſuper omnem* Tit.3. *carnem*, ait: Vbi Iudæis & gentibus Spirituſſancti donorum largitas promittitur. Poſt Chriſtum ſiquidem in cœlos ſublatum & aſſumptum, nullus populorum delectus eſt habitus ſeu factus, veluti docuit Petrus, Act.10. *In veritate comperi, quia non eſt acceptio perſonarum apud Deum,* Act.10. *ſed in omni Gente, &c.* Vt in Samaritanis Cornelióque Gentili, ſatis ſupérque demonſtratum eſt in Actis. Voluit quoque Chriſtus ac iuſſit, pœnitentiam & *remiſsionem peccatorum in nomine ſuo annunciari in omnes gentes.* Luc.24. *Super omnem carnem*, hoc eſt, hominem, more ſcripturæ. Sic Luc. 24. Iſaias, *Videbit omnis caro ſalutare Dei, & Pſalmographus, Ad te omnis caro veniet.* Rurſus Pſal. 144. *Benedicat omnis caro nomini ſancto eius.* Et ſacer Euangeliſta, Ioan.1. *Verbum caro factum eſt*, Hoc eſt Deus factus eſt homo. Alia quoque Ioan.1. ratio eſt, cur carnem potiuſquàm aliud vocabulum poſuerit: carnem dicit, quia rebellibus & lapideis cordibus Spiritum ſanctum non communicat Deus. Spiritus ex lapideis cordibus, carnea, mollia, ac tractabilia facit. Carnem etiam dicit, quia, teſte Apoſtolo, concupiſcit caro aduerſus Spiritum. Ideò datur nobis Spiritus deſuper, qui nos ſpirituales reddat, vt quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram, ſapiamus: non quæ ſunt carnis, ſed quæ Spiritus.

Non prætereo D. Petri in poſteriore ſua Epiſtola c.1. teſtimonium, huic negotio accommodatum. *Per quem, videlicet* 2. Pet. 1. *Chriſtum, maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit: vt per hæc diuinæ efficiamur conſortes naturæ.* De donis Spirituſſancti, per Chriſtum credentibus collatis, iuxta illud ex Dauide apud Paulum vaticinium. *Aſcendens in altum, dedit dona hominibus, Epheſ.4.* accipe & intellige. O mirificam Epheſ.4. Domini noſtri liberalitatem & largitatem. Eſt effuſio parcitati omnino aduerſa. Effuſionis ratio certũ ipſa ſibi modum nec præſcribit, nec eius qui effundit animo & largitati ponit, quacũque in re effuſio cõſideretur, vt apud Pſalmiſtam, *Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt. Pſal.78.* Abundantem ergo ſpiritus ſui copiam ſe facturum Pſal. 78. promittit Deus. Et quando dicitur, ſuper omnem carnem, non eſt intelligendum quòd omni homini danda

fuerit

fuerit prophetia: ſed ſpiritus omnibus promittitur, vt omnes ſciant, & habeant cognitionem Dei. Eſt autem duplex diuini Spiritus in iis, qui eo fruuntur, efficientiæ genus (vt ſcribit ad præſentem locum Arias Montanus) Alterum quidem vitæ renouatio, ac nouæ cuiuſdam reſpirationis planè diuinæ vſus, quem nemo ſcit niſi qui accipit: magnam nimirum in hominibus mutationem efficiens. Sicut dictum *eſt Sauli, 1. Reg. 10. Inſiliet in te ſpiritus Domini, & mutaberis in virum alium.* Itaque hoc genus ad eius ipſius, in quo eſt vtilitatem, ſanctificationem & cœleſtem fœlicitatem propriè pertinet. Alterum autem genus eſt, eorum, quos hic Spiritus corripuerit ad res publicè gerendas efficio, & diuina quædam conformatio, eáque contingit iis, quos Deus non tam ſui ipſorum, quàm aliorum cauſa, publicorum munerum & gerendum rerum adminiſtratores creat: cuiuſmodi ſunt Prophetæ, Sacerdotes, Apoſtoli, Doctores: atque harum rerum diſtinctionis cauſa, alterū genus, nos ſanctificationis ſpiritum, & cognitionis veritatis. Alterum verò officij ſiue miniſterij nominare conſueuimus. Vtrumque verò hoc in loco à Vate indicatur: Prius illud, cùm ætas illa aurea & fœliciſſima humanę redemptionis continget, atque tunc diuinæ cognitionis abundantiam futuram vaticinatur: Spiritum cognitionis Dei ſuper omnem carnem effundendum promiſſum inſinuat. Nec ſolos Iudæos Iſraëliticamque gentem hoc beneficio afficiendos. Sed miniſterij ſpiritum certis hominibus eſſe impartiendum, nullo tamen aut ætatis aut ſexus delectu. Sic Arias. Ex quo colligitur, Quædam SSti. dona omnibus Chriſtianis ex æquo communia eſſe, vt Renouatio vitæ. Regeneratio, & Adoptio, Cognitióque neceſſariorum ad ſalutem. Fides, Spes, Amor Dei & ſimilia. Alia verò ſingularibus & certis quibuſdam hominibus, in totius Eccleſiæ tamen commodum & vtilitatem communicantur, de quibus in ſequentibus ſpecialis habetur mentio, dum ſubditur: Prophetabunt filij veſtri & filiæ. Quæ ad proximam homiliam reſeruamus. Finem huic imponentes, Patrem creatorem cœli & terræ, filium Doctorem iuſtitiæ, & redemptorem omnium, maximè verò fidelium (vt D. Paulus loquitur) atque Spiritum ab vtroque procedētem, (qui nos ſanctificare dignetur.) Humiliter inuocantes, Deum trinum & vnum, vt auferat à nobis cor lapideum & det carneum, molle ac tenerum, vt Spiritusſancti characterem ſuſcipia-

Arias Montanus hic.

1. Reg. 10.

ſuſcipiamus, ac reformemur ad ſimilitudinem & imaginem Dei: Expoliantes veterem hominem, & induentes nouum: (vt D. Apoſtolus hortatur:) & in omni iuſtitia & ſanctitate, vt vitam aliquando adipiſcamur, conſequamúrque æternam. Sit tribus honor vnus. Amen.

HOMILIA XVII.

Prophetabunt filij veſtri & filiæ: & quæ Ioel 2. ſub finem ponuntur, &c.

CONSIDERATIONE dignum eſt, quod Iudæi poſt Malachiam, pauciſſimos vel adeò nullos prophetas habuerunt, vſque ad Christi aduentum, ſiue vſque ad Ioannem Baptiſtam, vnde cum Dauide exclamare poterant, *Pſalm. 73. Signa noſtra non vidimus. Iam non eſt propheta.* Doni igitur prophetiæ meminit Ioël, ſub quo linguarum gratiam contineri, ex D. Petri prima concione, *Act. 2. liquido conſtat, cùm ille falſa profari perfidos, Ioële teſte, comprobat eos,* inquam, qui muſto madere deputabant Apoſtolos propter variarum linguarum donum, quos ſpiritus repleuerat, quíque, vt Apoſtolica narrat hiſtoria, loquebantur varijs, ſiue alijs & nouis linguis, prout Spiritusſanctus dabat eloqui illis. Ibidem. Prophetare propriè dicuntur, qui de arcana Dei voluntate, & de rebus futuris diſſerunt: ſed Prophetandi vocabulum latiùs ſe extendit, nempe ad interpretandi ſcripturas, & concionandi officium, atque hymnos, laudéſque diuinas canendi & pſallendi munus. Vnde hi omnes etſi futura non præuideant, tamen prophetare dicuntur. Atque in eorum vatum grege Saul olim ſemel atque iterum enumeratus eſt. *1. Reg. 10. & 19. vnde verſum eſt in prouerbium, Num & Saul inter prophetas:* Prophetia, Paulo interdum eſt donum interpretandi Prophetas. Sed hìc ſignificat donum illud eximium, quo Moſes & veteres prophetæ clari fuerunt. Valde mirabile donum extitit, vt illiterati ſubitò, tanta maieſtate Dei eloquia perſonarent. Vnde veritas religionis cognoſci poterat. Sed iam verba ipſa expendamus, *Filij veſtri.* inquit, Magna conſolatio! Ideò non debebant Apoſtolis aduerſari.

Pſal. 73.

Act. 2.

1. Reg. 10. & 19. c.

aduerſari. Cùm filij Iudæorum, à Vate, & eius interprete D.Petro hîc vocentur, & Chriſtus ipſe *Luc. 11. Filios eorum ſuos* nuncupet Apoſtolos dicens: *Si in Belzebub eijcio dæmonia, filij veſtri in quo eijciunt? Ideò ipſi iudices veſtri erunt. Et rurſus, alibi ſponſi filios appellat. Non poſſunt, ait, filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus.* Pari ratione filias accipe & expone; vt verbi gratia, Aderat ſanctiſſima virgo Deipara, quum datus fuit Diſcipulis Spirituſſanctus, *Act. 1.* nec illa ſola, vt patet ibidem. Vt olim, viris ac mulieribus hoc donum datum: Cum Moſe Maria eius ſoror, cum Ieremia Holda prophetiſſa, 4.*Reg.22. Miſit Ioſias rex ad Holdam prophetidem vxorem Sellum, &c.* Sic tempore Chriſti Simeon & Anna prophetiſſa: *Luc.2.* Præterea Delbora, Iudicum *cap.* 4. vxor Lapidoth, prophetis deſcribitur, quæ iudicabat populum illo tempore. In nouo teſtamento Elizabeth ſancta anus, repleta fuit prophetico Spiritu, dum à iuuencula, perpetua Virgine ac Dei parente Maria viſitaretur, *Luc.1.* De Philippi vnius de 7. Diaconis quatuor filiabus Virginibus prophetæ dono claris legimus, *Act. 21.* Dona iſta prophetiæ, longè poſt Apoſtolos in Eccleſia floruerũt vt videre eſt apud Euſebium in Eccleſiaſtica hiſtoria, & non ſolùm vſque ad tempora B.Irenæi, ſed & Theodoreti Cyri Epiſcopi, fuerunt aliqui, vt ipſe ſcribit, qui ſingulari ſpirit' dono futura prædicebãt. Sic enim ille ad hũc locũ Ioëlis, poſtquã diuinũ Paulũ oſtendit prophetico ſpiritu illuſtrẽ fuiſſe, cùm Mileti Epheſios ſeniores alloqueretur: *Act.20. Intrabũt poſt diſceſſũ meũ, Lupi rapaces, & 2.Tim. 3. In nouiſſimis diebus inſtabũt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, &c. & eiuſdem epiſtola c.4. Erit tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, &c. & prioris, c. item 4. Spiritus manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus erroris*, & reliqua deinceps, poſt hæc, inquam, ſubiecit ibi Theodoretus. Sed ſuperuacaneum quiddam facio, cùm conor prophetiæ veritatem demonſtrare: Nam in hanc ætatem hoc donum permanſit, & ſunt in ſanctis viri purum & clarum mentis ſenſum videndi habentes, qui multa de futuris & prænoſcunt, & prædicunt. Sic ille. Imò ante trecentos annos, Archimandrita ſiue Patriarcha noſter D. Franciſcus, prophetico ſpiritu clarus habitus eſt, vt de eo luculenter D. Bonauentura in vita eius teſtatur. In actis Apoſtolicis memorantur prophetæ, qui erant Antiochiæ. *cap. 13.* Agabus

Luc.11.
Act.1.
4. Reg. 22.
Luc.2.
Iud. c.4.
Luc.1.
Act.21.
Euſebius in hiſtor. Eccl. Irenæus & Theodoretus in c.2. Ioëlis ad hac verba.
Act. 20. 2.Tim.3. & 4. & 1.Tim.4.
D.Bonauentura in vita D.Franciſci.

item propheta, qui magnam famem futuram in vniuerſo orbe terrarum prædixit, *Act. c. 11. & c. 21.* Tulit zonam Pauli, & alligandum in Ieruſalem & tradendum in manus gentium prædixit. Sic impletum eſt hoc vaticinium: Prophetabunt filij veſtri, &c. Quamquã hic Prophetare vocet, loqui variis linguis, vt ex Actis deducitur, &c. D. Paulus, 1. Cor. 14. interpretari ſacra prophetare nominat. Propriè verò eſt vaticinari de futuris. *Senes veſtri ſomnia ſomniabũt, & iuuenes viſiones videbunt, &c.* Hic ſpecies ponit vates, eorum, quibus antiquitus ſecreta diuina ac futura reuelabantur. Sunt enim variæ, vt verbi cauſa: Moſes facie ad faciem loquebatur cum Domino, hoc eſt, familiariter. Alij ſomnia habuerunt, & reuelationes, ſeu interpretationes ſomniorum: vt Daniël, Alij viſiones. De his tribus habes *Num. 12. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. Sed non ſic ſeruus meus Moſes. Ore enim ad os loquor ei: Palàm Dominum videt, hoc eſt,* familiarius longè, quàm cæteri: *Ioſeph vidit in ſomno ſolem & lunam & vndecim ſtellas atque manipulos, qui adorabant illum. Geneſ. 37. Iacob quoque, cap. 28. vidit in ſomnis ſcalam à terra ad cœlum vſque pertingentem.* Ezechiel multas viſiones vidit. In nouo etiam teſtamento in ſomniis & viſionibus quamplurima Deus reuelauit, vt Petri Apoſtolorum principis ſomnium in Actis legimus, *ca. 10. cùm cecidit ſuper eum mentis exceſſus, & vidit è cœlo velut linteum magnum, quatuor initiis ſubmitti in terram, in quo erant omnia quadrupedia & volatilia, &c.* Prophetiæ quædam erat ſpecies, de Gentium nimirum vocatione. Quædam etiam in ſomnis B. Paulo commonſtrata ſunt, vt patet ex Actis Apoſtolicis. Liber Apocalypſeos viſionibus refertus eſt, quibus ventura nouiſſimis ſeculis mirificè prænunciantur, & propheticè depinguntur. Et B. Dionyſius Areopagita in Epiſtolis viſionem quandam, Carpo oſtenſam & oblatam, deſcribit, planè mirabilẽ, ad Demophilum Epiſt. 8. his verbis: Cum aliquãdo in Cretam veniſſem, S. Carpus me ſuſcepit hoſpitio, vir ſi quis alius ad Dei ſpeculationẽ aptiſſimus. Hunc, vt ipſe referebat, infidelis quiſpiã contriſtarat aliquando, ob eã cauſam quòd ille quendã ab Eccleſię fide ad impietatẽ erroris abduxerat: Cúmq; in celebritate qua dã debuiſſet pro vtriuſq; benigniſſimè orare, atq; Dei ſaluatoris auxilio, vnũ quidẽ ab errore cõuertere, alterũ verò bonitate ſuperare, & ita eos ad Dei cognitionẽ attrahere,

Act. 13. & 11. ca. 21.

1. Cor. 14.

Nu. 12. c.

Gene. 37. & 28.

Act. 10.

Dioniſi⁹ Epiſt. 8. ad Demophilũ Therapeutẽ ſeu Monach.

neſcio quo pacto cum intra ſemetipſum id antea paſſus nõ eſſet, tũc vehementẽ indignationẽ atque amaritudinẽ imbiberat animo. Sic itaque affectus obdormiuit ſub veſperam. Circa verò mediam noctẽ, ſurgit ad diuinos hymnos, & adhuc irreligioſè triſtabatur, ac ferebat grauiter, iniquũ eſſe dicens, ſi impij & peruerſi homines adhuc viuerent. Hęc dicens precabatur Deum, vt amborum vitam turbine quodam & fulmine prorſus abrũperet. His dictis, repentè ſe vidiſſe referebat domũ in qua conſiſtebat, à ſummo culmine per medium diuidi, & quẽdam ante ſe rogum (videbatur enim ſub Diuo eſſe locus) è cœlo ad ſe vſque deferri. Cœlum verò ipſum apertum cõſpiciebat, & Ieſum eius cardini inſidere, innumeris adſtantibus angelis. Et ſe eſſe miratũ memorabat. Vbi ad inferiora obtutus deflexit Carpus, ipſum ſolum inſtar vaſti cuiuſdam profundi diſciſſum ſe vidiſſe, ait. Atque viros illos, quibus mala imprecatus fuerat, ante ſe ad os illius profundę voraginis ſtare tremẽtes ad miſerabiles, & qui ipſa pedum ſuorũ labilitate iam mergendi viderentur. Porrò ab inferiori parte voraginis, ſerpentes cernebat emergere, qui circa illorum pedes ita mutantes, interdũ in globum colligi atque pertrahere, interdum dentibus & caudis ac toto corporis motu vim immenſi pauoris viderentur incutere, vt qui modis omnibus deorſum præcipitare illos molirentur. Fuiſſe autẽ & viros quoſdã in medio, qui contra eos vnà cum ſerpentibus impetũ facerent. Videbãtur illi lapſui proximi, partim inuiti, partim etiam vltronei, cum à malo ſenſim & cogerẽtur, ſimul & inducerentur: Referebat autem Carpus ſe, dum inferiora aſpiceret fuiſſe delectatum, atque ſuperiora neglexiſſe, grauiter autem & indignè ferẽtem, quod illi necdum cecidiſſent. Et cum ſæpi⁹ eò ferretur deſiderij impetu, eóſque & ipſe niteretur impellere, ſempérque fruſtrà moliretur: moleſtiſſimè tuliſſe, & contra eos imprecatũ eſſe. Cùm ecce vix tãdem reuocatis ad ſuperna luminibus, vidit cœlum ſicut & prius aſpexerat. Ieſúmque miſeratũ quod fiebat, de cœleſti illa ſede cõſurgentem ad eos vſque deſcendere, exporrigeréque clemẽtiſſimam manum, Angelóſque vnà cum ipſo opem ferẽtes, aliũde alium, retinuiſſe viros, ac dixiſſe Carpo Ieſum porrecta adhuc manu, Iam percute aduerſum me. Paratus enim ſum etiam pro ſaluandis hominibus pati: Gratum mihi iſtud eſt, dum nõ alij homines peccent. Tu autem inſpice, an tibi ſit vtile, hanc iſtius profundi

fundi & cum ſerpentibus manſionem, Dei ac bonorum angelorum præferre cōſortio. Hæc ſunt, quæ ego audita vera eſſe credo. Hactenus magnus ille Dionyſius.

Georgius Pachymeres interprete Tilmanno Carthuſiano.

Georgius Pachymeres ad hęc nouiſſima: Paratus ſum iterū pati, dum non alij homines peccent; &c. hoc habet ſcholion, interprete Tilmanno Carthuſiano. Supplendum eſt, inquit, crucifigant, ac ſi diceret: Paratus ſum pati iterum: tantùm non per homines, vt ne rurſus peccent homines. In hac viſione Dominus ipſe bonos, atque amātes generis humani, vocat ſanctos ſuos angelos. Hæc ille.

Dioniſi⁹ Carthuſiānus in hanc Epiſtolam παραφραςικῶς

Dionyſius autē Carthuſianus, ad hunc B. Dionyſij locum paraphraſticōs ſic ſcribit: Manu extenta percute, &c. Hoc dixit, non vt ſic fieret, ſed ad aliquid deſignandum, ſicut ſubiungitur: Paratus ſum enim rurſus pro hominibus ſaluādis pati, &c; id eſt In tantum diligo eos, quod quantum in me eſt, mallem pro eis iterum crucifigi, quàm eos damnari permitterem, ex defectu meæ ſubuentionis, ſi ſcilicet paſſio mea, ſemel impenſa nō ſufficeret, pro illorum ſaluatione. Et hoc gratum mihi; non quod alij peccēt homines, &c. id eſt præcipuè charum eſt mihi, vt homines quicunque non peccent. Sic ibi. Quæ fuſius retuli, vt tum temporis extitiſſe viſiones cōmonſtrarem. Ad textum regredior: Somnia & viſiones habebūt, inquit, Somnia vocantur, quum futurorum euentuum imaginationes proponuntur in ſomnis; vel dormientibus, vt Nabuchodonoſor vidit arborem & ſtatuam, apud Danielem, Pincerna Ægypti ſe tenere vuas, & Pharao vaccas ac ſpicas fertiles, ſteriléſque *in Geneſi, c.41.* quæ omnia, vt euentus probauit, futurum quidpiā portendebant. Viſiones propriè ſunt, quùm vigilantibus imagines de futuris obiiciuntur, vt Aries viſus Danieli. Prophetia, ſomnium, viſio, res diſtinctæ, ſed omniū idem finis, vt Deus per hæc de futuris euentibus doceat.

Remigi⁹ hoc loco.

Remigius ad prȩſentem locū hunc commētarium ponit. Filij Iudæorum etiam erant Apoſtoli, quia de eorum ſtirpe proceſſerant: & filiæ nominantur mulieres, quæ cū ipſis erant Apoſtolis, hæ prophetiſſæ fuerunt. De ſanctiſſima Deipara notiſſimum eſt: *Luc. 1.* in ſuo illo prophetico cantico.

R. Dauid Kimhi referente Mercero.

R. Dauid Kimhi referente Mercero. Ecce, inquit, trium graduum mentionem facit, qui ſunt in annis hominis, dierū pueritiæ, iuuētutis, & ſenectutis. Filij & filiæ ad ætatē etiā referri poſſunt, id eſt, pueri & puellȩ. Vaticinabūtur in pueritia ſua filij ac filiȩ, vt Samuel

Propheta. Sic ille. Nec id alienè dictum, vt omnia hic ætatum genera, id eſt, tria memorentur. Poteſt tamē quòd dicit, filij & filiæ, aliò referri, quod non patres tantùm ſed & liberos, ſit Spirituſancto donaturus Dominus. Attingit prophetiarum gradus. Erant, ſiquidem, qui vaticinarentur nulla obiecta viſione, mente per Dei ſpiritum illuſtrata. Erant & viſiones, quæ vigilantibus obueniebant, ſomnia verò dormientibus. Obſerua item, vatem, Spiritum in omnem carnem effundendum prædixiſſe quidem, Prophetas autem non omnes, ſed certos quoſdam omnis ætatis tum pueros, tum iuuenes, tum etiam ſenes eſſe futuros. Cùm namque ſpiritus ſanctificationis, ſingulis ad propriam ſalutem neceſſarius ſit, ſingulis etiam promittitur. Spiritus verò miniſteriorum, & diuiſiones gratiarum, non tā ipſorum quibus contingunt, quàm aliorum hominum cauſa datur. Cùm autem neceſſarium minimè ſit omnes miniſtros eſſe, ſed quoſdam qui miniſtrent, multò autē plures, quibus miniſtrandū ſit, res ipſa, reiq; ratio poſtulat, vt ex tanta multitudine certi quidam deligantur, quibus aliorū cura ſtudiū & miniſterium credi committiq; poſſit, ſicut ſcriptum eſt: Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem (ſub) aliorum. Alij gratia ſanitatum, alij prophetia, &c. Hęc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens ſingulis prout vult. Sicut autem ſexus aut ætatis ratio non habetur, vt hic patet, ſic neque conditionis vllā habebitur in effundendo ſpiritu, ratio. Et ſuper ſeruos & ancillas, &c. Hoc eſt, donorū ſpiritus variis gradibus ornandos etiam abiectiſſimos & contemptiſſimos, qui in Eccleſiæ videntur infimo loco. Vt gratuitum & commune Chriſti beneficium: ſic & ſancti Spiritus, *Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci*, ait Diuus Paulus. Seruorum itaq; fit mētio, ad oſtendendum, conditionis nullam habendam in Chriſto rationem, per quē omnes liberi. Arias Mōtanus ſeruos & ancillas interpretatur Apoſtolos & diſcipulos, ſanctasq; fœminas Chriſto miniſtrātes, dū vitā degeret mortalem. Rationem hanc adfert, quia non quoſcumque ſeruos & ancillas, ſed Dei tantùm ſeruos & ancillas, qui eidē Euangelij prędicādi miniſterio operā darent, hoc in loco interpretari diuinus interpres Petrus nos docuit, dicens: Act. 2. *Et quidem ſuper ſeruos meos & ancillas meas effundā de Spiritu meo in diebus illis, &c.* Licet hoc Ioëlis contextu in fonte Hebraico, & ex tralatione 70. interpretum non habentur,

Arias Montanus hoc loco.

Act. 2.

meos

meos ſeu meas. (habetur tamen in editione vulgata ac Latina.) Alteram inſuper rationem adducit, quod Diuus Lucas in prologo ſui Euangelij, vocat teſtes illos oculatos, qui cum Christo à principio prædicationis fuerunt verſati, miniſtros ſermonis. Hi autem 12. Apoſtoli, & 72. diſcipuli fuerunt, cum Maria matre Ieſu, & mulieribus, quæ Ieſum à Galilæa fuerant ſecutæ, & miniſtrabant ei de facultatibus ſuis, ac Euangelij miniſtros ipſos pro ſua parte iuuabant, hos ſeruos antea vocatos ad amicitiam demum, diuiniq; regni conſortium admittendos. Sicut CHRISTVS ipſe eos affatur: Ioan. 15. *Iam non dicam vos ſeruos ſed amicos. Seruus enim neſcit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcumque audiui à patre meo, nota feci vobis.* Igitur Apoſtoli, atque diſcipuli, & mulieres illæ piæ, hoc in loco tum præcipui cuiuſdam honoris, tum maioris certitudinis cauſa intelliguntur. Acquum enim fuit, & ad Chriſti veritatem firmandam cõmodiſſimum: vt tales ſpiritus primitias acciperent copioſiſſimè, quod tum factum eſt, cùm in die Pentecoſtes repleti ſunt Spiritu ſancto omnes, & cœperunt loqui magnalia Dei, variis linguis, Act. 2. Hoc eſt prophetare, vt vates hic loquitur.

Luc. 1. c.

Ioã. 15. c.

Act. 2.

Ceterùm Rabbinorum expoſitiones, ad hæc verba: effundam opulentè & largiſſimè Spiritum meum ſuper omnem carnem, expendamus. Sic Rabbi Dauid Kimhi Genebrardo interprete in Iſagoge Rabbinica: ſpeciatim, ait, hoc loco (omnem carnem) cadit in Iſraëlem, qui aptus eſt ad recipiendum Spiritum ſanctum. Preterea per (omnem) tam paruos, quàm prouectos ætate intelligit, ſicut etiã prænuntiauit Hieremias, c. 31. *Omnes cognoſcent me ab eorum minimo ad illorum maximum.* Non exiſtimat omnes donandos munere prophetico, ſed filios tantùm & filias corũ. In effuſione quidem ſpiritus dixit, In omnẽ carnem: at de prophetia non Omnes, ſed filij & filię veſtrę (tantũ.) Quinetiã in ſeruos, &c. Iuxta dictũ, Iſa. 61. *Stabunt externi, & paſcent oues veſtras: Filij quoq; alienigenæ, agricolæ & vinitores veſtri erũt.* Sed & ſuper illos fundetur ſpiritus ſciẽtiæ & intelligẽtię, qui egerint in terra Iſraël, ſeruierintq; Iſraëlitis. Cęterũ ex ſignificatione effuſionis ſpiritus, intelligimus vberrimè cõmunicandũ eſſe Spiritũ. Quare eo etiam modo loquitur Zacharias c. 12. *Effundam ſuper domũ Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem Spiritum gratiæ & beneficentiæ.*

R. Dauid Kimhi, ex Genebrardo, Iſagoge Rabbinica.

Hier. 31. cap.

Iſai. 61. cap.

Zach. 12

R. Selomo Iarhi apud Mercerum.

centiæ. Hucuſque R. Dauid Kimhi, Genebr. interprete. R. Selomo Iarhi, apud Mercerum, ſic commentatur: Super omnem carnem, &c. id eſt, ſuper eum, cuius factum eſt cor tenerum, more carnis. Sic ille. Duo verò in eiuſcemodi expoſitionibus confutanda mihi videntur, quia aliena à mente prophetæ. Primum, quòd hoc loco (omnem carnem) ad ſolos Iſraëlitas Iudæi cæci referunt. Reuincuntur autem ex aliis locis, vbi reperitur, hæc loquendi formula, vt ſub finem Iſaiæ:

Iſai. 66. in fine cap.

Erit ſabbathum ex ſabbatho, & veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea, dicit Dominus. An de ſolis Iſraëlitis id accipiendum? Nonne etiam Gentes venturæ erant, vt adorent coram facie Domini, non ſolùm Iudæi? nonne regius Pſaltes de Meſſia cecinit?

Pſa. 2. & 71.

Pſalm. 2. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, ſubdit deinde, ex Hebraico fonte, Adorate purè ſiue, Oſculamini & adorate filium, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.*

Editio vulgata ex 70. translatione in Latinũ.

Editio noſtra vulgata, eo loco habet: *Apprehendite diſciplinam, &c.* Rurſus Pſal. 71. de eodem Meſſia habetur: *Reges Tarſis & inſulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent: Et adorabunt eum omnes reges: omnes Gentes ſeruient ei.* Et alibi paſſim vbi apertè de Gentibus etiam dicit, *quod veniet omnis caro adoratum Dominum.* Tobiæ c.

Tob. 14. c. & 13.

14. ſeu vltimo. *Relinquent, ait, Gentes idola ſua, & venient in Hieruſalem, & inhabitabunt in ea, & gaudebunt in eã omnes reges terræ, adorantes regẽ Iſraël.* Hæc quidẽ propheticè dicta ſunt. Rurſus c. 13: *de Hieruſalem prædictum eſt, Nationes ex lõginquo ad te venient; & munera deferentes adorabũt in te Dominum. Nomen eius magnum inuocabunt in te.* ſic ibi. Nam

Ezech. 11.

quod R. Selomo Iarhi (omnem carnem) exponit ex Ezechielis c. 11. *Omnem eũ cuius cor tenerũ redditum eſt vt caro,* id eſt, molle & obtemperans legi Dei, non obſtinatum in peccatis, etſi citetur à Lyrano noſtro, nõ eſt ex Phraſi Hebræi ſermonis, in quo (omnis caro) ſignificat omnes mortales, quod Latinè dicimus, id eſt, homines.

Lyranus ad hunc locum.

Hoc benè agnoſcens doctiſſ. Lyranus; aliam ſubiecit interpretationem: vel, inquit, ſuper omnem carnem, id eſt Iudæos & Gentes indifferenter. Si enim de Iſraëlitis tantùm loquatur Iſaias vbi ſuprà exiguum eſt, quod promittitur, & iam ab eo tẽpore omnes Iſraëlitę Hieroſolymã adorandi cauſa cõfluebãt. Itẽ Pſal. 144. (vt citatũ eſt) *Benedicat omnis ca-*

Pſa. 144

ro, &c. Non de ſolis Iſraëlitis ſermo eſt, quũ paſſim etiam inanima ad laudandũ Dominũ inuitet. Vel ſi de ſolis ani-

man

mantibus,vel potiùs ſolo homine,contendat quis intelligendùm eſſe,non ob id tamen ad ſolos Iudæos reſtringēdum,ſed ad Gentes quoque ampliandum eſt,ex Pſalm.66. *Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes, & c. Lætentur & exultent Gentes,quoniã,&c.*& Pſal. 116. *Laudate Dominum omnes Gentes:Laudate eum omnes populi,quoniam, &c.*Relictis ergo Iudæis,hoc de Iudęis & Gręcis ſeu Gentibus ac Ethnicis cum Paulo & Apoſtolis intelligamus:ſuper omnem carnem,id eſt,ſuper oẽs mortales, 1. Corin.15. Apoſtolus,ex multis ſcripturæ locis,ad Gentes etiã ex Dei miſericordia & gratia extendendum eſſe iſtud beneficiũ, tanquam fauorabile(nam fauores ſunt ampliãdi) euincit. Alterũ eſt in ſuperiore Rabbinica interpretatione, alienum & coactum,nempe, quod ſeruos & ancillas, in quos effundendus promittitur Spiritus:pro extraneis,qui inſeruituri erāt Iſraëlitis,accipiunt Hebręi, ex Gentibus ſcilicet eos,qui agros vineáſq; illorum colerēt, quos Iſaias c. 61. agricolas & vinitores appellauerat. Et illis propterea quod ſtabunt in terra Iſraël,& Iſraëlitis ſeruiēt, erit ſpiritus ſciētię & intellectus.Sic enim R.Dauid expoſuit ſuprà. Vide cęci illius Rabbini ſtuporē, quaſi verò in ſola terra Iſraël,prophetæ donũ communicati poſſet, vel alibi nuſquã inueniri,cùm tamen,Ioan.3. dicatur, *Spiritus vbi vult ſpirat:& 1.Cor.12. Diuidens ſingulis prout vult*, nec locis aliquibus coërcetur vel limitatur Spiritus ſancti operatio. Quaſi verò Balaã non prophetauerit vt in lib. Num. habetur dilucidē,mitto Sibyllarũ vaticinia & oracula de Chriſto,& aliis myſteriis. Quis neget Iacobum inter Arabes ac orientales ſpiritu prophetiæ claruiſſe? Et de Chriſto, atque futura reſurrectione corporum ſic prophetaſſe, vt (inquit D.Hieronymus ad Paulinum) vt nullus de ea vel manifeſtiùs, vel cautiùs ſcripſerit. Scio ait,*quod redemptor meus viuit,& in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum,& rurſum circundabor pelle mea,& in carne mea videbo Deũ: Quem viſurus ſum ego,& oculi mei cõſpecturi ſunt,& nõ alius.Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Et vt ad propoſitũ reuertamur,D.Petrus totius huius loci fideliſſimus interpres(à cuius auctoritate recedere,nobis piaculũ fuerit) Act.2*Impletum hoc vaticiniũ in Pentecoſte* contra Iudęos oſtendens,& hęc ad ſuũ tempus referens,Seruos recitans meos,addidit vt nõ de ſeruis Iſraëlitarũ (velut cęcutiũt Rabbini)ſed de ſeruis ancilliſq; Dei peculiariter intelligeremus: non qui

Pſal. 66. & 119. *1.Cor. 15 cap. 2.* *Iſa.61.* *R. D. Kimhi ſuprà.* *Ioan. 3. 1. Corin. 12.* *D.Hieronym⁹ ad Paulinũ, de omnibus diuina hiſtoria libris.*

agros vineaſq; Iudçorũ,ſed qui vineã Domini Sebaoth,& agrũ Euangelicũ,magni illius patrisfamilias, nauiter excolerent:vel Apoſtolos ipſos ſpeciali quadã honoris prærogatiua honeſtãs:vel etiã Apoſtolorũ adiutores ex Gentibus aſſumptos, qui & ipſi dona Spiritus ſunt cõſequuti, valde appoſitè intelligẽs atq; declarãs.Sed tẽpus poſtulat, vt ad reliqua progrediamur. *Et dabo prodigia in cœlo, & in terra ſanguinẽ,& ignẽ,& vaporem fumi. Sed cõuertetur in tenebras,& luna in ſanguinem,antequã veniat dies Domini magnus & horribilis,&c.*Prodigiorum(ait Arias Mõtanus)ſeu

Arias Mõtan⁹ ad praſẽtẽ locũ.

ſignorũ,vnũ quidem genus eſt, quod ſiue in cœlo, ſiue in mari editũ ſit,terrorẽ & metum hominibus incutit, & diuinã indicat iram vltionemq; portendit futuram. Cuius
1. generis ſunt,ſerpentiũ & draconum viſæ ſpecies, aquarũ, in ſanguinem mutati colores, grãdinum procellæ,fulgura etiam & tonitrua, volantéſque ignes, & maris fremitus,aut fluuiorum inundationes, ſic Aegyptiacæ plagæ,& alia portenta veteris inſtrumenti irati & vltionem pa-
2. rantis numinis indicia. Alterum verò ſignorum genus eſt, non minus quàm illud ſuperius admirandum,mite tamen & placidum, & ad hominum vtilitatẽ propriè pertinens, quod non diuinę iræ timorem, ſed gratiæ potius ſpem fidémque faciat,qualia ſunt, tempeſtatũ in melius permutatio,morborum & difficillimarum ægritudinũ ſubita curatio,deperditorũ membrorum aut ſenſuum reſtitutio, & mortuorũ etiam excitatio,& quæcunque ad naturæ ſalutẽ referri poſſunt. Huiuſmodi enim quę ſunt, Deum propitium præſentemque & eorum apud quos hæc eduntur ſigna, ſaluti conſulentem probant, ſicut ſcriptum eſt, Iſai.35. *Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus & aperta erit lingua mutorum.*Duplex au-

Iſai.35.

1. tem Chriſti aduentus conſtituitur.1.Alter quidẽ omni hominum generi ſuauiſſimus,optatiſſimusq;,cũ totius orbis redemptor atque ſeruator venturus erat,nemini malũ aut damnum, ſed omnibus quicunque ſe reciperent, ſalutem deferens, ſicut ſcriptum eſt: *Non miſit Deus filium ſuum vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum:* Ioan. 3. Huius aduentus ſigna & miracula poſterioris illius generis, argumento fore prædictum fuerat, & ab ipſo veniente præſtitum firmatúmque eſt. *Euntes,*inquit, *renunciate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis. Cæci vident, claudi ambu*

Ioan.3.

ambulant, &c. Matth.11. 2. Alter autem Chriſti aduentus horribilis eſt impiis ac Dæmonibus, vehementérque metuendus, vt hic Ioël ſignificat, cùm eum quem homines ſeruatorem agnoſcere ac recipere noluerunt, neque manſuetum aſina vectum Regem ſalutare, iudicem tandem & vltorem expectaturi erunt. Atque hunc alterum aduẽtum horrenda illa prioris generis ſigna certis temporibus præceſſura eſſe diuinis oraculis accepimus. Ex quibus vnum hoc apud Ioëlem eſt, Sol conuertetur in tenebras, atque non ſatis Phariſæorum aut inſipientiam mirari, aut malitiam accuſare queo, qui vtrumque hoc genus ita confundebant, & perturbabant, vt vtrumnam ad vtra tempora pertineret, non cernerent, aut ſi maximè perſpexiſſent, tamen eam rationem omnem rudi & ſimplici populo inuidebant, vt Chriſti IESV dignitatem & ſplendorem obſcurarent, *ſignum de cœlo petentes. Matth.12.* Quamobrem meritò à Chriſto, *Generatio praua & peruerſa*, audierunt. Pertinet ergo hoc ſignorum & prodigiorũ genus, ad eam quæ primum Chriſti ſeruatoris aduentum ſecutura erat vltionẽ, quæ impiis & ſceleratiſſimis hominibus æternum allatura eſſet exitium, quæ ſigna præcedentia tantò vehementiùs hominum corda terrebunt, quãtò certiùs, ex præcedentibus vaticiniis, non caſu ſed conſilio euenire conſtabit. Antequam veniat dies Domini magnus & terribilis. Piis quidem magnus, impiis autem & ſceleratis horribilis. Tit. 2. *Expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei. & 2. Theſſ. 1. Si tamen,* inquit, *iuſtum eſt apud Deum retribuere tribulationem iis qui tribulant, & Vobis, qui tribulamini requiem nobiſcum, in reuelatione Domini IESV de cœlo cum Angelis virtutis eius, &c.* Si tamen, pro quandoquidem aut quoniam per affirmationem aut confirmationem poſitum eſt, vt aiunt hoc loco ſcholia Græca. Quoniam autem totus hic locus grauiſſimo illo Chriſti de eadem re ſermone explicatur, eum referre non pigebit. Mar. 13. *In illis diebus ſol contenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum. Et ſtellæ cœli erunt decidentes, & virtutes, quæ in cœlis ſunt mouebuntur: & videbunt filium hominis venientem cum virtute multa & gloria.* & Luc. 21. *His autem fieri incipientibus, leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra.* Et Iſa. 13. *Stellæ cœli,* inquit, *& ſplendor earum non expandent lumen ſuum, obtenebratus eſt ſol in ortu ſuo, & Luna non ſplendebit in lumine ſuo: & viſitabo ſuper orbis mala, &*

contra

Matt. 11. 2.
Matt. 12
Tit. 1. & 2. Theſſ. 1.
Scholia Græca in poſteriorem ad Theſ. c. 1.
Mar. 13.
Luc. 21.
Iſa. 13. c.

contra impios iniquitatem eorum, &c. Hucuſque Arias. Dictu mirum, quàm variè hic locus agitetur: Dabo prodigia, &c. Nonnullis ad diem extremum iudicij (inter quos eſt noſter Lyranus) referentibus, vt concordet cum illo, Luc. 21. *Erunt ſigna in ſole & Luna & ſtellis; de quo, Deo bene propitio,* aliàs) Aliis ad excidium Hieroſolymorum; ante quod, vt author eſt Ioſephus, multa in cœlo portenta ac ſigna apparuerunt, vt referemus, Iudæis denique ad tempora ſui Meſſiæ, quum fundentur copiæ Gog & Magog. Verùm ex D. Hieronymo hæc ſigna ad primum Chriſti aduentum non abſurdè aut alienè referri poſſunt. In eam enim ſententiam magis propendet, vt hæc ſigna ſint, quæ Euangeliſtæ commemorant ſub tempus paſſionis Domini accidiſſe, (vt aliàs citabitur.) Verba illarum opinionum hîc ſubijcerem & afferrem ſeu producerem in medium, niſi id & breuitatis ſpacium, & lectorum vinceret patientiam, ad ſequentem proinde Homiliam ſiue concionem reijcientes, finem huic imponimus, Deum deprecantes cum Pſalmographo, Pſal. 118. *Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam. Libera me Domine de morte æterna, in die illa tremenda. Quando cœli mouendi ſunt & terra: Dum veneris iudicare ſeculum per ignem.* Sic orat in officio defunctorũ, Sancta mater Eccleſia. Et iterum in Litaniis: *In die iudicij, Libera nos Domine.* Gloria, laus & honor ſit tibi Chriſte.

AMEN.

*

Luc. 21. Pſal. 118. *Litaniæ, & officiũ defunctorum.*

HOMILIA XVIII. ET HVIVS ENNEADIS II. Atque ſecundi cap. poſtrema & vltima.

Dabo prodigia in cœlo & terra &c. Sol conuertetur in tenebras &c. Et erit, omnis quicunque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit. Et quæ ad finem vſque habentur huius 2. Cap.

VARIE de his ſignis à variis diſputatur, vt in fine præcedentis Homiliæ attigimus, An præceſſerint Chriſti glorificationem, An verò ea ſint, quæ vaſtationẽ Iudæorũ præceſſerũt. Alij, vltimi diei ſigna intelligunt, qui magnus & terribilis dicitur. Sed tutiſſimè ſequẽda eſt Apoſtolorum principis auctoritas, qui non tantum citat, quæ de miſſione ſanctiſſimi Ioël vaticinatus fuerat, ſed & hæc ſigna, eáque oſtendit accidiſſe ante miſſum Spiritum ſanctum, *Act. 2.* prima ſua cõcione. Non extra rem ergo interpretabitur quis, ea eſſe, quæ ab Euangeliſtis memorantur facta ſub paſſionẽ Saluatoris. Verba D. Hieronymi vel potius ſententiã, hîc referre libet. Tempore dominicæ paſſionis. Sol eſt verſus in tenebras, & luna in ſanguinem, & prodigia in terra oſtenſa ſunt, quia tam inſolito motu terra contremuit, vt monumenta aperta & ſaxa diſrupta ſint. Sanguinem etiam commemorat, quem percuſſo latere ſaluatoris, Romanus miles effudit *Ioan. 19.* Ignis autem ſanctiſſimi qui deſcẽdit de cœlo. *Act. 2.* intelligitur. Hic eſt ignis, *quẽ venit Dominus mittere, Luc. 12.* Per vaporem fumi, illũ amariſſimum fumũ, ſupplicia, ſcilicet, incredulorum, qui eijcientur in tenebras exteriores, accipies. Sol verſus eſt in tenebras, quando pendentem Dominum ſuum videre non auſus eſt, quia tenebras mundo induxit. vnde Euangeliſta, Tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. Luna in ſanguinem, quia Iudæos æterno teſtimonij

Act. 2.

D. Hieronym⁹ ad hunc locum.

Ioan. 19.

Luc. 12.

monij ſui ſanguine condemnauit horrore coopertos dicẽtes: Mat. 27. *Sanguis eius ſuper nos.* Dies Domini magnus, aut reſurrectionis credendus eſt, aut dies iudicij, qui verè eſt horribilis. Quoniam verò ſtatim ſubiungitur, Quicunque inuocauerit, &c. Meliùs de die reſurrectionis accipitur. Sic ille, addens quod iuxta hiſtoriam credendũ eſt, Lunam in ſanguinẽ tẽpore paſſionis conuerſam fuiſſe, quamuis ab Euãgeliſtis omiſſum fuerit. Obſerua, quòd etſi Euãgeliſtæ nihil de Luna meminerunt, Prophetæ tamen credendum, aſſerẽti, fore vt Luna ſanguinis ſpeciem referat. Sed cur hic dies, quo per miſſionem Spiritus ſancti Chriſtus cœpit mundo innoteſcere, terribilis dicitur? quùm lætus ſit potiùs, & illuſtris: non Dei ira (vt per legem) ſed gratia per Euangelium patefacta? Reſponſio. Non eſt terribilis propter credentes, ſed propter incredulos, quibus eſt dies condemnationis, *Mar. vltimo. Qui nõ crediderit, cõdemnabitur.* Ioan. 16. *Cùm venerit Paracletus, arguet mundum, de peccato quidẽ, quia non crediderunt in me, &c.* Ergo dies Domini magnus, non eſt hoc loco dies iudicij (iuxta illã ſententiam) ſed vel reſurrectionis Domini, vel miſſionis Spiritus, de qua ſuprà: qui etſi piis lætus, incredulis tamẽ horribilis eſt. Iã enim ab eo die iudicati ſunt, ſic optimè quadrabit verſus ſequens, quẽ Paulus *Rom. 10.* apertè ad totum tempus Euangelij refert: *Quicunque inuocauerit nomen Domini, &c.* Remigius ad hunc locum ſic commentatur. Signa & prodigia dedit Dominus in cœlo tẽpore natiuitatis ſuæ mittens ſtellam nouam è cœlo, *Matth. 2.* & tempore paſſionis, quando Sol obſcuratus eſt, ne lumine ſuo fruerentur inimici Iudæi. In terra etiam ſigna dedit quando illo moriente contremuit. Sanguinem redemptionis dedit, ipſo illo iam mortuo aperiente milite Romano latus eius, & cõtra naturã ſanguis noſtræ ſalutis profluxit, & aqua baptiſmatis. Per ignem debemus intelligere Spiritumſanctum, quem die Pentecoſtes ſuper Apoſtolos miſit. Et bene ſanctus Spiritus igni comparatur: quia ſicut ignis conſumit quicquid apprehendit, ita quemcumq; ille repleuerit, omnia peccata eius delet, ac omnia mundãs conſumit, & carnalia. Per vaporem fumi, compunctionem lachrymarũ debemus intelligere, quã dedit die Pentecoſtes, quando prædicantibus Apoſtolis compuncto corde Iudæi dixerunt: Quid faciemus viri fratres. Act. 2. *Antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.* Hoc dupliciter intelligi poteſt? vel,

Mat. 27.

Mar. 16. cap. & Ioã. 16. c.

Rom. 10.

Remigiꝰ ad præſentẽ locum.

Matt. 2.

vel,vt ſit dies reſurrectionis:magnus omnibus,qui de morte ad vitam ſunt reuocati: horribilis diabolo & omnibus reprobis. Ante iſtum magnum diem reſurrectionis ſol obtenebratus eſt (per inſolitam Eclypſim, de qua in Decadibus noſtris ſacris, concione de Paſſione) & Luna amiſit lumen ſuum. Hoc autem quod Propheta dicit. Lunam eſſe verſam in ſanguinem in morte Domini, credere debemus quòd ita ſit factum, licet Euangeliſtæ reticeant. Multa enim & mirabilia miracula facit Dominus, in hoc mundo, poſitus in carne quæ non ſunt ſcripta, ſicut Ioannes Euangeliſta dicit, cap. 21. *quia ſi ſcripta eſſent, præ magnitudine ſua incredibilia eſſe viderentur, & penè tot libros mundus vniuerſus capere non poſſet.* Quia diximus eſſe factum ante diem reſurrectionis eius, dicamus adhuc faciẽdum ante diem magni iudicij, qui in tantum magnus erit, vt non ſolùm reprobi, verumetiam columnæ cœli dicantur contremiſcere, angelicæ videlicet poteſtates, & ordines electorum. Hactenus Remigius: Si de extremo iudicio, & antecedentibus ſignis, interpretemur: Cum doctiſſimo Lyrano, ſanguinem exponemus, quia futura eſt perſecutio Antichriſti, in qua effundetur ſanguis innocentium, Et ignem, ſcilicet, conflagrationis præcedentem aduentum iudicis. Túncque implebitur, quod à Domino prædicitur Luc. 21. *Erunt ſigna in Sole & Luna & ſtellis, &c.* Nota, Prophetam ordine congruo poſt miſſionem Spiritusſancti, referre de horrendo iudicij die. Sic enim Angeli dicebant, Act. 1. *Hic* IESVS, *qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, &c.* (ſub.) ad iudicium. O verè dies horribilis. *Horrendum namque eſt incidere in manus Dei viuentis. Heb. 10.* Non iam amplius audiet peccator. *Veni ad me & ego reficiam te. Matth. 11.* Et licet clamet cum epulone: *Luc. 16.* O IESV miſerere mei, & cum fatuis virginibus, *Matt. 25.* Domine aperi nobis, non tamen dabitur illi reſponſum aliud, quàm, Quid clamas homo execrabilis? *Ite, diſcedite in ignem æternum.* Ibidem. Manendum eſt vobis in pœnis ſine conſolatione in æternum. Aut hæc prodigioſa ſigna exponere poteris, cum quibuſdam expoſitoribus, de iis, quæ in excidio Hieroſolymitano, ex Ioſepho li. 7. de bello Iudaico c. 12. Et Egeſippo, lib. 5. cap. 44. cõtigerunt, Auditæ ſunt voces in Pẽtecoſte. Migremus hinc. Cometes etiam ſuprà templum apparuit, Currus & exercitus in aëre apparuerunt ante euerſionem vrbis, & gladius, & quæ

Sacra Decades authoris.

Ioan. 21.

Lyranus hoc loco.

Luc. 21.

Act. 1.

Heb. 10.

Matt. 11.

Luc. 16.

Mat. 25.

Ioſephus lib. 7. de bello Iudaico, c. 12. & Egeſipp⁹ li. 5. c. 44.

& quæ apud præfatos hiſtoricos leguntur. Per ſanguinem denotatur horribilis Iudæorum interfectio, & ſtrages. Templum tandem ſuccenſum eſt, & ciuitas ſolo æquata, ibi ignis & vapor fumi. Huiuſmodi autem anguſtiam, vocat magnum Domini diem ac horribilem, in quo Deus indignationem ſuam in abdicando populo ſuo ſit declaraturus. Romanorum inſultum, & Iudæorum ſub his captiuitatem, aiunt Scholia Græca in 4. caput Iacobi: Aduentum Domini ſeu, quod idem eſt, diem Domini appellare licebit, quemadmodum & Ioannes, quum de ſuo loquitur interitu, ipſum Dominum inducit dicentem: *Ioan. 22. Si eum velim manere, donec veniam.* Etenim huic prorogatum eſt tempus huius vitæ, vſque ad captiuitatem Hieroſolymorum, & paulo vltra illud tempus. Quódque Domini aduentus in Ioanne, ſit euerſio Hieruſalem, manifeſtū etiam eſt à propheta, qui ait: Ecce Dominus veniet, & quis ſuſtinebit diem ingreſſus eius? *Malach. 3.* Vt pote Domini aduentu ferente aduerſus impios ſupplicium. Sed & Ioannes Chryſoſtomus, in quadam enarratione ſua hoc idem, Donec veniam, explicans: Hoc dictum, inquit, ſignificare vult omnimodam euerſionem Hieruſalem. Hæc ibi. Aduerte, quòd ſicut hic multa bona promittūtur iis, qui credunt in Chriſtum: ita incredulis Iudæis graue hic prædicitur exitium, perditio ſcilicet ciuitatis & gentis. Per verſionem ſolis in tenebras, intellige inſignem calamitatem, ſicut & in multis aliis reperias locis. Frequens enim eſt in Hebraiſmo hæc allegoria, & figurata locutio. Non erit tamen ille excidij Hieroſolymitani dies, ille dies extremus, ſed futurus eſt maior & horribilior in nouiſſimo horrendo iudicij die. Si quæris, Quare hūc diem magnum vocet? Reſpondet Theodoretus hoc loco. Diem magnum & illuſtrem (ex tralatione 70. in Græco eſt ἐπιφανῆ,) nominat, quoniam in priore aduentu ex paupere muliere in gurguſtio, hoc eſt, anguſta & obſcura habitatione, natus eſt, tum ſimulátque editus fuit, in præſepi poſitus eſt, atque vſque dum miracula edere cœpit, multis ignotus fuit. Veniens autem in nubibus videbitur mille myriadibus præeūtibus, & mille chiliadibꝰ canētibus, cui omne genu flectetur cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Iure igitur diem illum magnum & illuſtrem appellat. Sic Theodoretus. Et quoniā prodigiorum hîc eſt mentio, obſerua ex D. Auguſt. tomo 5 lib. 21. de ciuitate Dei. c. 8. vnde prodigia dicantur: Mōſtra

Scholia Græca ad epiſt. Iac. 4.

Ioan. 22.

Malach. 3.

Ioannes Chryſoſtomus.

Theodoretus hoc loco. 70. Interpretes.

D. Aug. to. 5. li. 21 c. 8. De ciuitate Dei.

ſanè dicta perhibent, refert ille, à monſtrando, quòd aliquid ſignificando demonſtrent, & oſtenta ab oſtendendo, & portenta à portendendo, id eſt, præ oſtendendo, & prodigia, quòd porrò dicant, id eſt, futura prędicant. Sic ibi. Et Cicero lib. 2. de Natura deorum, ſub principium: Prædictiones verò, & præſenſiones rerum futurarum, quid aliud declarant, niſi hominibus ea, quæ ſunt, oſtendi, monſtrari, portendi, prædici, ex quo illa oſtenta, monſtra portenta, prodigia dicuntur? Idem, lib. de diuinatione, circa medium, repetit dicens, Quia oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt, oſtenta, portenta, monſtra prodigia dicuntur. Lucanus lib. 1. de bello ciuili ſub finē, ita cecinit.

Cicero li. 2. de natura deorũ à principio, non ita remotè.

Cic. lib. 1. de diuinatione.

Superique minaces.
Prodigiis terras implerunt, æthera pontum.

Lucanus lib. 1. de bello ciuili.

Specialiter autem quibuſdam enumeratis bellum ciuile antecedentibus, tandem ſubiungit.

Monſtroſique hominum partus, numeróque, modóque
Membrorum: matrémque ſuus conterruit infans.

Inſuper notabis in his Dei bonitatem nos agnoſcere debere, qui priuſquam pœnas, quas meruimus inferat, non ſolùm verbo nos præmonet, ſed etiam ſignis & prodigiis excitare ſolet. Huc accommodabitur illud *Pſal. 59. Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui,* Iræ nimirũ & vltionis diuinæ arcũ ſubindicans, *Pſalm. 7. Niſi conuerſi fueritis arcum ſuum tetendit &c.* Equidem credo nullam vnquàm ætatem fuiſſe prodigiorum feraciorem, hac noſtra infœlici & miſera. Quis quondam vidit tot cometas, enſes, cuſpides, & id genus meteora in aëre apparere? Terræ motus & aquarum inundationes, neſcio an frequentiores fuerint. Hoc anno 1586. ſub finem menſis Septēbris, contigit Ligeris prodigioſa exundatio, quæ multorum malorum cauſa fuit. Dies me narrantem deficeret, ſi omnes monſtroſos partus enumerare vellem. Nec iſta fuerunt vana aut inania terriculamenta, quandoquidem paulò poſt vidimus infœlicem mundum bellis, fame, lue inguinaria, apoplexia & mortibus repentinis, aliiſque infinitis malis vexari, quemadmodum iſtis prodigiis & ſignis præoſtenſum fuerat. Sequitur in textu: *Omnis qui inuocauerit.* Inuocatio exigit fidem, prædicationémque verbi, ſicut dicit Apoſtolus, *Rom. 10.* Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierũt? Quomodo verò audient,

Pſal. 59. & 7.

Rom. 10.

ſine prædicante? Quomodo tandem prædicabunt, niſi mittantur? *Omnis quicunque inuocauerit.* Particula vniuerſalis hîc non negligenda, cuius cauſa hunc locum citat Paulus, vbi ſuprà. Quia non eſt, inquit, diſtinctio Iudæi & Græci, cùm ſit idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim quicumque in-

Pſal. 49. uocauerit nomen Domini, ſaluus erit. *Pſal. 49. Inuoca me in die tribulationis, & exaudiam te &c.* Quicumque ergo ſiue Iudæus ſiue Græcus, Romanus, vel Scytha inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Non dixit ſacer Vates, *Qui inuocauerit, habebit quod poſtulat, ſed ſaluus erit.* Nam ſæpè vſu venit, vt ignoremus quale ſit, quod petimus, ſicut duo-

Matt. 20. bus fratribus Apoſtolis, Chriſtus reſpondiſſe fertur, *Matth. 20. Neſcitis quid petatis. Vnde & Apoſtolus ſcribit. Quid oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe Spiritus poſtulat pro no-*

Rom. 8. *bis Rom. 8.* Quapropter Deus, qui probè nouit, quæ nobis conferunt, licet priuatim votis ac deſideriis noſtris haudquaquam annuat & reſpondeat, maximè tamen preces audit, cùm largiatur ſalutem. Ideóque nunquam fruſtrà inuocatur à ſuis fidelibus, ſi inuocatio illa à Spiritu & fi-

Pſa. 144. de ſyncera proficiſcatur. *Nam Pſalm. 144. Propè eſt Dominus inuocantibus eum inuocantibus eum in veritate.* Alioqui

Matt. 15. & apud Iſaiam. ex Iſaia, *Matth. 15. redarguit Chriſtus Iudæos, quia labiis Deum honorarent, cor autem eorum longè ab illo eſſet. Rurſus*

Matth. 7. *idem, Matth. 7. Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: ſed qui facit voluntatem patris mei.*

Rom. 10. Oportet ergo adſit fides. *Rom. 10. Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt?* Cum obedientia & obſeruatione mandatorum Dei, & amore eiuſdem, *Quomodo credent, niſi audierint? & quomodo audient ſine prædicante?* Ibidem. Vbi ſubindicatur, obedientiam præſtandam eſſe verbo Dei prædicato per miſſos ac delegatos prędicatores. *Matth. 28.*

Mat. vltimo. *Docete omnes gentes &c. Docentes ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis. Ioan. 4. Eos qui adorant Patrem, in Spiritu &*

Ioã. 4. c. *veritate oportet adorare, dicebat Chriſtus Samaritanæ.* Nec enim inuocatio eſt nuda nominis Dei appellatio, quam & Iudæi & alij habent, ſed rectæ fidei profeſſio & mandatorum Dei obſeruatio, vt ſuprà dictum eſt. Nomen Dei, Hoc

Matth. 1. eſt nomen Ieſu: *Matth. 1. Nomen ſalutis,* hinc Dauid orabat: *Adiuua nos, & redime, propter nomen tuum. & iterum: Propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum. ac rurſus. Propter nomen tuum, Domine*

Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim, Pſalm.24. *Pſal.24.*
Et Chriſtus, *Ioan.16.pollicetur: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Vnde & iamdudum Eccleſiæ mos inualuit, vt omnes preces Chriſti nomine claudantur & concludantur. Sic, Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, hoc vel illud petimus nobis concedi. *Petite igitur & accipietis, ait idem Chriſtus.* Petentis negligentia reprehenditur, cum de dantis munificentia & largitate non dubitatur. Hic dicendum, quòd IESVS eſt noſtræ ſalutis author, quòd idem ſalus eſt perfectiſſima, imò totus ipſe ſalus eſt, & tota ac integra ſalus. Eius verba, inquam ſalus, & vita, *Ioan.6.* Eius opera ſimiliter, Nam operatus eſt ſalutem in medio terræ, ait Pſalmographus, &, *Matth.1. Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* Item, *Luc.9. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare.* Eius vita, atque mors etiam ſalus & vita ſunt. Cum vita enim ſua nos ſanat, & cum ſua morte nobis dat ſalutem. *Iſa.53. Liuore eius ſanati ſumus, & dolores noſtros ipſe portauit,* Verbo & exemplo, opere & ſermone, nos ad ſalutis viam dirigit & inducit. In ſumma, IESVS vera ſalus, verus perfectúſque ſaluator per arborem illam eximiam meritò deſignatur, de qua Myſteriographus *Apoc. vltimo cap.* ſcribit: *Ex vtraque parte fluminis procedentis de ſede Dei & Agni, erat lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructum ſuum: Et folia ligni ad ſanitatem Gentium.* In Chriſto, non eſt inuenire folium, quod non ſit IESVS, id eſt, ſalus, vita medicina, alexipharmacum ac remedium malorum, non aduerſus vnum genus morbi ſiue ægritudinis tantùm, ſed generaliter aduerſus omnes languores & infirmitates. *Pſal. 102. Qui ſanat omnes infirmitates tuas. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.* Ideò nomẽ eius proprium eſt IESVS. *Et quicunque inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit.* 1.Cor.1 *Qui factus eſt nobis ſapiẽtia à Deo, & iuſtitia & ſanctificatio & redẽptio.* Ipſe eſt patris ſapiẽtia, peccatoris iuſtitia, ſanctificatio noſtra, & redẽptio Chriſtiani, Salus denique totius mundi, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, *Ioan 1. & propitiatio pro peccatis noſtris, nõ pro noſtris autẽ tantùm, ſed etiam pro totius mũdi.* 1.Ioan.2. *Deus in nomine tuo ſaluũ me fac, orabat Dauid,* Pſal.53. Et Apoſtolus vas electionis Heb.1. Huius nominis excellẽtiã demõſtrat ita ſcribẽs: *Tantò melior Angelis effectus, quãtò differẽtius præ illis nomen hæreditauit.* Angelus ſiquidem nomen eſt officij,

Ioã.16.c. *Ioan.6.c.* *Pſalm.* *Matth.1.* *Luc.9.* *Iſai.53.* *Apoc.22.* *Pſal.102.* *1.Cor.1.* *Ioan.1.c.* *1.Ioan.2.* *Pſal.53.* *Heb.1.c.*

nempe nuncium ſalutis, deſignat: at verò IESVS eſt ipſa ſalus, ipſe ſaluator: ſecundum quod ex tralatione 70. Interpretum apud Iſaiam, c.63.legitur ita: *Non legatus, neque Angelus, ſed ipſe Dominus ſaluauit eos*, *vbi editio vulgata ſic habet: Angelus faciei eius ſaluauit eos.* Id autem de magni conſilij Angelo, hoc eſt, Chriſto, conformiter exponendum. De quo illud, ex 70. *Et vocabitur magni conſilij Angelus, Iſai. 9.* exponendum venit. Ac ſi dicerent illi 70. viri. Noluit ſummus ille Deus, ad negotium redemptionis humanæ, mittere legatum nec Angelum, nec curam tam admirabilis negotij & reparationis alicui demãdare. Sed ipſe voluit venire, & negotium gerere, atque nobis ſuo ſanguine cœleſtis claritatis ianuam aperire. Hoc volẽtes ſeptuaginta ſignificare tranſtulerunt: Non legatus, nec Angelus, ſed ipſe ſaluauit eos. Quæ verſio quã 70. reddiderunt, cæteris omnibus mihi mirabilior videtur, ait Hector Pintus ad hunc locum Iſaiæ in annotationibus ex Hebræo: quippe quæ humanam redemptionem per Chriſti aduentum diuinitus aperit. Opus enim erat, vt nec per Angelum nec per alium legatũ eam perageret, ſed ipſe veniret. Vnde dicebat in Canticis, ca.1. ſponſa: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* q.d. Nequaquam per alios, ſed ipſe in mea carne appareat, & verbum caro fiat, vt ſit Emanuel, hoc eſt, nobiſcũ Deus. Sic ille. Quicunque igitur, hoc nomen IESVS ex toto corde inuocauerit, dubio procul ſaluus erit. *Vnde Pſalmiſta. Pſal. 114. tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui. Abac.3. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo* IESV *meo. Pſalmo item 98. Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Inuocabunt Dominum, & ipſe exaudiebat eos. Cuſtodiebant teſtimonia eius, & præceptum quod dedit illis.* Subindicans atque inſinuans, tales inuocantes à Domino exaudiri, qui cuſtodiũt pręcepta eius. Itaque vt ſemel concludam, cum IESVS nõ à caſu, ſed ex diuino oraculo, à proprietate ſaluãdi nomẽ acceperit: ſequitur, *quòd omnis quicũque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit. Luc.2. Quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in vtero conciperetur, & Iſai.62. Vocabitur tibi nomẽ nouum, quod os Domini nominauit,* Quod licet de Eccleſia intelligatur, quæ antè erat ſynagoga, poteſt tamen optimo iure de Chriſto intelligi, quòd nomen eius, quod eſt IESVS, os Domini nominauit, non Angeli aut Archãgeli: quamuis ex Dei parte hominibus illud denunciauerint. *Luc.1. ad Virginem Gabriel Archangelus. Ecce,* inquit,

Iſai.9. ex 70. *Hector Pintus in Iſai.63.* *Cant.1.c.* *Pſal.114.* *Abacuch cap. 3.* *Pſal. 98.* *Luc.2.c.* *Iſai.62.* *Luc.1.*

inquit, *concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius altiſſimi vocabitur.* Et ad ſanctum Ioſeph, Domini Angelus. *Matth.1. Noli timere,* ait, *accipere Mariam coniugem tuam, Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum &c.* Sequentia non videamus. Matth.1.

Quia in monte Syon & in Hieruſalem erit ſaluatio, ſicut dixit Dominus, & in reſiduis, quos Dominus vocauerit. Explicat hîc Propheta vbi liberatio & vera ſal⁹ obtineri debeat, ſeu euaſio. Nempe, in Ieruſalem & in Syō. Hoc eſt, in paſſione Chriſti, qui paſſus eſt Hieroſolymis, & in miſſione & receptione. S. Si. Sic per Hieruſalem figuratè intelligitur paſſio Domini. *Matt.20. Ecce aſcendimus Hieroſolimā, & filius hominis &c.* Per Syon miſſio Spiritus ſancti, qui datus eſt Apoſtolis, & ipſi Eccleſiæ, doctor veritatis. *Iſai.2: De Syon exibit lex, & c.46. Dabo in Syon ſalutem, & Iſraëli gloriam meā.* Rupertus ad hunc locū ita ſcribit: In mōte Syon erit ſaluatio, pro Iudæis. & in reſiduis id eſt Græcis & Gētibus quos vocauerit Dominus, quia gratię Dei eſt vocantis, quòd inuocatur nomen Domini. *Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus,* ait Paulus, *niſi in Spiritu ſancto.* (Sicut dixit Dominus.) Vbi hoc dixit, quod in Iudæis & Græcis à Domino vocandis deberet eſſe ſaluatio? Nimirum in præſcientia ſua, in prædeſtinatione ſua, ante tēpora ſecularia. Rom.8. Quos præſciuit & ꝑdeſtinauit. Hæc ille. Huc accōmodabitur illud in Actis Apoſtolicis: Crediderūt quotquot pręordinati erāt ad vitā Remigius ad hæc verba, hunc edidit commentatium: Qui ſunt iſti reſidui, quorum hîc habetur mentio? Nempe populi primitiuæ Eccleſiæ, de quibus D. Lucas dicit quòd vno die crediderunt 3000. Act. 2. Et alio die, 5000. Act.4. & cap. 21. dictum eſt Paulo, *Vides frater, quot millia ſunt in Iudæis, qui crediderunt.* Ex gentibus etiam multi crediderūt, & Samaria recepit verbum Dei: Act.8. *Eunuchus credidit & baptizatus eſt.* Ibidem Cornelius centurio cap. 10. conſimiliter. Hactenus ille. Reſiduos intellige vel eos, qui de Iudæis crediderunt, iuxta illud, Iſai.1. Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen, &c. Vel etiam Gentes. Hîc enim de vocatione Gentiū expreſſa eſt Prophetia. Reſidui non aliène vocantur: quia nec ex Gentibus omnes erant Chriſtum recepturi. Quaſi dicat, ſiue ex Iudæis, ſiue ex Gentibus, illi ſalui fient, qui inuocauerint, Iudæis primùm oblata ſalus, illis autem repudiantibus, ad Gentes tranſini-

Mat. 20.

Rupertus ad præſentem locum.

S. Paulus.

Remigi⁹ hoc loco.

Act. 2. & 4. Ac. 21. cap. Act. 8. & 10. cap.

Iſaia 1. c.

Act. 14. gratio facta eſt. Act. 14. *Paulus & Barnabas Iudæis dixerunt, Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad Gentes, ſic enim præcepit nobis Dominus. Audientes autem Gentes gauiſæ ſunt, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam:* ibidem. Illud eſt quod hic ſubiicitur; *Vt dixit Dominus, & in reſiduis quos Dominus vocauerit.* Renuẽtibus Iudæis, ad nuptias venire vocantur, qui ſunt extra ciuitatem. Sic nunc Propheta fore dicit, vt Dominus alios vocet extra Eccleſiam, vt ad eam collecti, ipſi quoque ſaluentur. Hęc ergo particula de reſiduis propriè ad Gentes

Ioan. 11. pertinet. Ioannis cap. 11. IESVS *moriturus erat etiam, vt filios Dei, non ex Iudaica gente ſeu Hebræorum populo, qui erãt diſperſi, congregaret in vnum.* Sicut dixit, id eſt, dicit per me, & ſuos Prophetas. R. Selomo, ait Mercerus, refert ad illud,

R. Selomo. *Deu.* 28. Deut. 28. Videbunt te omnes terrarum populi, quod nomẽ Domini inuocatum ſit ſuper te, & timebunt te. Sed non id eſſe puto, quod hoc loco ſignificat, ſic enim paſſim videas loqui Prophetas. Senſus eſt, vt Dominus decreuit, & pollicetur. Quos Dominus vocat. Vocatio hic & electionem continet. Vocat velut ad conuiuium & nuptias, vt eſt parabola in Euangelio. Quæ ad electos Dei pulchrè quadrant, & Gentium vocationem. Sionis verò meminit, vt locum deſignet, vbi primùm ſonabit hæc læta gratiæ vox. Sionis autem non templi meminere prophetæ, quum de regno Chriſti agunt, quòd poſt Chriſti cruẽtum ſacrificium, templum cum ſuis legalibus cultibus, & animaliũ brutorũ victimis & ſacrificiis, erat abolendum,

Ioan. 4. *Mala.* 1. Ioan. 4. *Dicente Chriſto, Veniet hora, quando neque in monte hoc neque in Ieroſolymis adorabitis patrem.* & Malach. 1. *Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus Iudæis. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum*, magnum eſt nomen meum in Gentibus. Vel non incommodè exponi poteſt, De reſiduis ex Iſraël, nempe de reliquiis eorum Iudæorum, qui in fine mũdi in Meſſiam IESVM filium Dei credituri ſunt. Poſtquam intrauerit plenitudo Gentiũ. *Tunc etiam reliquiæ Iſraël ſaluæ fient*, Rom. 9. & 11. *Cæcitas contigit in Iſraël ex parte donec plenitudo Gentiũ intraret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret.* ex Iſaia, c. 10. citat Apoſtolus: *Si fuerit numerus filiorum Iſraël, tanquam arena maris, reliquiæ ſaluæ fient.* Sicut etiam idem c. 1. *Niſi Dominus Sabaoth, reliquiſſet nobis ſemẽ, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles fuiſſemus.* Ex hoc

Rom. 9. *&* 11. *c.* *I.a.* 10. *c.* *& cap.* 1.

Ioëlis

Ioëlis textu: *In monte Syon, & in Hieruſalem erit ſaluatio, ſiue liberatio & euaſio*, non corporalis ſed ab ira æterna, vt periculum æternæ dãnationis euitetur. deſumitur hoc ἀξίωμα ſeu trita propoſitio, Extra Eccleſiam non eſt ſalus. Intelligitur locus Prophetę non de Hieruſalem deſtruenda, ſed alia electorum Dei per eam figurata, nimirum de Eccleſia Catholica, cum illa Hieruſalem terrena, poſtquã ex captiuitate reduces facti ſunt Iudęi, aliquot ſeculis habitata, & templum reſtauratum, à Romanis tamen poſt Chriſti in cœlos cum triumpho aſcenſum miſerè vaſtata, & à Turcis modò occupata ſit, & templũ dirutum ita fuerit, vt iuxta Domini prophetiã ac vaticiniũ, non remanſerit lapis ſuper lapidem. De Eccleſia igitur Catholica hanc prophetiã intelligamus neceſſe eſt. Ipſa eſt arca Noë myſtica, extra quam omnes diluuio perierunt, nec fuit vlla euadendi cõmoditas extra illã. Hęc eſt, Matt. 18. quam qui non audierit, habendus eſt tanquam Ethnicus & Publicanus. Hæc eſt, Mat. 16. aduerſus quam inferorum portæ pręualebunt nunquã. Hæc eſt, cuius fides nunquam defectura eſt, Luc. 22. *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, &c.* Hęc eſt, quam veritatis columnam vocat Apoſtolus, 1. Timoth. 3. Hæc tum demum vna eſt, extra quã nemini contigit euaſio & liberatio. Et, vt dicit ſanctus Martyr Cyprianus, alienus eſt, prophanus eſt, qui in Eccleſiæ vnitate non perſeuerat: nec poteſt habere Deum patrem, qui non agnoſcit Eccleſiam matrem. Nec partem cum Chriſto habere poteſt, qui in corpore eius, quod eſt Eccleſia, nõ manet. Porrò de reliquiis iſtis ſaluandis, ita exiſtimandum, vt in fine ſeculi, cùm fiet vnum ouile, & vnus paſtor: reſiduum Iſraëlis, ſeruandum ſit, per veram ac viuam in Chriſtum fidem. Sed in re & effectu, perfecta ſaluatio futura eſt in cœleſti Ieruſalem, Gal. 4. *Quæ ſurſum eſt Ieruſalem libera eſt.* Illa ab electo Dei organo D. Paulo Heb. 12. vocatur Ieruſalẽ cœleſtis, *Acceſſiſtis*, inquit, *ad Syon montem, & ciuitatẽ Dei viuentis Ieruſalem cœleſtem, & multorum millium angelorũ frequentiam, &c.* ab Eccleſia militante fœlix fiet tranſitus ad triumphantem, à Ieruſalem terreſtri ad cœleſtem, à merito ad præmium, à fide ad beatam & claram Dei viſionem, à ſpe, (per quam hic ſuſtentamur) ad rei expectatæ optatam poſſeſſionem & fruitionem, ad quam nos perducat, qui ſine fine viuit & regnat. Amen.

In Geneſi. *Mat. 18. & 16. c.* *Luc. 22.* *1. Tim. 3. cap.* *Cyprianus.* *Gal 4. Heb. 12. cap.*

ENNEAS III. CAP. III.

IOELIS PROPHETAE.

HOMILIA XIX.

Quia ecce in diebus illis, & in tempore illo, cùm conuertero captiuitatem Iuda & Ieruſalem: congregabo omnes Gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat: & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſrael, quos diſperſerunt in nationibus & terram meam diuiſerunt.

IOELIS CAP. III.

QVoniam ſuprà dixerat iis ſolùm æternam ſalutem ſperandam expectandámque fore, qui diuinæ ac nouæ ciuitatis Ieruſalem ciues eſſent conſcripti: cæteros autem terribilem quandam æterni ignis expectationem, vt D. Paulus ad Hebræos ca. 10. loquitur, manere: Nunc oſtendit, omnes, quicumque alieni à ciuitate Ieroſolymitana fuerint, eos omnes hoſtes haberi & eſſe. Nec ſolùm longis & poſteris temporibus futura prædixit, ſed etiam prioribus atque proximis, vt per ea, quæ proximè facienda erant, cætera in longum tempus expectãda certa & rata crederentur, cuiuſmodi erãt, Iſraëlitarũ reſtitutio, iudicij generalis & communis omnibus dies, & quæ in hoc capite poſtremo prædicuntur: Nempe diuini nominis hoſtium ſtrages, & futura Eccleſiæ ſanctæ pax, & tranquillitas certa. Atque cùm ſatis dixiſſe videri poſſet, vel, in diebus illis, vel, in tempore illo, vtrumque tamen ponit cum aduerbio, Ecce, ad auxeſim & amplificationem, vt remiſſos, & iam confractos excitaret animóſque illis adderet, vt bene ſperarent. Huiuſmodi conſolationibus nobis eſt opus. In diebus illis, & tempore *illo*, reducet

Heb. 10. cap.

ducet

ducet Dominus Deus captiuos ex Iuda & Hieruſalē,quos penitus obliuioni tradidiſſe videbatur, nullam amplius Reip. formam habebant in tranſmigratione Babylonica, cultus diuinus vnà cum templo euerſus erat totum populi corpus lacerabatur. Quis ergo putaſſet Deū adhuc huius gentis adeò miſeræ curā geſſiſſe?Omnes vicinos nedū Aſſyrios infenſos habebant,ita vt magis in exilio pereundum videretur,quàm libertatem vllam eſſe expectandam, vel in priſtinū ſtatum ac dignitatem reſtitutionē. Nihilominus benè ſperare iubet Deus, cùm ſe idoneum & ſufficientē vindicē fore, contra omnes populi Iudaici hoſtes, recipiat ac polliceatur.Poteſt ergo illud prius membrum, *Cùm conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalem*,de reditu, quaſi iure poſtliminij,ex Babylonica captiuitate,ad literā & ſecundum hiſtoriam intelligi.poſt 70.annos ſcilicet, ab exilio, ad Chriſti tamen tempora meritò extendi debet. Quando à ſeruitute & tyrannide diaboli atque peccati, perfectè liberati ſumus. Quod ſi obiicias, Vatem Iudæ & Hieruſalem duntaxat meminiſſe, cùm tamen & decē aliæ tribus eſſent redimendæ,imò verò & Gētes ipſæ per Chriſti mortem liberandæ erant ex iugo diaboli. Quia Chriſtus mortuus eſt non pro gente Hebręa tantùm, ſed & vt filios Dei diſperſos in vnum cōgregaret, vt ſuprà inſinuatum eſt.Reſpondēdum eſt:Iudęam nominatim poni, propter regiam dignitatem in illa tribu, iuxta illud Iacobi Patriarchæ vaticinium, Geneſ.49. *Non auferetur ſceptrum de Iuda,nec dux de femore,&c.*Et quia Chriſtus ex illa regia tribu naſciturus erat: vnde Paulus Hebręis ca. 7. ſcripſit, *Manifeſtum eſt,quod ex Iuda ortus ſit Dominus noſter, in qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes eſt.* Hieruſalē autem commemorat,quia eſſet regni caput,& quia purus Dei cultus illic exercebatur,ideóque ſancta ciuitas in Euangelio non ſemel appellatur,tum propter templum Dei ſanctum, ibidem erectum, tū quia,vt dicebat *Chriſtus Samaritanæ*,Ioā. 4.in perſona Iudæorum loquens:*Nos adoramus quod ſcimus &c.quia ſalus ex Iudæis eſt.*Vbi ponitur diſtinctio inter cultum Samaritanorum, Idololatriæ permixtum, & cultum Iudæorum purum ac ex lege Dei probatum.

Gen.49.

Heb.7.

Ioā.4.c.

2. Eſdræ ſiue Nehem.11.

Iſai.52.

& Dan. 9.

Ieroſolyma etiam Nehemiæ 11. Iſai. 52. & Daniel 9. *ciuitas ſancta dicitur:* Non quidem idcircò quòd per ſe ſancta foret, vel quemquam ſanctificare illa poſſet: ſed quòd eam Dominus ſibi delegiſſet, vt ibi nomen ſuum

ſanctum eſſet, & quia Sanctus ſanctorum Chriſtus, illic præſens conuerſatus fuerit in carne, & reparationis noſtræ opus compleuerit. Et quia denique cœleſtis Ieroſolymæ (vbi eſt conſummata ſanctitas) typum geſſerit. Decem verò tribus ſub Hieroboam à vera religione deſciuerant, adorantes vitulos aureos: nec ad Templum Dei, quod erat in Hieruſalem (extra quem locum non erat ſacrificij offerendi ius ſeu oportunitas) conueniebant.

Quòd ſi reſtitutionis promiſſæ voluerint fieri participes, eas, ſchiſmate depoſito, ad vnitatem Eccleſiæ redire oportet.

Hæc eſt igitur ratio, quare Iudæ & Ieruſalem tantùm fiat hic mentio, non aliarum tribuum ſchiſmaticarum, quæ cùm reducendæ deſcribuntur, non amplius diuiſę ſeparatæque familiæ, non amplius, inquam, (vt temporibus Roboam & Ieroboam contigit) Samaria contra Hieruſalem, altare contra altare, & regnum Iſrael contra regnum Iuda inuenientur, ſed vna ex omnibus familia, vnū ouile, & vnus paſtor verus Meſſias. Vna verè Iudæorum, hoc eſt, laudantium Eccleſia futura eſt, vna ciuitas Hieruſalē erit, cui princeps vnus & caput vnū IESVS CHRISTVS Dauidis filius ſecundum carnem, æternus autem Dei filius ſecundum diuinitatem præſit, vnde Archāgelus ad
Luc. 1. diuam Virginem prędixit, pręnunciauitque, *Luc. 1. Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob, (à quo duodecim patriarchæ,* duodecimve tribus ſuam trahunt originem) in ęternum, & regni eius non erit finis. Ad eam ciuitatem & Dei hęreditatem, omnes viri Iſraëlitæ pertinebāt, qui cum aliis Gentibus vno nomine omnes populus Dei, & ciuitas ſancta vocabuntur. Non enim, qui in manifeſto Iudæus eſt, vt diſputat Apoſtolus, ſed qui in fide filius eſt Abrahæ, & qui aſſertore Chriſto,
Ioan. 8. c. *Ioan. 8. opera Abrahæ facit, ille verus eſt Iſraëlita, in quo dolus non eſt. Ioan. 1. Non qui in carne, ſed qui in ſpiritu, non qui in ſemine, ſed qui in promiſſione ad electione Dei verè Iudæus eſt,* Ille inquam, ad Iudam & Hieruſalem pertinet. Iuda exponitur Laudatio, verè Iudæus, laudans Deum appellabitur. *Apocal. 3. Ecce dabo de Synagoga Satanæ, qui dicunt ſe Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed mentiuntur,* Et *Rom. 2. Non enim is verè Iudæus eſt, qui in manifeſto Iudæus eſt, nec ea verè eſt circūciſio, quæ in manifeſto in carne eſt circūciſi. ſed qui in occulto Iudæus eſt (ſiue ſpiritualis) is verè Iudæus eſt & circumciſio,* cordis

& 1. c.
Apoc. 3.
Ro. 2. ca.

cordis in ſpiritu non litera, ea verè circumciſio eſt, cuius laus non ex hominibus eſt, ſed ex Deo, quippe quæ in corde eſt circuncïſio, occulta eſt: huius verò non homo laudator eſt (qui tantùm quæ apparent, videre poteſt) ſed qui corda ſcrutatur & renes Deus. Sic Scholia Græca ad illum locum. Vt ergo Romani nominis appellatione non ſolùm illa vrbs, ſed omnes omnium gentium homines illius ciuitatis iure & immunitate vſi, continentur. Ex Iuriſconſultorum ſententia,ſicut habetur leg.In orbe Romano D. de ſtatu hominum in orbe Romano qui ſunt,ex conſtitutione Antonini Imperatoris, Ciues, Romani effecti ſunt. Quod in authenticis,Coll.6.cõſtit.78. Iuſtinianus in fine, ſic reſumit ac recenſet.Antoninus Pius cognominatus ius Romanæ ciuitatis priùs ab vnoquoque ſubiectorum petitum,(id eſt,peti ſolitum)& taliter,ex iis qui vocantur peregrini,ad Romanam ingenuitatem deducens,hoc ille omnibus in commune ſubiectis donauit. Sic ille. Declarans eos in orbe Romano intelligi debere qui ſunt ſubiecti Romano imperio,quibus omnibus ius Romanæ ciuitatis cõpetit. Malè priùs in vrbe Romana legebatur.d.l.17. quod editio Florentina arguit. Vt igitur orbis Romanus ciues, quamuis non Romæ natos ſed alibi, vel in Italia vel in prouinciis Romano ſubiectis imperio, continet Romanos vocatos: Sic Ieroſolymorum nomine, Iudæi Iſraëlitæque omnes, omnéſque eiuſdem ciuitatis conciues appellantur. Nomen Ciuium Romanorum aliquando non ſolùm magno æſtimatum, ſed magno emptum etiam eſt, vt *Act. 22.* patet: Paulus dixiſſe fertur Centurioni. *Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? Cùm Centurio in tribuno renuntiaſſet,interrogauit Paulum tribunus. Dic mihi,ſi tu Romanus es? At ille dixit,Etiam.Et reſpondit tribunus.Ego multa ſumma ciuitatem hanc ſiue ciuilitatem conſecutus ſum.Et Paulus,ait,Ego autem & natus ſum.* Vides Paulum ſe Romanum dicere, & id quidẽ verè,cùm tamen ibidem dixiſſet apud eoſdem auditores.*Ego ſum vir Iudæus natus Tharſo Ciliciæ,&c.*Item Act.16.*Philippenſes eundem quem magiſtratibus obtulerunt,accuſantes:dixerunt,Hi homines conturbãt ciuitatem noſtrã,cùm ſint Iudæi,& annunciant morem, quem non licet nobis ſuſcipere,neque facere,cum ſimus Romani.* Vides quod Philippenſes ſe Romanos appellent? Non cõmittam, vt tacitus hoc loco prætercam,quod l.6. Colonia D.de cenſibus dicit Celſus Iuriſconſultus Colonia Philippenſis,

Scholia Græca in 2. capit. Ro.&c.

Leg.17. in orbe Rom. D. de ſtatu hominũ in authẽticis Col. 6.Cõſtit. 78.in fin.

Act. 22.

Act.16.

penſis iuris Italici eſt. Non ergo perperam dicunt Philippenſes, ſe eſſe Romanos, iure Italico ſiue immunitatis à tributis, ſe gaudere iure ciuium Romanorum, & legibus Romanis viuere. Itaque nihil vetat Paulum & Tarſenſem eſſe & Romanum. Ibidem. Paulus dixit Cæſos nos publicè, indemnatos, homines Romanos miſerunt in carcerem, & nunc occultè nos eijciunt? Timuerúntque magiſtratus audito quòd Romani eſſent: Honorificum erat appellari Romanum. Ius ciuitatis Romanæ ac honorem Paulus non multa ſumma (vt tribunus) emerat, ſed quamuis Romæ non fuiſſet natus Romanæ tamen ciuitatis ius habens, natus eſt. Quia cum pater ſuus honorem hūc comparaſſet, & per eum venerandus ac glorioſus fuiſſet, ipſe in eo natus eſt.

Quum itaque, ait Paulus tribuno, Ego verò & natus ſum, tantumdem eſt ac ſi dicat: Tu quidem recentem habes honorem, qui ipſe illum comparaſti: ego verò paternam habeo gloriam, & quæ mihi congenita eſt. ideò dicit, Ego verò & natus ſum. Oſtendit ergo Paulus patrem ſuum Romanum fuiſſe. Priuſquam enim naſceretur Paulus, ſubiecta Romanis Cilicia, neceſſe erat ipſum quoque, vt pote illis ſubditum, eſſe Romanum. Hæc ex Scholiis Græcis in Acta Apoſt. c. 22. Remigius ad præſentem Ioëlis locū, Cum conuertero captiuitatem, &c. Appropinquante, inquit, die iudicij, quum plenitudo gentium intrauerit, prædicantibus Elia & Enoch, tunc omnis Iſraël ſaluus fiet, non ſolùm de Iudęa & Beniamin & Leuitica tribu, verumetiam de decem tribus: quæ poſtquam ductæ ſunt vltra montes, non ſunt reuerſæ. Et cum hoc, inquit, impletum fuerit, congregabo omnes gentes in vallem Ioſaphat. Hactenus ille. Poſſet ad literam applicari illud, Oſee. 1. c. *Congregabuntur filij Iuda, & filij Iſraël pariter, & ponent ſibimet caput vnum.* Quod etiam D. Auguſtinus duobus in locis, nō extra propoſitum de Gentium vocatione explicat & egregiè interpretatur. Primò, to. 5. lib. 18. de ciuitate Dei. ca. 28. hoc modò, Hoc teſtimonium propheticū Oſee 1. c. Et erit in loco quo dictum eſt eis, Non populus meus vos, vocabuntur & ipſi filij Dei viui &c. De vocatione populi gentium, qui prius non pertinebat ad Deum, etiam Apoſtoli intellexerunt, *Rom. 9. & 1. Pet. 2.* Et quia ipſe quoque populus gentium ſpiritaliter eſt in filiis Abrahæ, ac per hoc rectè dicitur Iſraël, propterea ſequitur, & dicit, Et congregabuntur filij

Scholia Græca in 22. cap. Act. Apoſtol. Remigius in 3. c. Ioël.

Oſee 1. c. D. Aug. to. 5. lib. 18. de ciuit. Dei, c. 28.

Rom. 9. & 1. Pet. 2.

filij Iuda & filij Iſraël,in idipſum,&c. vt ſ.Recolatur lapis ille angularis,& duo illi parietes : vnus ex Iudæis,alter ex Gentibus:Ille nomine filiorum Iuda,iſte nomine filiorum Iſraël, eidem vni principatui ſuo in idipſum innitentes agnoſcantur.Sic ille.Deinde tom.6. contra Fauſtum Manichæum lib.22.c.89.citatis his duobus,Oſee,c.1.teſtimoniis ſeu vaticiniis. Erit numerus filiorum Iſraël , quaſi arena maris,&c.& vbi dictum eſt eis,Non populus meus vos,dicetur eis,filij Dei viui.Et congregabuntur filij Iuda & filij Iſraël,& ponent ſibimet caput vnum. Subiũgit Pauli Apoſtoli authoritatem,Rom.9.vt notas faceret diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ,quæ præparauit in gloriam. Nõ ſolùm ex Iudæis,ſed etiam in Gentibus,ſicut in Oſee dicit, Et erit in loco, vbi dictum eſt eis. *Non populus meus vos.* vt ſuprà. Hoc ergo de Gentibus prophetarum Paulus oſtendit. Vnde & Petrus ſcribens ad Gentes , propheta quidem ipſo non nominato , propheticam tamẽ eius verbis ſuis inſerit,dicens,1.Petr.2.*Vos autem genus electum,&c.* Qui aliquando non populus:nunc autem populus Dei, &c. Hinc euidenter apparet illud , Et erit in loco,vbi dictum eſt eis. Non populus meus vos,dicetur eis,filij Dei viui, non omnino de illo Iſraël eſſe dictum , qui eſt ſecundum carnem: ſed de illo,de quo Apoſtolus gẽtibus dicit, Vos ergo Abrahæ ſemen eſtis ſecundum promiſſionem hæredes, *Gal.3.in fine.* Paulò poſt ſubiungit ibidem Auguſtinus , Iſte propheta , (Oſee) filios Iuda ponens pro Iudæis , & filios Iſraël pro gentibus , Et congregabuntur , inquit, filij Iudæ, & filij Iſraël pariter , & ponent ſibimet caput vnum , & aſcendent de terra. Huic itaque prophetiæ tam manifeſtæ, ipſo rerum effectu declaratæ,quiſquis contradicit,non ſolùm propheticis verumetiã Apoſtolicis literis , nec ſolum quibuſlibet literis, verumetiam rebus impletis, & clariſſima luce perfuſis , impudentiſſimè contradicit. Sic D. Auguſtinus.*Cùm autem conuerterit Dominus captiuitatem plebis ſuæ,exultabit Iacob, & lætabitur Iſraël,ait Pſaltes regius*, tum Iudas & Iſraël principatum vnum (in Chriſti capitis , corpore vno myſtico,hoc eſt,Eccleſia, cum *erit vnum ouile, & vnus paſtor,Ioan.10.*) ſibi conſtituent , ipſo ſummo angulari lapide Chriſto IESV , ait Apoſtolus , Hieruſalémque & Samaria ad vnam cœleſtem Hieruſalem colligentur. Hæc autem verboſius retuli, vt Iudæos refellam,qui de populo Iuda hæc eſſe intelligenda, non de populo Gentium; & de populo

D. Aug. to. 6. lib. 22. quã Fauſtum Manichæũ, ca. 89.

Gal. 3.c.

Pſalm.

Ioan. 10.

populo Iuda ſimul (vt interpretantur noſtri Apoſtoli Petrus & Paulus, columnæ & luminaria Eccleſiæ, à quibus nefas eſt recedere contendunt. Quod ſi quiſpiam obiecerit,ſi ad literam ad tribus decem Iſraëlis, prophetia etiam hæc,cùm conuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalē extendatur, quomodo id verum appareat. Neſcis ductas decem tribus captiuas, nunquam vſque ad hæc tempora noſtra ab exilio reuocatas: Et quoad reuocentur ab exilio, quomodo Chriſtus potuit illarum & populi Iuda caput eſſe? Facilis reſponſio eſt:Ex captiuitate decem tribuum in vrbibus Iſraël plurimos Iſraëlitas fuiſſe reſiduos,& quum decem tribus diſceſſere à populo Iuda, qui cōtinebat tantùm duas tribus, quamplurimos ex decem tribubus, quæ diſcedebant à populo Iuda commigraſſe in vrbes Iuda, ne diſcederent à Dei religione, & in tanta multitudine commigraſſe, vt duæ tribus penè pares eſſent viribus decē tribubus.Ex his ergo, qui ex decem tribubus commigrarunt in vrbes Iuda à principio, & ex reſiduis captiuitatis decē tribuum ſuccreuere decem tribus, & ita tēporibus Chriſti, erant florentiſſimæ duodecim tribus Iſraël,vt ex libris Regum & Paralipomenôn, ac Ioſepho Iudæo, qui libris de antiquitate hæc omnia prodidit, iſta ſunt teſtatiſſima. Literis etiam patet Euangelicis, quibus teſtatum eſt, potiſſimùm Dominum eſſe verſatum in ripis Iordanis iuxta Mare Tyberiadis in Galilæa, quæ ad decem tribus pertinent,& ex vrbibus decem tribuū pleroſque diſcipulos Domini eſſe delectos. Ergo Chriſtus caput eſt duodecim tribuum, qui omnes Iudæi dicebantur temporibus Chriſti, & populi Gentium caput eſt, quia Eccleſia ex cōgregatione vtriuſque populi fuit congregata. Neque putet Iudæus contra nos eſſe,quòd Chriſtus caput populi Iuda,& populi Iſraël,eſſe deberet,(ex Prophetis) hoc eſt,duodecim tribuum. Caput enim eſt eorum, qui ex duodecim tribubus credidere. Si quidem multos fecit ipſe diſcipulos in ripis Iordanis in Galilæa, & multi conuerſi ſunt in Samaria, in Damaſco & in vrbibus Iſraël ab Apoſtolis,& diſcipulis Domini,& per varia temporum interualla,infinita Iudæorum millia promiſcuè ex omnibus vrbibus Iſraël in Eccleſiam intrarunt: & temporibus religioſiſſimi ac ſanctiſſimi Dominicani fratris Vincentij Ferrerij tanta multitudo Iudæorū conuerſa ab hoc viro, in Eccleſiā intraſſe dicitur,vt numerus vix poſſit iniri.Quę lōgiùs cōmemorare placuit,

ne Iudęi

ne Iudæi ſibi placeát,quòd Chriſtus noſter nõ fuerit caput 12.tribuum.Quandoquidem & caput fuit 12.tribuũ,& populi gentium.Hæc omnia ex Doctiſſimo viro Leone à Caſtro, Commentariis in cap.1. Oſee,decerpſi ac collegi.Salmanticæ hoc anno 1586. in lucem emiſſis atque impreſſis. *Leo à caſtro in c. 1. Oſee.*

In vallem Ioſaphat deducam omnes, &c. Ioſaphat exponitur Dominus iudex,vel iudicium Domini,ait D.Hieronymus hoc loco. Ergo , vt ad præſentem locum commentatur Rupertus, & propter nominis interpretationem,huius vallis meminit,& propter rem,quæ recenti memoria fuerat geſta , quando iſte prophetauit in diebus Oziæ & Ezechiæ, regum Iuda. Ante annos plus minus octoginta regnante Ioſaphat, *Congregati ſunt filij Moab vt pugnarẽt contra eum.* 2.Par. 20. *Ioſaphat verò in oratione ſua ita precabatur,Domine Deus noſter, ergo non iudicabis eos? Tunc Propheta dixit, ex Domini parte,Nolite timere,Non eſt enim pugna veſtra ſed Dei. Cras videbitis auxilium Domini ſuper vos. Et interfecerunt ſeipſos. Mutuiſque concidere vulneribus.Idcirco vallis illa dicitur Ioſaphat. Vallis iudicij Domini, quia iudicauit eos Dominus. Dicitur etiam ibidem* 2.Par.20. *Vallis benedictionis, quia liberati filij Iuda, ibi benedixerunt Dominum. Cũ ergo dicit, Congregabo eos in valle Ioſaphat,* rem geſtã magni miraculi,nobis ad memoriam reducit.Pulchréque innuit,quòd ſecundum ſimilitudinem futurum ſit in die iudicij,vt nullus eorum ſentẽtiam damnationis euadere poſſit, qui mala inferunt ſeruis Dei , ſicut nullus eorum necem euadere potuit (*2.Par.20.*)qui contra Iudã & Hieruſalẽ illic fuerãt congregati,propriiſque ſint conſcientiis iudicandi. Sicut illi armis ſuis,& mutuis vulneribus cõciderũt. Hoc ipſum eſt,quod in Epiſtola ad Romanos,ca.2.dicitur, *Accuſantibus aut defendentibus inuicem conſcientiis.*Et ſicut vnus,& idẽ locus,& vallis Ioſaphat,id eſt,Iudicij Domini,& vallis etiã benedictionis dicitur:ita ſeſſio Domini ad iudicandũ, erit ſiniſtris ad damnationis iudicium,dextris autem ad benedictionem.Hucuſque Rupertus.R.Dauid Kimhi interprete Mercero:Erat, inquit, hæc vallis regis Ioſaphat, forſan ædificarat ibi,aut ibi fecerat op⁹:& de nomine eius appellata eſt. Aut nominatur vallis Ioſaphat de nomine iudicij, vt dicit ſtatim,& iudicio cõtendam cũ illis, ſiue (diſceptabo,vt habet vulgata editio.) Sic quoq; expreſſit Ionathã, in vallem deciſionis iudicij.Sic ille.Vel,(in planiciem manifeſtationis iudicij.) vt etiam Arias Montanus ſcribit,

D.Hieronymus, hoc loco. Rupert⁹ in 3. cap. Ioëlis. 2. Paral. 20.c. Rom.2. R.Dauid Kimhi interprete Mercero. Ionathane⁹ Chaldæus, Paraphraſtes. Arias Montanus hic.

Chal

Chaldaica Biblia hoc in loco ita habere.Hęc ibi.Vallis benedictionis,poſtea dicta vallis Ioſaphat. Hanc putant eſſe circa Montem Oliueti,ſed remotior eſt à Ieruſalem, vt aliqui ſentiunt.Nota, quòd, יהושפט, Ichoſaphat, idem eſt quod,יהוה שפט, Iehoua Saphat, Dominus iudicauit. Vallem Ioſaphat, appellatiuè intellige, cum Chaldæo, & R. Dauide, vallem iudicij Domini. Vt ſuprà dictum eſt. Atque vt per Iudam & Hieruſalem initio huius capitis & in fine ſecundi, Eccleſia vel ex Iudæis vel ex Gentibus intelligitur, non Ieruſalem terreſtris, ſic nunc vallis Ioſaphat, non locus certus eſt,vt quidam ſentiunt.Interea tamen alludit ad inſignem illam cladem, qua iudicium ſuum mirè edidit Domin⁹ in hoſtibus Iuda, circa vallem benedictionis, quæ & à victoria Ioſaphat videtur appellata vallis Ioſaphat,& ſi nuſquam alibi quàm hoc loco,& infrà fiat mẽtio vallis Ioſaphat,ac videtur non ita propinqua fuiſſe Ieroſolymis,aiunt illi,inter quos eſt Mercerus ad iſta verba: iudicio agam cum illis in valle Ioſaphat. Verũ enimuerò Lyrani noſtri verba ad hunc locum ſubiungere operæ pretium viſum eſt.Deducam eos in vallem Ioſaphat, quæ eſt, inquit, inter montem Olíueti & Hieruſalem. Non quod ibi omnes capiantur:(in generali iudicio) ſed quia Chriſtus deſcendens ad iudicium, apparebit in aëre ſuper mõtem Olíueti,vnde aſcendit in cœlum:& iudicandi apparebunt circa illum locum: Ita quòd aliqui erunt in valle Ioſaphat,& alij circa.Sic ille.Non ergo à vero abſunt, ſeu à veritate non aberrant,qui in ea ſunt ſententia,Extremum iudicium futurum in illa valle Ioſaphat,certo definitoque loco.Aequitati ſiquidem conſentaneum eſt,vt in hac terra conſpicuus & glorioſus maximè appareat Chriſtus,in qua obſcurus & ignobilis viſus fuerat, ab impiis Iudæis extra portam in Caluariæ monte crucifixus:Veritati inſuper cõſonat,quòd vnde in cœlum cum triumpho aſcendit videntibus Apoſtolis,Chriſtus illuc veniat ad iudicium,aut certè in nubibus cœli ſiue in aëre ſuprà montem Oliueti: iudicaturus,glorioſus appareat.*Sic enim* Act.1.*memoratur.Reuerſi ſunt à monte Oliueti, ſabbathi habens iter.* Et audierunt ſibi dici ab Angelis, *Hic* IESVS, *qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum,ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum.* Quo inſinuari videtur, circa terminos illos montis Oliueti,atque in eius confiniis, in quibus ſita eſt vallis Ioſaphat,futurũ eſſe iudicium. Verum his, quæ dicta ſunt, obuiare

Mercer⁹ ad 3. ca. Ioëlis.

Lyranus eodẽ loco.

Act.1.

obuiare videtur ac repugnare, quod Remigius hic ponit de valle Ioſaphat. Quidam, ait, pueriliter hoc intelligētes, putant, quòd Dominus veniens ad iudicium deſcenſurus ſit in vallem Ioſaphat, quæ vallis poſita eſt in latere mōtis Olíueti, ſed nihil eſt quod dicunt. Dicit Beatus Hieronymus aliique Doctores, quod non in terram deſcendet, ſed in ſpatio iſtius aëris ſedebit contra ipſum locum montis Oliueti, ex quo aſcēdit in cœlum. In valle autem Ioſaphat congregabuntur omnes gentes, id eſt, ad iudicium Dei venient, (quod interpretatur Ioſaphat.) Sancti autem & iuſti non deſcendent in vallem cum impiis, id eſt, ad iudicium damnationis, ſed eleuabuntur in nubibus, obuiam creatori ſuo veniēti, iuxta illud Apoſtoli, *Deinde nos qui viuimus, qui reſidui ſumus ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aëra* (1. Theſſ. 4.) Hæc Remigius. Mali verò ſtabunt in terra. *Matth. 25. congregabuntur ante eum omnes gentes. Ioan. 5. Omnes, qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei, & precedent, qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ. Qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. & 2. Cor. 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti.* Item 1. Corint. 15. *cap. Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouiſſima tuba. (canet enim tuba.)* Et quæ illic ſequuntur. Quæ pulchrè explicāt illud Ioëlis, *Congregabo omnes gentes.* Bonos ſcilicet ac malos, Iudæos ac Græcos, maſculos ac fœminas, ſenes ac iuuenes atque pueros, ſeruos ac dominos. Omnes in vniuerſum comparere oportet. Vniuerſos, inquam, cuiuſcunque ſexus, conditionis, ætatis, linguæ, vel nationis, aut etiam profeſſionis & cultus, extiterint, abſque vlla exceptione cōuenire ad Dei iudicium neceſſe eſt. Nunc verò reſpondeo, Remigij allatam ſententiam non aduerſari Lyrano noſtro, cùm non dicat Chriſtum deſcēſurum in vallem Ioſaphat, ad iudicandum, ſed potius ſeſſurum in aëre circunſtante. Neque dicit omnes etiam Sanctos cum reprobis, in vallem cogendos, & coanguſtandos, ſiue coarctādos, cùm tam anguſtus locus, vt eſt vallis Ioſaphat, non omnibus iudicandis ſufficeret vel eos capere non poſſet. Non ignorauit Sanctos in aëre locandos, ex Apoſtoli teſtimonio. Non erat igitur, cur Mercerus hoc illi affingeret & imponeret ita ſcribens: Ex hoc loco pueriliter Lyranus & alij, in Valle Ioſaphat edendum iudicium Domini extremum colligunt quæ ſit inter Ieruſalem & mōtem Oliueti, vnde Chriſtus aſcendit

Remigi⁹ in 3. Ioël. caput.

D. Hieronymus.

1. Theſſ. 4. cap.
Matth. 25. cap.
Ioan. 5.
2. Corin. 5. cap.
1. Corint. 15. cap.

Contra Mercerum.

in cœlum,quaſi eodem in loco ſit iudicaturus vnde in cœlum aſcendit. Quod nec Hieronymus nec Veteres ſenſerunt. Hactenus ille, pueriliter profectò, & inconſideratè.

Thomas. 3.part.q. 88. ar.4. Diuus Thomas 3.parte, quæſt.88 articulo, 4. Vtrum iudicium fiet in valle Ioſaphat,ita reſpondet,Dicendum,quòd qualiter illud iudicium ſit futurum, & quomodo homines ad iudicium conueniant, non poteſt multum per certitudinem ſciri: tamen probabiliter poteſt colligi ex ſcripturis, quod circa locum montis Olìueti deſcendet, ſicut & inde aſcendit: vt idem eſſe oſtendatur qui deſcendit & aſcendit. Et ad argumentum quod tota terra promiſſionis capere non poſſet multitudinem iudicandorum, quos ſaltem in terra ſtare oportet. Eos autem tantùm eleuari in nubibus, quorum erit iudicari nimirum Sanctós, de quibus, ſedebitis iudicantes 12. tribus Iſraël: & rurſus, iudicabunt nationes. Non ergo vel in valle illa,vel circa illam vallem futurum eſt iudicium. Ad hoc, inquam,ita reſpondet, quòd magna multitudo in paruo ſpatio comprehendi poteſt. Sufficit autem ponere quantumcunque ſpatium, circa locum illum ad capiendam multitudinem iudicandorum, dummodo ab illo ſpatio Chriſtum videre poſſint, qui in aëre præeminens, & maxima claritate refulgens, à longinquo inſpici poterit. Quod ſi obieceris, Chriſtum iniuſti iudicij executionem ac ſententiam in Golgotha ſuſtinuiſſe. Congruere proinde illic iudicium iuſtum terminari ac celebrari.Reſpondet idem Sanctus Doctor,Non eſſe Chriſtum iudicaturum, in forma infirmitatis, in qua iniuſtè iudicatus eſt, ſed in forma glorioſa, in qua ad Patrem aſcendit. Ideóque Aſcenſionis ipſius triumphalis locum magis competere iudicio, quàm vbi condemnatus eſt,& crucifixus, Ergo ſicut aſcendit in monte Olìueti,qui prçeminet valli Ioſaphat:ſic & ex Angelico teſtimonio*(Sic*

Act.1. *veniet,quēadmodum vidiſtis eum aſcendētem in cœlū(Act.1.)* circa loca illa ad iudicandum Chriſtus eſt venturus. Ha-

D.Bonauentura in 4.Sēt. Diſtictione,48. ctenus ille. Concordat & S. Bonauentura ſuper quartum ſententiarum, Diſtinctione 48.in primo dubio ad textum Magiſtri. Dicendum, inquit, quod credendum eſt in iudicio Dominum deſcenſurum in eum locum vnde aſcendit: ſicut colligitur ex textu Act.1.Quod quæritur,Vtrum deſcendat ad terram? Credendum eſt ipſum in loco eminentiori eſſe futurum, vnde cæteri poterunt videre ipſum. (Delendam enim & expungendam negationis particulam:

lam, non quæ vitio Calcographiæ irrepſit in nouiſſima impreſſione Veneta,exiſtimo. Sequitur ibidem, Si quæras de multitudine, dici poteſt, quòd multi erunt in terra, & in parua terra innumerabilia hominum eſſe poterunt, quoniam conſtringentur: nec intelligendum eſt, quòd ipſi omnes inter illam vallieulam includantur, quia hoc eſt puerile, vt dicit Hieronymus: ſed quod erunt ibi in locis circumiacentibus: Et ſi neceſſe fuerit, electi erunt in aëre (vt teſte Apoſtolo certè futurum eſt.) Et damnati etiam eſſe poterunt, diuina ſuſpendente virtute ponderoſitatem corporum eorũ. Hucuſque D. Bonauentura Franciſcanus, cum duobus illis egregiis ac eximiis Doctoribus ſanctis ac Lyrano noſtro me tenere profiteor. Quod verò ſententiarum Magiſter 48. diſtinct. lib. 4. eadem de re ſcribit ſic. Putant quidam Dominum deſcenſurum in vallem Ioſaphat in iudicio, eo quòd ipſe per Ioëlem prophetam ſic loquitur, Congregabo omnes gentes & deducam eas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo ibi cum eis. In cuius capituli expoſitione ita reperi. Hoc quidam pueriliter intelligunt, quòd in valle, quæ eſt in latere montis Oliueti deſcenſurus ſit Dominus ad iudicium, quod friuolum eſt, quia non in terra, ſed in ſpatio huius aëris ſedebit contra locum montis Oliueti, ex quo aſcendit. Et reliqua, iiſdem prorſus verbis, quæ à Remigio ſuprà prolata ſunt. Hæc inquam, nihil præiudicant ſententiæ trium illorum teſtium, quæ ex ſcriptura habet fundamentum. Sequitur in textu, *Diſceptabo cum eis, &c.* O verè terribile verbum! De quo cum multa nobis dicenda ſint, ad proximam relegamus homiliam & concionem: Concludentes conuerſionem Iſraëlis circa nouiſſima tempora futuram. Tunc reliquiæ Iſraël ſaluæ fient, cum plenitudo gentiũ intrauerit. Subinde tandem Dominus ad iudicium veniet in nubibus cœli, cum ſanctis ſuis, in præeminenti aëris loco, contra montem Oliueti, circa vallem Ioſaphat, ad læuam poſitis pœnas completè quidem inflicturus meritas debitáſque, ad dextrã verò collocatis, coronas glorioſas redditurus & precioſas. Ad quorum conſortium, & ſocietatem ciuium ſupernorum, perducat nos iudex omnium, Cui honor & gloria per æterna ſecula: AMEN.

Magiſter ſentetiarum, lib. 4. di. 48.

***

HOMILIA XX.

Diſceptabo cum eis in valle Ioſaphat, ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſrael, quos diſperſerunt in nationibus, & terram meam diuiſerunt. Et ſuper populum meum miſerunt ſortem: & poſuerunt puerum in proſtibulum, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent, &c.

IOELIS CAP. III.

MVLTA quidem Deus terribilia, quondam fecit, vt ſacra narrat hiſtoria. Qui enim diluuium illud generale in memoriam reuocauerit, Sodomorum atque adeò Pentapoleos conflagrationem. Plagas decem Ægypti, cadauera proſtrata in deſerto, incredulorum ac murmuratorum Hebræorum, Rebellium Chore, & complicum ſchiſmaticorum incendium, atque abſorptionem. Multas captiuitates temporibus iudicum. Multa flagella peccatorum, paſſim in Bibliis occurrentia, qui attentiùs perſpexerit, agnoſcet quidem. Hæc terribilia, & horrifica eſſe, ſed quid hæc ſunt in comparatione vltimæ tribulationis, quæ nunquam finem habitura eſt? Perinde igitur ac ſi priora illa Deum effeciſſe, nondum fuerit cum impiis diſceptare, vel iudicio contendere, nunc ſubiicit

Iob 9.c. vates noſter, Deum introducens loquẽtem: *Diſceptabo cum eis, &c. Iob 9. Verè ſcio, quòd non iuſtificetur homo compoſitus Deo, Si voluerit contendere cum eo non poterit ei reſpondere vnum pro mille. Quantus ego ſum.* ait ibidem, *vt reſpondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Qui etiamſi habuero quidpiam iuſtum, non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor.* Non potuit primus parens noſter ſuſtinere diſceptationem eius, ſed abſcondit ſe, ſi examen rigoroſum fiat, quis reſponderet? Hæc magnum peccatoribus incutiant timorem, & à peccato reuocent ac dehortentur.

Antequam autem longiùs progrediamur, ſubmouendus eſt ſcrupulus qui ſuboriri poſſet, nam dicet aliquis,

cùm

cùm in præſenti tempore iudicium agatur, quare expe-
ctandum eſt aliud finale iudicium? Huic reſpondet D. *D. Tho-*
Thomas 3.part. quæſt. 59.art.5. hoc modo, præter particu- *mas 3. p.*
lare iudicium, quod in cuiuſlibet hominis morte fit, iu- *q. 59. ar.*
dicium finale eſſe oportet in nouiſſimo die, generaliter & *5.*
coram omnibus, quia licet per mortem vita hominis tem-
poralis terminetur ſecundum ſe, remanet tamen ex futu-
ris ſecundum quid dependens. Vno quidem modo ſecun- 1
dum quod adhuc viuit in memoriis hominum, in quibus
quandoque contra veritatem remanet bonæ famæ vel
malæ. Alio modo in filiis, qui ſunt quaſi aliquid patris, 2
ſecundum illud, Eccli. 30. *Mortuus eſt pater eius, & quaſi* *Eccl. 30.*
non eſt mortuus: ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe. Et tamen *cap.*
multorum bonorum ſunt mali filij, & econtrario. Tertio 3
modo quantum ad effectum ſuorum operum, ſicut ex de-
ceptione Arrij, & aliorum ſeductorum, pullulat infideli-
tas vſque ad finem mundi, & vſque nunc proficit fides ex
prædicatione Apoſtolorum. Quarto modo, quantum ad 4
corpus, quòd quandoque honorificè traditur ſepulturæ,
quandoque verò relinquitur inſepultum, & tandem inci-
neratum omninò reſoluitur. Quinto modo, quantum ad 5
ea in quibus homo ſuum affectum defixit, puta in quibuſ-
cumque temporalibus rebus, quarum quædam citiùs fi-
niuntur, quædam diutiùs durant. Omnia autem hæc ſub-
duntur exiſtimationi iudicij diuini. Et ideò de his omni-
bus perfectum & manifeſtum iudicium haberi non po-
teſt, quamdiu huius temporis curſus durat. Et propter
hoc oportet eſſe finale iudicium in nouiſſimo die, in quo
id quod ad vnumquemque hominem pertinet, quocum-
que modo, perfectè & manifeſtè iudicetur, & vt completè
in corpore & animo retributionem quilibet accipiat. Ha-
ctenus S.Thomas. Quę ſint diſceptationes Domini aduer-
ſus reprobos in futuro iudicio, explicat S. Hippolytus *S.Hippo-*
martyr, oratione de conſummatione ſeculi his verbis. Au- *lyt. mar-*
res veſtras condidi (exprobrat Dominus impiis) vt audire- *tyr, orat.*
tis ſcripturas, at vos paraſtis eas ad cantica Dæmonum, *de con-*
citharas & ridicula. Oculos veſtros creaui, vt perſpicere- *ſummat.*
tis lucem præceptorum meorum, eáque exequeremini: at *ſeculi.*
vos accerſiſtis ſtupra & impudicitias, & ad reliquam im-
munditiam ipſos aperuiſtis: Os veſtrum compoſui ad lau-
dandum Deum, & Pſalmos canendos: at vos aptaſtis illud
ad conuitia & blaſphemias. Dumque ſedetis, obtrectatis

proximis veſtris.Manus veſtras feci,vt ad preces extenderetis eas:at vos ad rapinas cædes,& mutuas occiſiones expandiſtis. Pedes veſtros ordinaui, vt ambularetis in præparatione Euangelij pacis, tū in Eccleſiis, tū in domibus ſanctorum meorum: at vos docuiſtis currere ad adulteria, ſpectacula, ſaltationes, in ſublime iactationes. Iam
Mat.25. ergo *Diſcedite à me,maledicti,in ignem æternum*, Matth.25. Dicent illi quaſi diſceptando.Tibi, Domine,credidimus, ſignaculo tuo notati ſumus, Baptiſma accepimus. Te Deum confitemur. Contra reſpondebit etiam illis, dicens, Confeſſi eſtis me Dominum, ſed verbis meis non paruiſtis. Signo crucis meę notati eſtis, ſed hoc animi duritia deleuiſtis.Baptiſmum meum recepiſtis, ac præcepta mea non ſeruaſtis, at odium fraternum de animis
Matt. 7. & 25. c. veſtris non excuſſiſtis.*Non omnis,qui dicit mihi,Domine,Domine,ſaluabitur,ſed qui faciet voluntatem meam,Matth.7 Et ibunt hi in ignem æternum,&c.*ca.25.Hucuſque Hyppolitus. Diſceptabit atque contendet iudicio ſpecialiter aduerſus Iudæos, videbunt eum, in quem pupugerunt. Monſtrabit eis crucem & cicatrices,ac dicet: *His plagatus ſum in domo eorum, qui me diligebant*, Hoc eſt, diligere de-
Zach.13 Micheæ 6.c. buerant & ad diligendum me maximè obligati erant, ac præ cæteris deuincti, Zachar.13.& Micheæ 6. *Populе meus, quid feci tibi? Quia eduxi te de terra Aegypti, & miſi an-*
Iſai.5. *te faciem tuam Moyſen & Aaron*, &c. Atque ita contra ingratitudinem ipſorum procedet.Iſai.5. *Quid eſt,quod debui vltrà facere vineæ meæ, & non feci? Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas.* Specialiter item aduerſus malos Chriſtianos diſceptabit. Quandoquidem iuxta dictum Euangelicum, *Cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo.* Et de talentis acceptis,reddenda eſt nobis ratio. Quia ergo euangeliū Domini, ac mandata eius quæ grauia non ſunt,haudquaquā impleuerunt, quia miſericordia Dei ac eiuſdē longanimitate & gratia abuſi ſunt,quia ſacramētis non vt oportuit,& quando oportuit,vſi ſunt, nec Eccleſiæ obedierunt, quia propter ipſorum vitam ſcandalis plenā, nomen Domini blaſphematū eſt inter Gentes, apud Turcas alióſque Barbaros ignominiæ ac probro expoſitum, propter hæc,inquam,omnia,& pleraque alia,dicetur illis: Diſcedite à me operarij iniquitatis. Neſcio vos cultores criminis, Deſcendite ad ima barathri. Quamuis autem omnes hæ diſceptationes, & collocutiones, exprobratio

brationéſve, verbaliter non fiant: mentaliter tamen fore nemo ambigat, cum proprio conſcientiæ ſuæ iudicio, quiſque iudicandus ſit, ac condemnandus, ex Apoſtolica doctrina. Sequentia videamus. *Super populo meo & hæreditate mea Iſraël, &c.* Iſraëlem appellat hic ſecundum fidem ac ſpiritum vt ſuprà expoſitum eſt, non ſecundum literam, vel carnalem intelligentiam, omnes electos ab Abele ad nouiſſimum vſque iuſtorum, populum ſuum & hæreditatem vocans. Pſalm. 2. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c.* Pro qua ſua hæreditate, litem ſe intentaturum dicit aduerſus eos, qui ipſam vexauerint, & tyrannicè opprimere moliti fuerint. Conſiderate hîc paternam Dei ſollicitudinem, quippe qui propter electos ſuos vindicandos eſt iudicium inſtituturus. Clamant illi in Apocalypſi, interfecti propter Chriſtum: Vindica ſanguinem ſanctorum tuorum qui effuſus eſt, Zachar. 2. *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Hinc Dominus perſecutori Saulo, Act.9. *Quid me perſequeris? & ad Samuelem,1.Reg.8.Non te abiecerunt, ſed me,ne regnem ſuper eos,*ſicut econuerſo in bonum, *Quicquid vni ex minimis meis feciſtis,*ait, *mihi feciſtis.Matt.25.* Emphaſis eſt in pronomine (meum) populum,hęreditatem meam,&c.Nota, quòd tametſi eſſet ſuum peculium hic populus, & hęreditas ſua Iſraël, paſſus eſt tamen eum abripi, ob ſcelera & peccata eius ingentia, atque ſingularem ingratitudinem, ac contemptum, quæ cauſa præcipua eſt turbationis & euerſionis regnorum. vnde illis minabatur Chriſtus, Matth. 21. *Auferetur à vobis regnum Dei.* Sed cùm ad pœnitentiam fuerint conuerſi, promittit viciſſim Dominus ſe conuerſurum captiuitatem Iſraëlis, id eſt, reducturum eos è tranſmigratione, & in libertatem aſſerturum. *Propter populum meum & hæreditatem meam* (Emphaticōs Iſraëlem non carnalē, ſed myſticum & ſpirituale intelligit) diſceptabo contra omnes,hoſtes Eccleſiæ intellige,vel Iudęos vel Gentes, quibus viciſſitudo retribuetur, & pœnæ nomine ab eis iuſta ratio requiretur. Nam & Iudæi primi crudeliſſimè Eccleſiam ſunt perſecuti, vnde & in vallē Ioſaphat ſiue iudicij Domini, primi ducti, euerſa eorū vrbe & Rep. per Titum, Veſpaſianum, & Adrianum Imperatores, Tyranni etiam Nerones, Domitiani, & eius generis peſtes,Chriſtianos perſequentes, & neci tradētes, bellum Deo & ſanctis inferentes, quibus tandem Turcę ſucceſſe

Pſal.2.
Zach. 2.
Act.9.
1. Reg.8.
Mat.25.
Mat. 21.

ceſſerunt:ad vallem Ioſaphat etiam deducentur, iuſtè puniendi. De vtriſque Dominus iudicium faciet propter Ecclesiã ſuam, quam hinc & illinc diſperſerunt, *tanquam lupi rapaces, oues. Nam lupus rapit & diſpergit*, Ioann. 10. Hi ſunt, qui pro nomine Domini huc illuc diſperſi, in inſulas relegati, & proſcripti ſunt, *In montibus errantes, in ſpeluncis, & cauernis terræ. Hebr. 11.* Iudæi ad Titum referunt: quod ſcilicet in obſeſſione vrbis, eiúſque depopulatione ac euerſione, atque templi demolitione Iudæorum gentem diſperſerit. Verùm magna tum temporis erat Iudæorum impietas, vt non in Domini populum, eiúſque hæreditatem, abſit: ſed in impios potius ſæuierit Titus, & pro meritis eos tractarit, ob IESV veri Meſſiæ & filij Dei iniuſtàm ac indignam cædem & crucifixionem, atque Apoſtolorum, eiúſque fidelium ſæuam perſecutionem, qui eos de ciuitate in ciuitatem expulerũt atque fugauerunt. Prædixerat illis ipſe Chriſtus hæc fore euentura ſuper eos, *Quia non cognouiſſent tempus viſitationis ſuæ*, Luc. 19. *Et in populum meum iecerunt ſortem*, ait Vates, quod dupliciter accipe, vel in bona eorum, vel etiam in perſonas. Si conſulas hiſtoriam Eſther cap. 3. id impletum comperies, ſub regno Perſarum & Medorum, *Anno quippe 12. Aſſueri, miſſa eſt ſors in vrnam, quo die, & quo menſe, gens Iudæorum deberet interfici & exiuit menſis 12. Adar.* Diſperſerunt verò filios Iſraël ac Iuda, Aſſyrij & Chaldæi ſiue Babylonij, quia translatis & in captiuitatem ductis filiis Iſraël & Iuda, gentes alienigenas pro illis collocauerunt, vt ſacra regum & Paralipomenon teſtatur hiſtoria. Milites cùm crucifixiſſent Chriſtum, conſimiliter ſortem miſerunt ſuper tunicam eius inconſutilem, *ſortientes, inquam, de ea cuius foret, & impleta eſt Prophetia, Pſalm. 21. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem, Ioann. 19.* Translatione à bello & hoſtibus ſumpta, vſus eſt Dominus, cùm victori in victum nihil nõ licet, & in ſeruos ac mancipia victos diſtrahunt victores, atque ſortem mittunt quid, cui contingat in prædam, Galli vocant, *le pillage, au ſaccagement d'vne ville.* Babylonij, & potiſſimum Romani in excidio Hieroſolymitano, pro re contemptiſſima & viliſſima populum & hęreditatem Dei habuerunt, quem prædonum more inter ſe diuiſerunt, ſortes ſuper ipſum populum iacentes. Verbi gratia proiiciebant ſortẽ inter ſe de Iſraëlitis, Hic tuus erit, hic verò meus:

Ioan. 10. *Heb. 11.* *Luc. 19. cap.* *Eſther c. 3.* *Ioan. 19. & Pſ. 21.*

meus: Sortientes, ſcilicet, quid ex eis acciperet rex in ſeruos, & ancillas, & quid vnuſquiſque princeps, ſic ait ad hunc textum Remigius. Et milites quidem victoria potiti diuidunt inter ſe ſpolia, ſortem, quis eorum copioſiorem ſpoliorum partem habere ſibi debeat, iacentes, vt apud Euangelicum prophetam inſinuatur, cap. 9. *Exultant victores capta præda quando diuidunt ſpolia.* De ſortibus hic aliquid attingamus. D. Thomas 2. 2. q. 95. artic. 8. in corpore quæſtionis ſic tradit. Sortes propriè dicuntur, cùm aliquid fit, vt eius euentu conſiderato, aliquid occultum innoteſcat. Et quidem ſi quęratur iudicio ſortium, quid cui ſit adhibendum, ſiue illud ſit res poſſeſſa, ſiue ſit honor, ſiue dignitas, ſeu pœna, aut actio aliqua, vocatur ſors diuiſoria. Si autem inquiratur, quid agere oporteat, vocatur ſors conſultoria: ſi verò quæratur quid ſit futurum, vocatur ſors diuinatoria. Contingit ſubinde, vt in diuiſoria ſorte, ex fortuna rei expectetur euentus, vt ſi aliqui non valentes aliquid concorditer diuidere, velint ſortibus ad diuiſionem vti, quaſi fortunæ exponentes, quis quam partem accipiat: vel, à Deo rei expectatur euentus. In huiuſmodi partitionibus rerum, ſecundũ ſe ſors non eſt aliquid mali. Atque ſancti viri tam in veteri, quàm in nouo teſtamento inueniuntur ſortibus vſi eſſe. Ioſue cap. 7. *ex præcepto Domini iudicio ſortium puniuit Achan, qui de anathemate ſurripuerat.* Saul etiam ſorte deprehendit filium ſuum Ionathã mel comediſſe, 1. Reg. 14. Ionas ſimiliter à facie Domini fugiens, ſorte deprehenſus eſt, & in mare deiectus: c. 1. Zacharias etiam ſorte exiit, vt incenſum poneret: Luc. 1. Et Matthias ſorte ab Apoſtolis in Apoſtolorum numerum ac conſortium cooptatus eſt, Act. 1. Deniquè Prouerb. 16. in fine dicitur, *Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.* In ſimilibus caſibus, ſi neceſſitas immineat, liceret cum debita nominis Dei reuerentia, ſortibus diuinum iudiciũ implorare, modò ne ad vitæ huius vanitates, & negotia ſecularia diuinis quis abuteretur oraculis, *In manibus namque Dei, vt ait Regius Pſaltes Pſal. 30. ſortes noſtræ ſunt.* Hęc ex D. Thoma pręcitato loco. Si quãdo igitur alio modo quàm per ſortẽ nequeat lis terminari in diuiſione rerum, & pax iniri: tutò poterit quis vti ſorte diuiſoria: expectãdo à Deo rei euẽtũ abſq; vlla vanitate. Sic in hodiernũ vſq; diẽ apud Chriſtianos manet in diuidenda hęreditate ſortium vſus, Galli ap-

Thomas 2. 2. q. 95 art. 8.

Ioſue 7. cap.

1. Reg. 14

Ionæ 1. c.

Luc. 1.

Act. 1.

Prou. 16.

Pſal. 30.

pellant,(*faire les lots au partage,ou lottir iettant le ſort.*) Ad contextum ſequentem pergamus.

Poſuerunt puerum in proſtibulum, Hoc eſt, dederunt pro pretio ſcorti, & puellam commutarunt pro vino vt biberent, id eſt, potus cauſa, puellam Iſraëliticam vendiderunt. Q.d. Explendæ ſuæ libidinis cauſa, vt meretrice potirentur, non dubitarunt puerum Iſraëliticum ſcilicet, pro pretio meretricis dare. Itidémque pro re leuiſſima, pro vino bibendo puellam item Iſraëliticam vendiderunt. Inſignis iudicatur hoſtium Eccleſiæ furor & inhumanitas, qui vt ſuis voluptatibus indulgeant, etiam pueris ac puellis Chriſtianis minimè pepercerint; quorum omnes rationem habere natura ſolemus, ob teneram nimirum ætatem. *Arias hoc loco.* Iniuria admodum probroſa eſt & grauis (ait Arias hoc loco) quòd puer meretrici ſtupri merces ſit, & virgo puella vini poculo permutetur, quorum vel ætas miſericordiam, vel regio metum, vel fletus & clamor terrorem mouere debuerunt. Sic ille. Atrociſſima ſunt hæc, & ingentis furoris ſignã, cibi potionisque cauſa. Hęc tam immania facere. Puerum pro ſcortationis mercede, & puellã, pro vino, vel pro eſca permutare. Q.d. Tam cupidè vendunt, quam libidinantur & ſcortantur: atque eiuſcemodi ventris mancipia, & vini infundibula, ingurgitant in ſe merũ, & vini pocula non tã bibunt quàm abſorbent, & magna profuſione abſumunt. Pro delitiis habent Iudęos diſtrahere, tanquam ſeruos aut brutas animantes. *70. interpretes.* Ideoq; in vallem iudicij Dei deducentur. 70. interpretes ſic verterunt, *καὶ ἔδωκαν τὰ παιδάρια πόρναις.* & dederunt pueros meretricibus. D. autem Hieronymus ita tranſtulit. Et poſuerunt puerum &c. vt ſit ſenſus: in vſum nefandæ veneris translatos pueros. Rabbini exponunt ſic, dederunt puerum Iſraëlitã pro pretio meretricis, pro ſcortatione, & pro pretio vini, ad ſeſe inebriandum cum meretrice. *R. Aben Ezra.* Sic R. Aben Ezra. Veruntamen, quia contra naturalẽ amorem etiã impij illi egerunt, admittenda eſt D. Hieron. *D. Hieronymus in Ioël. 3. c. & Lyranus ibid.* & Lyrani noſtri expoſitio ſiue interpretatio. Sic prior, *Poſuerunt*, ait, *pueros in proſtibulũ*, vt nimirum virilem cogerẽt mutare naturam, *vt Rom. 1.* Hæc omnia Iudæi ſub Tito & Adriano impleta volunt ad literã. Adoleſcẽtes tradit meretricibus, & puellas vendit luxuriæ, qui turpis lucri gratia non corripit delinquẽtes. Hæc Hieronymus. Poſterior autem ſic. Poſuerunt puerum in proſtibulum, abutentes,

inquit,

inquit,pulchris iuuenibus in vitio contra naturam.Rupertus hoc loco dicit hoc tertium reſpicere monarchiam ſeu regnum Græcorum:Sicuti diſperſio in nationes, & tranſmigratio regnum Babyloniorum,& Aſſyriorum,proiectio autem ſortis, regnum Perſarum & Medorum concernit. *Vnde* 2.Machab.4. *ſub Antiochi,qui Nobilis appellabatur, regno:Iaſon ambitioſus, auſus eſt Gymnaſiū ritu Gentili ac Ephebiam conſtituere, & optimos quoſque Epheborum in lupanaribus ponere. Puellam pro vino vendiderunt.* Hoc lenonum eſt facere, qui puellas meretricari cogentes, luxuriam de luxuria mercantur:dum de corporum illarum turpi & infami mercimonio conuiuia ſibi faciunt, & exinde bibentes vinum, alienæ luxuriæ pretium, propriè faciunt libidinis incendium. Hoc ſub Græcorum regno non tacetur factum.2.Machab.6. *templum luxuria & cōmeſſationibus Gentium erat plenum, & ſcortantium cum meretricibus.* Sicque contra regna illa diſceptabit Dominus. Quartum autem regnum Romanorum grauiùs quidē populum Iudaicum attriuit, ſed meritò in diſceptatione ſua, de preſſura illa, quam tunc populus ille pertulit,nullam Deus mentionem facit;quia videlicet nullum electorum Dei,qui ad gratiam eius pertineret,vel ad vitam prædeſtinatus eſſet, illa calamitas inuoluit. Priùs enim quàm Romanus veniret exercitus,præmoniti ſunt ab Angelo fideles, vt loco hoc cederent: Sicut refert Euſebius in hiſtoria Eccleſiaſtica ex tralatione Ruffini lib.3.cap.5.Eccleſia, quæ fuerat Hieroſolymis congregata, reſponſo à Deo accepto, emigrare iubetur, & tranſire ad oppidum quoddam Pellam nomine, trans Iordanem:quò ablatis ex vrbe ſanctis & iuſtis viris, vindictæ cœleſti fieret locus, tàm de vrbe ſacrilega, quàm de populo impio,per excidium patriæ, auerſionémque ſumendæ. Hæc ibi Euſebius. Pueros in proſtibulum ponere, (quod ad mores pertinet) contingit, quando parentes pueros liberos in omni lenitate,ſiue correptione educant: aperientes illis feneſtram ad turpitudines omnémque nequitiam. Hi imitantur Ethnicos, qui liberos ſuos dæmonibus offerebant. *Et immolauerunt filios & filias ſuas dæmoniis,ait Pſalmographus.* Hæc peccata peculiariter Deus iudicaturus eſt in die Iudicij,cùm deducet horum criminum reos,in vallem iudicij Domini. Hæc eſt quæ hoc loco vallis Ioſaphat, vel propriè vel appellatiuè nominatur, vt ſuprà fuſiùs tractatum eſt. Maximè vereor, ne turpiſſimas nundina

Rupert⁹ hoc loco.

2.Mach. 4.c.

2.Mac.6

Euſebius hiſt. Eccleſ.li.3.c. 5. interpreteRuffino.

nundinationes ſaltem puellarum, non ſolùm inter Babylonios & Turcas, ſed etiam inter eos, qui Chriſtiano nomine cenſentur, cùm maximo magiſtratuum dedecore contingat reperiri. Non exiſtimo ſanè in his nefandis libidinibus vnquam plus homines peccaſſe, quam modò. Interea nuſquam leuiores & rariores animaduerſiones. Hic inſerere placet Remigij ad præſentem contextum interpretationem.

Remigiꝰ hoc loco.

Poſuerunt puerum in proſtibulo, hoc eſt, in lupanari, vt cum eo explerent ſuam libidinem cõtra naturam. Et puellam pro vino vendiderunt, quia vſum naturalem corrumpentes, dimittebant fœminas, & maſculi in maſculos turpitudinem operabantur. Sic ille.

D. Iudæ Epiſtola Catholica.

Hoc Sodomiticum eſt crimen, de quo D. Iudas Apoſtolus, capite ſingulari ſuæ Epiſtolæ intelligit: *Sicut Sodoma*, inquiens, *& Gomorrha, & finitimæ ciuitates ſimili modo exfornicatæ, & abeũtes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum ignis æterni, pœnam ſuſtinentes. Similiter & hi carnem quidem maculant (de hæreticis ſermo eſt.) Carnem alteram vocat*, quam Deus author naturæ, non fecit aptam ad commixtionem, & prolem ſuſcipiendam.

Leui. 18. & 20. c.

Non dormies, ait Dominus in lege per Moyſem lata: Leuit. 18. & 20. *cum maſculo coitu muliebri. Maledictus enim eſt talis, & lapidibus obruite eos.*

Fragmẽta quædã veterũ Iuriſcon. Tit. 5. de ſtupratoribus.

In quibuſdam veteribus fragmẽtis Iuriſconſultorum, Tit. 5. De ſtupratoribus, ex collatione legis Moſaicæ cum ſapientum reſponſis, atque principum edictis propoſito præcedenti contextu paulò pòſt ſubditur. Imperatoris Theodoſij conſtitutio, quæ mentem legis Moyſis, ad plenum ſecuta cognoſcitur. Imp. Valẽtinianus, Theodoſius, & Arcadius Auguſti, ad Orientium vicarium vrbis Romæ, ita reſcripſerunt. Virorum lupanaria ſpectãre populo, flammis vndicibus, laudanda experientia tua expiabit, vt vniuerſi intelligãt ſacroſanctum cunctis eſſe debere hoſpitium virilis animi, nec ſine ſummo ſupplicio alienum expetiſſe ſexum, qui ſuum turpiter perdidiſſet. Vbi vides tales, vt flagitij poſcit immanitas eſſe flammis vſtulandos.

Leges Vviſigothorum li. 3. tit. 5.

In legibus Vviſigothorum lib. 3. titulo 5. §. 5. De maſculorum ſtupris, & §. 7. De Sodomitis, qua debeant vltionis ſententia percuti ſic dicitur: Non relinquẽdum eſt ſcelus inultum, quod deteſtandum ſemper, & execrabile morum prauitate cenſetur. Maſculorum ergo concubitores, vel ij, qui talia conſentientes pertulerint, iſta ſunt legis huius ſententia feriendi, vt vbi ſcilicet mox tale nefas admiſſum iudex euidenter inueſtigauerit; vtroſque cõtinuò

caſtrare

caſtrare procuret: & tradens eos Pontifici territorij ipſius, vbi id perpetrari contigerit, ſequeſtratim arduæ mandentur detruſioni, vel inuiti ſaltem luituri commiſſa, qui voluntariè perpetraſſe noſcuntur inlicita. Et §.7. Illud ſanè facinus deteſtandæ libidinis abrogare contédimus, quùm maſculi maſculos inlicita ſtupri actione immundis ſordibus maculare non metuunt, tantique ſe flagitij coinquinationibus polluunt, quanto ea & diuinis aduerſa cultibus, & contraria caſtitati conſpicimus. Ideò huius legis edictò decernimus, vt quicunque deinceps de præſcripto fuerit ſcelere quibuſcunque indiciis manifeſtè detectus, mox iubente principe, vel quolibet iudice inſiſtente non ſolum caſtrationem vitium, (melius mihi videtur legendum virilium, hoc eſt genitalium partium) caſtrationem perferat, ſed inſuper illam in ſe iacturam accipiat vltionis, quam pro iis cauſis, nuper in anno videlicet tertio regni noſtri, ſacerdotalis decreti promulgata ſententia euidenti deſcriptione deprompſit. Hactenus edictum. Puto autem iacturam illam vltionis intelligendam eſſe perpetui carceris ac detruſionis ſiue mancipationis pœnalem legem ac ſententiam, pontificia authoritate etiam contra huiuſmodi criminoſos (vt ſuprà dictum eſt) decernendam. Præterea, Scantinia vel Scatinia lex, turpiſſimum crimen hoc vindicabat, in quod inſurgere leges, armari iura gladio vltore, Conſtantius & Conſtans iubebant. Qua de lege apud Iuuenalem Satyra 2. cùm dormire legem Iuliam adulteræ quidam dixiſſet, facetè illa reſpondet: *Iuuenalis ſatyra 2.*

Tertius è cœlo cecidit Cato: Deinde,
Quod ſi vexantur leges, ac iura, citari
Ante omnes debet Scantinia.

Suetonius etiam ſcribit §.8. in vita Domitiani, Domitianum lege Scatinia, quoſdã ex Senatoribus atque ex equitibus damnaſſe. Sunt, qui arbitrentur ob Scantinium Capitolinum Tribunum plebis Scantiniam eſſe appellatam hanc legem. M. enim Claudius Marcellus ædilis curulis diem Scantinio dixit ad populum, quòd filium ſuum de ſtupro appellaſſet, qui cùm ſe ſua poteſtate excuſare vellet, cæteri Tribuni noluerunt ei auxilio eſſe. Itaque ſolo teſte pudentiſſimo adoleſcẽte producto, eo qui attentatus fuerat, damnatus eſt. Sic enim Valerius Maximus libr. 6. cap. 1. De pudicitia ſcripſit: M. Claudius Marcellus ædilis curulis, C. Scantinio Capitolino tribunus plebis diem ad *Suetoni⁹ in Domitiano §.8* *Valerius li.6.c.1.*

popu

populum dixit, quòd filium ſuum de ſtupro appellaſſet. Eóque aſſeuerante ſe cogi non poſſe vt adeſſet,quia ſacroſanctam poteſtatem haberet, & ob id tribunitium auxilium implorante: totum collegium tribunorum negauit ſe intercedere. Barbarè dicitur opponere ſe, ſeu impedire: quò minùs pudicitiæ quæſtio perageretur. Citatus itaque Scantinius reus,vno teſte, qui tentatus erat,damnatus eſt. Conſtat iuuenem productum in roſtra defixo in terram vultu perſeueranter tacuiſſe, verecundóque ſilentio plurimum in vltionem ſuam valuiſſe. Sic ille. Præterea, De publicis iudiciis.§. Item lex Iulia,Inſtitutionibus,ita ſcribit Imperator:Item lex Iulia de adulteriis coërcendis memoratur, quæ non ſolùm temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, ſed & eos, qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent. Item L. Cùm vir nubit in fœminam.C. ad legem Iuliã de adulteriis & ſtupro, ita Conſtantius & Conſtans AA. reſcripſerunt & cauerunt ſeu ſtatuerunt. Cùm vir nubit in fœminam viris porrecturam, quid cupiatur vbi ſexus perdidit locum? vbi venus mutatur in alteram formam? Iubemus inſurgere leges, armari iura gladio vltore,vt exquiſitis pœnis ſubdantur infames, qui ſunt vel qui futuri ſunt rei. Sic illi. Et in authenticis, vt non luxurientur homines contra naturam, &c. Collat. 6. Conſtit. 77. ſic Imperator Iuſtinianus, Quoniam quidam diabolica inſtigatione comprehenſi,inquit & grauiſſimis luxuriis ſemetipſos inſerunt,& ipſi naturæ contraria agunt,iſtis iniungimus in ſenſibus accipere Dei timorem, & futurum iudicium, & abſtinere ab huiuſmodi diabolicis & illicitis luxuriis, vt non propter huiuſmodi impios actus, ab ira Dei iuſta inueniantur, & ciuitates cum habitatoribus earum pereant.Docemur enim à diuinis ſcripturis, quia ex huiuſmodi impiis actibus, & ciuitates cum hominibus pariter perierunt:in fine cõſtitutionis dicitur, Præcipimus permanentes in prædictis illicitis & impiis actibus, poſt hanc admonitionem noſtram comprehendere, & vltimis ſubdere ſuppliciis: vt non ex contemptu talium, inueniatur, & ciuitas & reſpublica per hos impios actus lædi. Sic ibi. Sed ſanctorum Apoſtolorum conſtitutiones proferre vtile imprimis fuerit:Illi B.Clemente Romano auctore,ſic definiunt:lib.6.c.28.Contra naturam eſt Sodomorum peccatum. Nam tales quærunt mundum diſſolui, iis quæ ſecundum naturam ſunt, contra naturam abutentes.

Iuſtinianus li. 4. Inſtitutionum.

L. 31. cũ vir. C. ad legem Iuliã De adulteriis &c.

In Autenticis Collatione 6. Cõſtitutione 77. vt non lux. contra nat.

Conſtitutiones Apoſtolorum lib. 6.c.28.

abutentes. Hoc, lege prohibitum eſt, *dicente ſcriptura: Non dormies cum maſculo coitu muliebri.* (quòd ſuprà citatum eſt) Hæc ſancti Apoſtoli conſtituerunt. Patet quinque ciuitates igne conſumptas fuiſſe, iuſto Dei iudicio, ob hoc crimen, vt *Geneſ. 19.* exprimitur. Et iure Canonico, huiuſmodi ſceleratis & turpibus hominibus excommunicationis pœna irrogatur. Verùm enimuerò ne hoc de crimine plura congerentes, & exſcribentes, caſtas aures offendamus, vel occaſionem iniquitatis fortè præbeamus cuiquã præter expectationem noſtram, ne vitia docere, (cùm abominanda & execranda demonſtrare debeamus) videamur: De illis, propter horrorem ſceleris meliùs eſt tacere (quandoquidem peccata ob id muta, & innominabilia appellãt Theologi, tametſi clament in cœlum aduerſus reos vindictam) quàm longiorem tractatum texere. Antequam verò receptui canamus, operæ pretium duxi, hanc ex Remigio ad hunc contextum recenſere. Quæſtionem, & explicare, ex eiuſdem ſententia. Quæritur ergo quare in die iudicij iudicabuntur Aſſyrij, Chaldæi, Græci, cæteræque Gẽtes, propter mala, quæ intulêre Iudæis, quùm legamus in libris Propheticis à Domino eſſe ea miſſa ſuper illos? Reſponſio. Ideò damnabuntur, quia in illis puniendis (ſubaudi Iudæis) ſuperbia abuſi ſunt. Putantes ſuis viribus illa poſſe implere, & non Dei permiſſione. Suprà cap. 2. Aſcendet fœtor eius, quia ſuperbè egit. Poſſunt etiam hæc verba non ſolùm ad Gentes referri, quæ oppreſſère Iudæos, verumetiam ad hæreticos, & ad omnes Prælatos & Doctores ſuperbos, qui ſuo malo exemplo & verbo corrumpunt ſubditos, ac fideles. Prælatus enim quilibet puerũ in proſtibulo ponit, & puellam vendit pro vino: quando ſubiectos ſuos videt iacere in fornicatione, luxuria, & adulterio, cæteriſque vitiis implicatos, & non redarguit, neque corripit delinquentes, ob turpis lucri gratiam. Hactenus Remigius. Nũc finem dicendi facientes, Rogemus Deum Optimum Maximum, vt diſperſos congreget ad vnitatem ſuæ Eccleſiæ, ac congregatos conſeruet, & tandem ad vitam perducat æternam, quæ eſt ſors ſanctorum, atque vtinam hæc nobis IESV CHRISTI merito contingat. Fiat fiat.

Gen. 19.

Remigi⁹ hoc loco.

HOMI

HOMILIA XXI.

Verùm quid mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis terminus Palæſtinorum. Numquid vltionem vos reddetis mihi? Etſi vlciſcimini vos contrà me, citò velociter reddam viciſsitudinem vobis ſuper caput veſtrum. Argentum enim meum & aurum tuliſtis: & deſiderabilia mea & pulcherrima intuliſtis in delubra veſtra &c.

IOELIS CAP. III.

POſtquam egit Propheta de apertis hoſtibus populi Domini, à quibus in exilium ac captiuitatẽ deportatus fuerat, & acerba quæque perpeſſus, nunc ſermonem inſtituit de oculis inimicis, finitimis ſcilicet gentibus & vicinis, Tyriis, Sidoniis aliiſque Palæſtinis. Illud verò obſeruatione dignum eſt, ait Arias ad hæc verba, cùm bellum in gentem aliquam moueatur vſu ſæpè venire, vt quidam apertè hoſtili animo bellum inferant. Alij autem, qui non apertè oderint, obſcurè tamẽ noceãt. Quibus videlicet nulla manifeſtata odij cauſa ſit, odium autem & inuidia maxima in corde lateat: hi cùm, palam nocere nõ poſſint, cùm per occaſionem latere ſe poſſe ſperant, neque damnis parcunt, neque iniuria inferenda abſtinent. Cuiuſmodi animo & ſtudio filios Edom aduerſus Iudæos fuiſſe in Pſalmis patet, qui Babyloniis bellum Ieruſalem inferentibus dicebant: *Exinanite, vſque ad fundamentum in ea. Pſal. 136.* Huiuſmodi etiã occultas ſimultates Tyrus & Sidon duæ Palæſtinorum celeberrimæ quondam ciuitates, aduerſus Dei populum exercuerunt, quæ nulla iniuria à Iudæis laceſſitæ; imò contrà adiutæ ab iis frumento & alio commeatu, tamen illorum fortunis præ belli occaſione inſidiabantur, aurum, argentum & veſtem cæteráque diripiebant: pueros puelláſque furto aut excurſione abductas vendebant: Ita populus ille Iudaicus non minus à finitimo & occulto hoſte, quàm à lõginquo atque aperto

Arias ad hæc verba.

Pſal. 136

infeſtatus eſt, nec leuiori incommodo affectus. Idcirco eos Deus hîc in crimen vocat, quibus meritas etiam pœnas decernit. Hactenus ille. Tyri & Sidonis fit mẽtio, *Matt. 11. Si in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent, & cap. 15. Seceſſit Ieſus in partes Tyri & Sidonis.* Tyrus & Sydon &c. Horum nomine intelliguntur omnes finitimi Iudæorum, qui crudelitatem exercuerunt in Sanctos Dei. Quid mihi vobiſcum? Qui cùm ſitis vicini mei, debueratis, populo meo benefacere. At non ita feciſtis: ſed quum vidiſtis veniſſe aduerſum eos Reges populorum, illis vos adiunxiſtis, ad referendum ſpolia & prædam. Quid hoc eſt (inquit) quòd vos mihi malè facitis? An cogitatis vos vindicare de me, quòd vobis malè fecerim? Quando vobis malè feci? Quòd ſi dixeritis, vos ex vobis ipſis nunc mihi malum facere (qui enim Iſraëli malè facit, cogitatio eius eſt mihi malè facere, quia ſunt filij mei (ſi ita eſt quamprimum mercedẽ veſtram vobis rependam. Hæc ad verbum R. Dauid Kimhi, Mercero interprete. Et quoniam ſuprà per Gẽtes aduerſarios Eccleſiæ intelleximus, qui palam & ex profeſſo eam oppugnant, nunc per Tyrios alióſque Palęſtinos, eos intelligemus, qui etſi palàm aduerſus Eccleſiã non faciant, ſpecie tamen amicitiæ, ei plurimùm incommodant, & ab hoſtium partibus ſtant: atque vbi ſeſe offert occaſio, virus ſuum exerunt. Proditores fidei & Catholicorum, inſtar Iudæ oſculo Dominum prodentis, apertis hoſtibus vt plurimùm nocentiores. Vnde Pſalmographus, *Si inimicus meus, maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique: Tu verò notus meus, qui mecum dulces capiebas cibos &c. Qui edebat mecum, magnificauit ſuper me ſupplantationem, leuauit contra me calcaneum ſuum.* ait alibi: *Omnis terminus Palæſtinorum &c.* quaſi dicas totus tractus Palæſtinæ, Gallicè diceremus: *Le tour du païs, ou les marches.* Palęſtini verò, *ἀλλοφύλων* nomine, à 70. interpretibus deſignantur, hoc eſt, alienigenarum. Pſal. Ecce alienigenæ, & Tyrus & populus Æthiopum &c. Numquid vos vltionem reddetis mihi? id eſt, Num populum meum affligentes, id facitis, vt iniuriam à me aut meis illatam vobis repẽdatis? An verò potius mihi priores iniuriam infertis, à me non laceſſiti? Vt vt ſit, quãprimum retributionem veſtram, id eſt, merita rependam in caput veſtrum.

Matt. 11. & 15. c.

R. Dauid Kimhi Mercero interprete.

Pſal. 54.

70. Interpretes.

Numquid vltionem (retributionem) vos reddetis mihi? R. Selomo Iarhi, Hæc eſt, ait, retributio, quam dedit Salomon *R. Selomo Iarhi*

Hiram regi Tyri, viginti verbis. Sic ille. *Vides quòd ad re-*
3. Reg. 9. *gem Tyriorum Hiram refert hanc retributionem, cui 3. Reg. 9. viginti oppida in terra Galilea Rex Salomō dederat*. q. d. Hæccine eſt merces, quam mihi pro tot beneficiis rependitis quòd ita populum meum tractatis. Idipſum ſanè Germanis & Anglis. Finitimis & vicinis noſtris obiicere liceat. Quid illis mali Gallia noſtra intulit? Nōne pro Germanorum libertate, Chriſtianiſſimi noſtri reges pugnarūt? Interea cùm illi viderent Bellorum ciuilium incēdio Galliam totam flagrare, ſeditioſorum Hugnoſticorū partes aduerſus Chriſtianiſſimum noſtrum Regem non ſemel amplexi ſunt, terras noſtras pluſquàm Turcicè depopulati, non ſecus ac ſi fuiſſemus iurati hoſtes. Angli verò pecuniarum ſubſidio, turbulentorum hæreticorum exercitum fouerūt, & militibus ſtipendia dederunt. Deus iuſtus iudex tādem aliquando reddet illis. Exurge Domine & iudica cauſam tuam, vindica ſanguinem ſanctorum tuorū, qui effuſus eſt. Maritimæ erant ciuitates Tyrus & Sidon, portubus & emporiis ditiſſimæ. Eiuſdem propè conditionis eſt Britannia maior, ſiue Anglia. Sicut autē Tyrij Iſraëlitas valdè afflixerunt vt hic commemoratur: ſic & Britanni Caluiniſtæ, Catholicos & Gallos, & Belgij incolas, (Flandros vulgò vocamus) non leuiter perſequuti ſunt: nunc quidē leonis ingenio apertè ſæuiētes, armata manu, bellum gerētes in Hollādia & Belgio, aduerſus Catholicū regem Philippū: nunc verò draconis more, occultè & clàm aduerſus Chriſtianiſſimum noſtrum regnum ac Regem inſidiantes, ſtipendia perduellib⁹ Hugnoſticis, ob belli ciuilis impēſas & ſumptus, perſoluentes. Sed his de rebus hiſtoricorū erit fidelem texere, ad poſteritatis memoriā, narrationem. Vltionis nomen (ait Arias hoc loco) quę eadem retributio in ſacris eſt,
Arias hoc loco. non ſolum ad eum pertinet, qui laceſſitus iniuria, paria paribus referre conatur, ſed ad eum etiam, qui vel primus vl-
Pſal. 136. trò laceſſiuerit, vel etiā prouocauerit beneficio. *Vt in Pſal. 136. Filia Babylonis miſera: Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis.* Accuſantur ergo Tyrij &c. quòd nullis laceſſiti malis, tamē vltrò malum Dei populo, hoc eſt Deo ipſi inferre parauerint, atque intulerint. Populi enim cauſam, ſuam ducit Deus, & actorē ipſe hoc in loco repræſentat, proinde ac ſi ipſe fuerit iniuria affectus. Tales ergo accuſat, quòd nūquam prouocati nocuerint, & tamen hoſtiliter ſe erga Dei populū geſſerint, & ita ſæuierint,

rint, ac ſi ſuas perſequerẽtur iniurias. Quòd ſi non prouocatos ſe dicant, ſed prouocare vltrò voluiſſe, expectandam illis eſſe ſuam vicem Deo cùm auctore, tùm vltore denunciat, quos ille eadem, quã moliti ſunt, ruina obruet. Interrogatione autem vtitur, quòd ea loquẽdi figura aptiſſima iis ſit, qui iuſtiſſimam cauſam tuentur, cuius probationem ex aduerſarij reſponſione parant. Quicquid enim aduerſarius reſpõderit, à ſe ſtare, ſuúmque ius firmare arbitrantur: atque vtrum reſpõderit aduerſarius: incluſus teneatur neceſſe eſt. Hoc modo Deus inquit: Vos etiam in crimen voco, ego vos iniuriarũ accuſo. Non feretis impune. Citò velociter reddã vobis, Citò, ad inſperatũ pertinet caſũ ꝙ nec opinantes opprimat. Velociter verò, ad agendi celeritatem, quæ conſilij capiendi locum omnẽ, atque omnẽ ſalutis ſpem, viam, & cogitationẽ præoccupet & claudet. Sic Arias. Reddam viciſſitudinem vobis &c. Sic Deꝰ agit cum Tyrãnis, vt Qua mẽſura menſi fuerint, iuxta Euãgelicum dictum eadem remetiatur illis. *Reddã, inquit Dominus, ſuper caput veſtrum retributionem. Iſai. 33. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? &c. Abdias vnico ſiue ſingulari capite, Sicut feciſti fiet tibi retributionem tuam reddet in caput tuum, & Iudicum c. 1.* de Adonibezech ſcribitur, quòd dixerit: *Sicut feci, ita reddidit mihi Dominus. Ezech. 9. Viam eorum ſuper caput eorum reddam.* Vnde etiam Poëta Ouidius, lib. 1. De arte amandi cecinit.

Iſai. 33. *Abdias.* *Iudicum 1. c. Ezech. 9. c.* *Ouidius lib. 1. de arte amandi.*

Neque enim lex iuſtior vlla eſt
Quàm necis artifices, arte perire ſua:

Et vates Regius, *Fodit foueam, & incidit in eam,* Scribit in eam rem Pauſanias in Corinthiacis, li. 2. circa principium. Quod Sinis latro curuatis ad terrã diuerſarum picearum ramis, ad eos, quos pugnando viciſſet, arctis vtrinque vinculis alligabat, vt cùm in ſuam naturam arbores rediſſent, miſerabilem illi in modum diſtraherentur. Quo ipſe poſtea ſupplicij genere, à Theſeo affectꝰ eſt, qui totam illam regionem & viam à latrociniis perpurgauit. Sic ille. Quid de Perillo, qui Phalaridi tyrãno bouem æneum obtulit, vt illic incluſi miſeri homines, non tam torquerentur, quàm viui torrerentur, qui primus ſuũ imbuit, opus vt etiã Ouidius vbi ſuprà cecinit: (*G. il l'a eſtrené*) neceſſe eſt dicere. Pomponius Mela lib. 2. & Diodorus Siculus lib. 4. c. 2. referunt, quòd Diomedes, qui immanibus equis mandendos obiectabat aduenas, & iiſdem ab Hercule obiicitur, ex

Pauſanias ĩ Corinthiacis lib. 2.

Pomponius Mela, lib. 2. *Diodorus Siculꝰ li. 4. cap. 2.*

Boëtius, de conſolatioe li. 2. Proſ. 6. Poëticis narrationibus. Simile quiddam, Boëtius De conſolatione Philoſophiæ lib. 2. Proſa 6. narrat his verbis. Buſiridem accepimus necare hoſpites ſolitum, ab Hercule hoſpite fuiſſe mactatum. Innumeras reperias hiſtorias ſimiles, tam in ſacris & Eccleſiaſticis, quàm profanis ſcriptoribus: quibus pluribus commemorandis ludens ſuperſedeo, vt ad ſequentia deueniam.

Argentum meum & aurum tuliſtis, &c. Non ſuffecit eis, populum captiuum in ſeruitutem abducere, ſed & Dei templum flammis deuouerunt, omnibúſque pretioſis rebus, (quibus ditatum & exornatum erat) ſpoliauerunt. Hic *Polybius lib. 5. hiſtoriæ.* proferre libet Polybij hiſtoriographi Græci, lib. 5. circa principium, ſententiam grauiſſimam. Et enim ſæuire quidem in hoſtes, & eorum caſtella, hortos, ciuitates, villas, naues, fructus deuaſtare, aliáque his ſimilia facere, per quę hoſtium vires debilitentur, iura belli permittunt: ea verò deſtruere, quæ nec propriis rebus emolumenti aliquid afferunt, nec hoſtibus detrimenti, vt ſunt templa, porticus, ſtatuæ, aliáque huiuſmodi, rabioſi hominis eſt, ac planè furentis. Hæc ille Nicolao Perotto interprete. Rabioſos ergo canes referre ſacrilegos, templorúmque deuaſtatores meritò dixerim, qui poſt lapides proiectos etiam accurrunt, & dentibus eos mordent pro viribus. Dicit ergo, argentum & aurum meum tuliſtis, &c. In quem locum D. Hieronymus, vaſa templi, inquit, & quicquid in eo pretioſum fuit, candelabrum aureum, menſam propoſitionis auream, duos Cherubin aureos, & propitiatorium ac Thuribula aurea, tuliſtis, & conſecraſtis Idolis veſtris. Hæc nar*4. Reg. 25 & Daniël. 2. c.* rat hiſtoria Chaldæos magis feciſſe, 4. Reg. 25. & Daniël. 2. *Qui vaſa templi Domini poſuerunt in templo Bel. Vnde poſtea Balthaſar potat in phialis, & ſtatim regnum eius in Medos & Perſas transfertur.* Sed quia poſt diem Domini magnum & horribilem hæc futura dicuntur, quæ Apoſtoli in reſurrectione Domini interpretantur, & Hebræi in futurum iudicij tempus differunt, magis de Romanis eſt intelligen*Liber Italicus, Antiquitatū Rom. del Lucio Fauno, lib. 2. c. 17.* dum, quòd Veſpaſianus & Titus Romæ templo Pacis ædificato, vaſa templi, & vniuerſa donaria in delubro illius conſecrarunt, quæ Græca & Romana narrat hiſtoria. Hæc Hieronymus. Extat liber antiquitatum Romanarum Italicè conſcriptus à Lucio Fauno, & hoc titulo impreſſus. Vbi ſic legitur lib. 2. c. 17. *Il tiempo della Pace diceno, che fuſſe il più grande, e el piu bello, el piu ricco, che fuſſe in Roma, Perche*

qui furono ripoſti tutti irrichi vaſi, & gli altri tanti ornamenti: del tiempo di Hieruſalem, che recò Tito nel ſuo triofo in Roma, j ſimulacri delle quali coſe ſi veggono inſino ad hoggi nel arco di Tito ſcolpite in marmo, tra le quali richezze dicono che vi fuſſero tutti irrichie precioſi adobbamenti di caſa di Salomone che erano duno ineſtimabile valore, & ornati tutti di gioiè. Sic Latinè verto. Illud eſt Pacis templum, quandoquidem multorum opiniõe, & magnitudine & pulchritudine, atque diuitiis omnia alia Romæ exiſtẽtia, facilè ſuperabat. Quandoquidem in eo, vniuerſa vaſa & ornamenta pretioſa templi Hieroſolymitani, quæ Titus ad ſuum triumphũ Romę detulerat, atque ſeruari iuſſerat, repoſita fuerunt: quarum rerum effigies in hunc vſque diem videntur exſculptæ in arcu Titi marmoreo. Inter has verò, aiunt, fuiſſe omnia pretioſa & elegantia ornamenta domus Salomonis, inęſtimabilis, ſanè, pretij ac valoris, lapidibus pretioſis, margaritis, gẽmiſque affabrè exculta & elaborata, necnõ locupletata, & ca.19. eiuſdem lib.2. idem ſcriptor Italicè retulit de arcu triumphali Titi ad hunc modum, *Si Vede nell' Arco d'a vna parte ſcolpito il carro del triumphãte, ou è larca fœderis, del l'altra faccia ſi veggono le ſpoglie e la pompa del trionfo, come è il Candeliero d'oro con vij. rami, ſu li quali s'accendeuano vij. lumi, che ſignificauano (come alcon' vole) j ſette pianeti, come ſono le due tauolette di marmo, dove era ſeritta la legge di Moſe j vaſi del tempio, e la menſa di oro, con altre ſimili coſe ricche, le quali tutte, come s'è detto di ſopre furono ripoſte nel tempio della Pace, che Veſpaſiano edificò, &c.* Quæ ſic Latinè ſonant. Videtur inſuper vna ex parte in arcu Titi, inſculptus triumphantis currus, cum arca fœderis ſiue Teſtamenti, alia verò ex parte videntur & cõſpiciuntur ſpolia, & põpa triumphi, Verbi gratia, candelabrũ aureum cum 7. ramis, in quibus erant 7. luminaria, accẽdi ſolita, ſeptẽ planetas (vt quidã volunt) adumbrantia, & deſignantia. Duæ item tabellæ marmoreæ, in quibus deſcripta erat lex Moſis, & vaſa ſeu vtenſilia templi, menſa præterea aurea: cum ſimilibus pretioſis ornamentis. Quę omnia (vt ſuprà dictum eſt) in templo Pacis, à Veſpaſiano ædificato, recondita repoſitaque fuére. De hoc apud Herodianũ, li.1. de Imp. Cõmodo. Tũc, ait, totum de improuiſo Pacis templũ conſumptũ incẽdio eſt, quod vnum ſcilicet opus, cunctorum tota vrbe maximum fuit, atque pulcherrimum. Idem templorum omnium opulentiſſimum, egregiéque munitum, multoque

Lucius Faunus li.2.c.19. delle Antichita di Roma.

Herodianus.lib.1. de Imp. Commodo.

Rupertus hic.

ornatum auro & argento. Rupertus oſtendit De Palæſtinis etiam intelligendum quod dicitur de ſpoliis: hoc loco, rerum precioſiſſimarum. Nam Palæſtini, ſiue Phili-

1. Regu. 4.5. ſthiim, 1. Regu. 4. 5. *tulerunt arcam Dei, quam repoſuerunt in templo Dagon, in ea erat vrna aurea habens manna, Heb.*

Hebr. 9. *9. & duo Cherubim obumbrantia propitiatorium.* Argentum & aurum erant, quæ & deſiderabilia dici poterãt, hæc Palæſtini in delubra ſua tulerunt, quando in templum Dagon arcam intulerunt. Hæc ille. Maximæ contumeliç eſt,

Arias hoc loco. inquit Arias explicans hunc textum, ſi quis detracta ex alienæ religionis populis atque vrbibus ornamenta ad ſua tẽpla transferat, & in perpetuã ſpoliatorũ notã, & gloriæ ſuæ monumentũ ſtatuenda curet. Sic Tyrij & Sidonij, aurum & argentũ, vaſa etiam magnificè & pretioſè cælata, cęteráque ornamenta (quæ in ſacris deſiderabilia nominãtur) ex Hieruſalem, per ſummã iniuriã detracta, in ſuis phanis ſtatuebant, quæ diuinæ virtuti & gloriæ eius religionis vnde hæc ablata fuerant, perpetuæ ignominiæ notam apponerent. Quamobrem ſuum eſſe aſſerit Deus, ſuámque cauſam hoc in iudicio agi, idcirco argentũ dicit meum. Neq; enim populus meus alio nomine vobis odio erat, quàm quòd meam religionem à veſtra ſuperſtitione alienam coleret. Non quòd vicinus, non quòd finitimus. Nam & finitimi etiam vobis Græci ſunt. Non quòd multus. Etenim multò frequentioribus, & maximis vrbibus & oppidis abundantes: tamen nihil huiuſmodi perpeſſi à vobis ſunt. Imò Iſraëlitas vendidiſtis filiis Græcorum, vt ſequens indicat contextus. Sic ille. Sic ſolent & Turcæ, deuictis Chriſtianis, (permittente Deo propter eorum grauiſſima ſcelera (elegantiora & pretioſiora quæque è ſacris ædibus cõpilata, in ſuas Meſquitas (Moſqueas vulgo dictitant) in delubra ſua, ad ea ſcilicet exornanda, inferre, vt, campanas (quamuis apud eos nullus earum ſit vſus) vertunt tamen in lampades, ad accendendum lumẽ in phanis ſuis prophanis, quẽadmodum in direptione vrbis D. Iacobi Compoſtellani, in Gallicia, olim cõtigiſſe, in ſua Pontificali hiſtoria Hiſpanicè deſcripta narrat Gundiſaluus de Illeſcas, Abbas, lib. 4. his verbis: Anno 982. vel

Hiſtoria pontifical. Hiſp. circa: *Almãzor Rey de Cordoua llegò a Santiago de Galizia para ſaquear a quella cuidad, y lo miſmo hiziera de la Igleſia del ſagrado Apoſtol, ſi Dios non ſelo eſtornara milagroſamẽte con vn rayo que cayo del cielo, cõque Almãzor ſe atemorizo, de ma-*

de manera que no oſo llegar a ella. Pero toda via, para memoria deſus victorias lleuò à Cordoua ciertas cãpanas delas menores, de ſanctiago, y las puſo por lamparas en ſu Mezquita. En caſtigo de loqual, nueſtro Sénor embio ſobre ſu exercito, vna terrible enfermedad de camaras, de laqual, y de muertes ſubitas murierõ caſi todo los Moros. Sic ibi. Latinè ita interpretor (in corũ gratiã, qui Hiſpanicè non norũt.) Almanzor Cordubæ rex in Galliciã appulit, & ad Cõpoſtellã perueniens, ciuitatem quidẽ depopulatus eſt: cumq; ſtatuiſſet, etiã ędẽ D. Iacobo Apoſtolo ſacrã, conſimiliter demoliri & cõpilare, ab incœpto deſtitit fulguris & fulminis è cęlo decidentis ictu, prępeditus ac retractus, inſigni quodam miraculo. Vnde tantus timor Barbarũ inuaſit, vt ad tẽplum non auſus ſit accedere, vt depopularetur & euerteret illud: Nihilominus tamen in ſuarum memoriam victoriarum, in Cordubam tranſtulit aliquot Cãpanas minores illius templi Iacobęi, quas velut trophæum quoddam, & brauiũ in ſua locauit, & repoſuit Meſquita, ſeu delubro in vſum lampadarum ad accendendum lumen eo in loco. In huius ſacrilegij vltionem, immiſit Dominus noſter, in eius exercitum horrificã infirmitatẽ, diſenteriæ ſcilicet, & ſanguinis fluxus per inferiores partes. Quo ex morbo, & mortibus repentinis, omnes ferè Mauri abſumpti ſunt, & miſerè perierunt. Hactenus memorabilis & terrifica hiſtoria, contra graſſatores, ſacrilegos, & templorum expilatores. *Si quis enim templum Dei violauerit,* ait Apoſtolus, 1. Cor. 3. *diſperdet illum Dominus.* Hîc de templorum violatoribus locus ſeſe offert, vt fuſiùs dicamus. Et quidẽ impræſentiarum mitto Balthazaris in Daniele, ob id ſacrilegij crimen, vltionem. Heliodori & Antiochi in Machabæis. Iuliani auunculi Apoſtatę Imperatoris, ex tripartita hiſt. li. 6. c. 10. Iuſtas quas dedit eo nomine pœnas. Cũ enim in theſauros Imperatoris pretioſa vaſa Eccleſiæ Antiochenæ recõdidiſſet, & intuliſſet, clauſiſſetq; Eccleſias, clericos fugaſſet, atq; contumeliis Chriſtũ affeciſſet: Verenda eius ad tantã putredinẽ peruenerũt, vt vermes procrearẽtur, medicis laborãtibus, nec valẽtibus, vincere affectionẽ. Sicq; conſumptus à vermibus miſerã exhalauit animã. Quid de Craſſo dicã? Ille audita Hieroſolymitani templi opulentia eò diuertit, tẽplũ peruadit, & opes diripit. Scribit autẽ Freculphus Lexoniẽſis, li. 7. c. 7. tom. 1. quòd eius capite reſecto, aurũ gutturi infuſum eſt, cum hac exprobratione: auro te ſatia, qui

1. Cor. 3. cap.

Tripartita li. 6. c. 10.

Freculphus to. 1. li. 7. c. 7

aurum ſitiſti. Collega fuit Pōpeij in Conſulatu, vir inexplebilis cupiditatis. A. Gel. li. 3. c. 9. in noctibus Atticis, citat Prouerbiū de Auro Toloſano. Quū, inquit, illud oppidum Q. Cepio Conſul diripuiſſet, multumq; auri in eius oppidi tēplis fuiſſet, quiſquis ex ea direptione aurū attigit, miſero cruciabiliq; exitu periit. Nō hic referā comitis Matiſconēſis horrendū iudiciū. Iam enim in Decadibus noſtris ſacris cōcione De ſecūda eiectione vendentiū in templo, ea de re dixiſſe me, recolo. Neq; aliquis exiſtimet Eccleſię theſauris ditari poſſe, infinita ferè exēpla Prouerbio locum dederunt Eccleſiæ bona paternis bonis immixta, cōſumere vtraq;, ac inſtar ignis deuorare. Quotuſquiſq; noſtratium Aulicorum, tot Epiſcopatus, Abbatias, Prioratus ac ditiſſimas præbendas, habentium, non ære alieno grauatus mortuus eſt? De rebus malè partis (quod ait vulgatum Prouerbium) non gaudebit tertius hæres. Quod Deo conſecratum eſt, Dei eſt. Hoc malis quæſitum artibus, & per ſacrilegium acquiſitum non proficit, Prouerb. 11. *Qui rapiunt nō ſua, in perpetua egeſtate ſunt. Leuit. 27. quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino.* Hinc illud elicitur ἀξίωμα: *Quæ ſemel Deo conſecrata ſunt, humanis vſibus applicari non debent.* & l. Sancimus nemini licere. C. De ſacroſanctis Eccleſiis. Veteres leges ea quæ iuris diuini ſunt, humanis nexibus non illigari ſanxerunt. Ideò ſacratiſſima vaſa, veſtes & cætera donaria, quę ad diuinam religionem neceſſaria ſunt, nemini licet ad venditionem, extrahere. Item l. Sancimus res C. eodem. Cur nō facimus diſcrimen inter res diuinas & humanas? Loquitur autē de rebus ad Eccleſias, vel monaſteria pertinentibus, & eas res diuinas vocat, & ab humanis vel ſecularibus diſcernit. Vocantur etiam in Authenticis Nouella conſtitutione 7. De non alienandis rebus Eccleſiæ, Res ſacræ: Qui argentum vel aurum Eccleſiarum, rapit, nónne ea quæ Dei ſunt, & in vſum pauperum (ſi extrema foret neceſſitas) rapit? quia bona Eccleſiæ, bona ſunt pauperum, Dicunt Hugnoſtici ſacrilegi, reformandam eſſe Eccleſiam ad paupertatem Apoſtolorum & primitiuę Eccleſiæ. Similes in hoc certè, Iudæ traditori, dicenti, quare non veniit, aut venditum eſt vnguentum trecentis denariis, & datum eſt egenis? Non quia tangeretur affectu erga pauperes, ſed fur erat, ait ſacer Euangeliſta. Sic illi eo animo & conſilio, vt facultates Eccleſię, calices, & reliquias venentur, hęc dicunt. Clamitant,

A. Gellius li. 3. c. 9. noct. Atticar.

Prou. 11. cap.

Leui. 27.

L. Sancimus nemini licere. C. de ſacroſan. Eccleſ.

L. Sancimus res. C. eod.

In Authenticis Nouella Conſtit. 7. De nō alienād. reb. Eccleſ.

tant,

tant,nihil debere Eccleſiam poſſidere, vt nimirum ad eos bona Eccleſiæ deuoluantur, & habeant ipſi, quæ poſſidet Eccleſia, in pauperum, (ſi emergat neceſſitatis extremæ articulus) neceſſitates ſubleuandas. Subiicienda nunc ſunt aliquot exempla,præter ea quæ ſuprà citauimus: vt oſtendamus non manere impunitos, qui templũ Dei violauerint,ſpoliauerint, ac diripuerint. 4. *Reg.* 12. *Tulit Ioas rex Iuda omnia ſanctificata,quæ conſecrauerant Ioſaphat, & Ioram, & Ochoſias, patres eius reges Iuda, & quæ ipſe obtulerat: & vniuerſum aurum & argẽtum,quod inueniri potuit in theſauris Templi Domini,& in palatio regis,miſitque Hazaeli regi Syriæ,qui venerat contra Hieruſalẽ, & receſſit Hazael ab Hieruſalẽ.Surrexerunt autẽ ſerui eius,& coniurauerunt inter ſe,ac percuſſerunt Ioas in domo Mello,& mortuus eſt.Sic ibi.* 4. Regu. 12.
Ioas,vt ſe redimeret & vexationẽ ſuam, tulit ſanctificata (quod non licebat facere) theſauros templi temerè ſurripuit,in cuius ſceleris pœnam,iuſtè vindicante Deo, à ſeruis,in domo propria occiſus eſt.Rex Babylonis Nabuchodonoſor (vt ſacer vates Daniel teſtatur) cùm expugnaſſet Hieruſalem, abſtulit partem vaſorum Dei, & aſportauit ea in domũ Dei ſui,id eſt,Idôli, qui poſtea ex hominibus abiectus eſt,& fœnum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum eſt,donec capilli eius in ſimilitudinem aquilarum excreſcerent, & vngues eius, quaſi auium,qui poſtea ſibi regnóque ſuo reſtitutus,agnouit potentiam & iuſtitiam Dei,qui gradientes in ſuperbia poſſit humiliare. *Et 2. Machab.4.de Lyſimacho quodam ſcribitur: Multis ſacrilegiis in templo à Lyſimacho commiſſis, Menelai fratris ſui,qui amotus fuerat à ſacerdotio,conſilio, & diuulgata fama,congregata eſt multitudo aduerſus Lyſimachũ,multo iam auro exportato,& turbis exurgentibus,quidã cinerẽ in Lyſimachũ iecere:ipſúmq; ſacrilegũ ſecus ærariũ interfecerunt.Item 2. Machab.c.8.de Callyſthene dicitur,quòd cùm Epinicia Machabæi agerent in Hieroſolymis.id eſt,carmina pro victoria obtẽta, & hymnos,ſiue gratiarũ actiones canerẽt) eũ,qui ſacras ianuas incenderat,hoc eſt,Calliſthenẽ, cùm in quoddã domiciliũ refugiſſet,incenderũt,digna ei mercede pro impietatibus ſuis reddita.* 2. Mach. 4. 2. Mach. 8.
Refert Nicephorus libr. 18. capit. 28. hiſt. Eccle. quomodo Chaganus Hunus tẽplũ Alexandri martyris incendit,eiúſque venerandas reliquias homo deteſtãdus ex loculis ſuis eiectas,multa nefãda in eis patrãs, maxima cõtumelia affecit.Quapropter ſeptẽ vno die liberos amiſit,dignas eiuſ *Nicephorus libr. 18. c. 28.*

cemodi cõtumeliǫ pœnas perſoluens. Sic ille. Ea de re tractans etiã Paulus diaconus, vel quicunque ſit ille, qui libros aliquot rerũ Romanarum illi adiunctos ſcripſerit, li. 17. memorat id anno 18. Imperij Mauricij contigiſſe, cùm Paſchalis feſtiuitas peracta eſſet, Chaianus cum Barbaro exercitu ſuo Diriziperam venientes ciuitatem depopulati ſunt, & ſancti Alexandri Eccleſiam incenderunt, ſepulchrúmque illius argento tecto coopertum ſpoliant. Sed & iniuriis quoque martyris corpus afficiunt, multámque in Thrace prædam capientes, epulabantur ſplendidè contra Romanos elati. Deus autem vindictam martyris faciens Alexandri, peſtilentiam langoris Barbaris intulit, & in vno die, ſeptem filios Chaiani per febrem & inguinariam peſtilentiã occidit, vnà cum aliis turpibus multis, ita vt poſt triũphale gaudium cũ carminibus & cãticis, lamẽtationes & lachrymǫ & luctus ſine cõſolatione poſſideret Barbaros. Sic ibi. Zonaras annaliũ to. 3. de Imperio Leonis Copronymi agens ſub finem ſic ait: Leo principio quidẽ religionem & obſeruantiã erga Monachos ſimulabat, ſed tandẽ exuta vulpina pelle, latitantẽ ſub ea Leonẽ in apertũ protulit: Adamata verò corona, quã Mauricius in magna Eccleſia Deo conſecrarat, eaq; capiti ſuo accommodata, ſtatim vehementi febre eſt correptus, quæ vitæ finem ei attulit. Obiit anno Imperij quinto. Subſcribit in ſuis Annalibus Glycas parte 4. de codẽ Leone. Poſt Copronimũ, inquit, eius filius Leo imperauit, religioſus ac pius quidẽ ille ab initio, verũ vbi coronam Eccleſiæ donatã geſtaſſet, carbunculi morbo vexatus, ardenti febre tandẽ extinguitur. Vides eum, qui rem Deo ſacram vſurpauit, iuſta numinis vindicta, peſte interiiſſe. Sed nõ negligendũ exiſtimo, quòd dicit vates, compilatum aurum Dei, in delubra illatum fuiſſe à raptoribus, vt nimirum idoli nuncuparetur, quod in Dei viui gloriam fuerat & conſecratum. Iſti interim religioſiores videntur fuiſſe Hugnoſticis. Quãdoquidẽ, optima quæq; & pretioſiſſima tẽpli Ieroſolymitani donaria, ſublata & ab eis compilata, non ad vſus profanos accõmodarũt, ſed delubra falſæ & ſuperſtitioſæ religioni dicata, vel potius execrata, ditarunt ac locupletarũt. Hugnoſtici verò, meritò Proculiani dicendi: ſacra ornamenta Eccleſiaſtica, in ſuos profanos vſus redegerunt, & ſacrarũ reliquiarũ thecas aureas & argenteas, necnõ cruces, calices & imagines ex argẽto auróve cõfectas, cõfregerũt, & in

Zonaras Annal. tom. 3.

Glycæ Annales par. 4.

& in nummos aureos & argenteos, vtenſilia, vaſáque cõmunia ad prophanos vſus conuerterunt. Proh, indignum facinus! Proculianos iure dixerim huiuſmodi ſacrilegos, ſiquidem referente B. Victore Vticenſe epiſcopo de Vandalica perſecutione in Africa li. I. Geiſericus aduerſus Dei Eccleſiam accenſus, miſit Proculum quendam in prouinciam Zeugitanam, qui rapaci manu cũcta depopularetur, & templa ſpoliaret. Ille de pallis altaris (prò nefas) camiſias ſibi & femoralia faciebat. Qui tamen Proculus huius rei executor, fruſtratim ſibi comedens linguam, in breui turpiſſima conſumptus eſt morte: Hactenus ille. Quod & in noſtras Sacras decades relatum inuenias. Omnium profectò ſacrilegiorum funeſtus eſt exitus, nec inultum abire patitur Deus, ſacrarum rerum contemptum, vt hoc loco expreſſè dicitur: Citò, velociter, reddam viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrum, argentum enim meum tuliſtis, &c. Faxit Deus, Optimus Maximus, vt quæ illi conſecrata ſunt, in honore ac reuerentia habeamus: Animas verò noſtras imò potius ſuas, illi iam per baptiſmum conſecratas, ac pretioſo filij ſui ſanguine ſanctificatas, ſic in ſancto ſuo ſeruitio dignetur ipſe conſeruare. *Vt in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris ſeruiamus illi:* (Luc. I.) *atque expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, Sobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo,* (Tit. 2.) Vt ad præmium æternum peruenire valeamus. Amen.

Victor Vicenſ. li. I. De perſecut. Vãdalica.

Luc. I.

Tit. 2.

HOMILIA XXII.

Et filios Iuda & filios Ieruſalem vendidiſtis filiis Græcorum, vt longè faceretis eos de finibus ſuis. Ecce ego ſuſcitabo eos de loco, in quo vendidiſtis eos: & conuertam retributionem veſtram in caput veſtrum. Et vendam filios veſtros & filias veſtras, in manibus filiorum Iuda, & venundabunt eos Sabæis, genti longinquæ, quia Dominus locutus eſt.

IOELIS C. III.

DVo ſunt capita accuſationis Tyriorum & cæterorum eiuſdem factionis, Vnum eſt, quòd res ſacras compilarint, & rapuerint. Alterum, quòd filios Iudæorum Græcis diſtraxerint ac vēdiderint, vt in terras diſpergerentur longinquas. Hoc de capite nunc agitur: Vendidiſtis, ait, eos filiis Græcorum quaſi dicat vt exponit R. Dauid Kimhi apud Mercerum. Interea dum eſſent in terra ſua Iſraëlitæ, ſuffurati eſtis paruulos, & vendebatis eos, filiis Ionum, qui ſunt remoti à terra Iſraël, ne vltra in terram ſuam redirēt. Aut hoc dicitur in exilio eorum, quòd venerunt cum hoſtibus eorum: & accipiebant pueros, ac eos Græcis vendebant. Sic ille. Vt autem ad hoſtes Eccleſiæ pertinet hæc prophetia, id ſatis liquet ab eis factitatum. Non enim rarum fuit è finibus & Synagogis ſanctos eiicere, prædicēte *ſuis Chriſto redemptore, abſque ſynagogis facient vos, Ioan.16.* Venditio ſi quidē hoc loco generalem proſcriptionem ſignificat, & iuxta hiſtoriam, quia Iudæi Apoſtolos vendiderunt & proſcripſerunt, iuſto Dei iudicio ſunt venditi. Vt in hiſtoria de excidio Hieroſolymitano, clarum eſt. Filios Græcorum poſuit pro ipſis Græcis. Ideò autem illis vendebant Iudæos, vt omnis reditus ſpes præciſa foret. Et in varias inſulas procul à continente remotas, relegatos Chriſtianos in Eccleſiaſticis legimus hiſtoriis. Hi enim ſunt veri filij Iuda & Ieruſalem. Vendentes Tyrij & Sidonij filios Iuda, filiis Græcorum, fuerunt Iudæi, (ait Rupertus ſuper Ioëlem 3.cap.) qui perſequentes Apoſtolos & fideles fecerunt eos tranſire ad Gentes. Item, ad literam. Ad hunc locum Remigius, filios Iuda vendidiſtis filiis Græcorum, &c. hoc, inquit, tàm Tyrij & Sidonij fecerunt, qui negotiatores erant, quàm Chaldæi. Sic ibi. Vt longè faceretis eos à finibus ſuis, nempè vt diſperſi in longinquas regiones, ad proprias ſedes non amplius ſperarent ſe reuerſuros. Pollicetur tamen Dominus illos ſe in libertatem aſſerturum, hoſtibúſque vicem redditurum. Nunquam putaſſent, qui eos tranſmarinis populis vendiderant, abductos in tam remotas diſſitáſque orbis partes, rurſus in vnum colligi poſſe, & Remp. tàm miſerè diſſipatam ac laceram, iterùm reſarciri, & ſubſiſtere valere. Deus tamen per vatem hunc populum ſe ſuſcitaturum

R. Dauid Kimhi apud Mercerū in Ioëlē. cap. 3.

Ioan. 16.

Rupertus ſuper Ioëlem 3.

Remigius hoc loco.

taturum è locis,in quæ venditus fuerat,& in integrum reſtituturum pollicetur. Ita planè Tyranni, qui Chriſtianos, in exilia relegabant, exiſtimabant huius nominis Chriſtiani memoriam delere & funditùs abolere, ſed perſecutionibus eiuſmodi creuit ipſa Eccleſia, vt quò magis demeteretur, tantò maiora ſuſciperet incrementa. Id comprobat Apoſtolica hiſtoria. Etenim poſt protomartyris Stephani necem, facta eſt perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudeæ & Samariæ, præter Apoſtolos, & ſtatim prædicante *Philippo diacono Samaria recepit verbum Dei*, *Act.8.* Non *Act.8.c.* præteribo hic allegoriam, moribus noſtris reformandis valdè accommodam. Quid enim filij Iuda aliud, quàm Chriſtianos ſignificant? Non enim eorum Iudæorum,qui ſanguine, ſed qui Spiritu & veritate Iudæi, Deóque probati ſunt, res hîc agitur. Ex quo etiam conſequitur,vt Tyriorum & Paleſtinorum appellatione, non tam gentem certam, quàm Eccleſiæ aduerſarios clancularios, moribus & criminibus Tyrios referentes, eſſe intelligendos arbitremur. Eos nimirum, non qui aperto Marte Catholicos impugnant, ſed, qui cum eis amicitia, vicinia, & ſocietate, ſe ſe coniunctos eſſe palàm profitentur, diſſimulato tamen & occulto conſilio, ſuis tantùm commodis, cum maximo pij populi incommodo inſeruiunt. Quinimò ſubductis & ſuperbè ac inſolenter ablatis quibuſcumque rebus pretioſis à populo Dei, illis ad ſuam quiſque ſectam ornandam & amplificandam abutuntur. Aurum, argentum, & gemmas hoc loco doctrinam interpretamur, & veram ſapientiæ rationem, *de quibus*, Threnorum 4. *Quomodo obſcuratū eſt aurum, mutatus eſt color optimus? filij Syon* *Threnorum 4.c.* *inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea? &c.* Quicumque ergo diuinæ doctrinæ theſauros, de populi commodis ſubtraxerunt, & in ſuam rem conuerterunt, hi à Deo hoc in loco notantur. Quippe qui filios etiam Iuda, hoc eſt, ſimplices & imperitos ex populo Dei,dolo ſubductos, à veræ pietatis conſuetudine abalienant, & filiis Græcorum vendunt, id eſt, prætermiſſa ſolida, & ſpirituali doctrina, ad inanem philoſophiam & ſapientiam mundanam & ſecularem, atque eloquentiam inflatam transferunt: vt longè fiant à populo Dei: Hæc ſunt remotiſſima ſtudia, auocato animo à cœleſti contemplatione, & ad ſæculares literas, Theologia neglecta, dedito

dedito & intento. Hos pœnas daturos Deus prædicit. Per
Remigi⁹, hic. illos ergo, ait hic Remigius, qui argentum & aurum & vaſa deſiderabilia abſtulerunt de domo Domini, & poſuerunt in delubris ſuis, & qui filios Iuda vendiderunt Græcis, ſignificantur hæretici, qui de Eccleſia argentum auferunt, id eſt, eloquia diuinorum myſteriorum. (Nam teſte
Pſalm. *diuino Pſalte, Eloquia Domini: eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum, & à terra ſecretum ac ſeparatum, purgatum ſeptuplum*) & aurum, id eſt, ſenſum ſpiritualem, & ponunt in delubris ſuis, id eſt, ad ſuum errorem conuertunt, & vendunt filios Eccleſiæ Græcis, id eſt, Diabolo. Vt longè faciant eos, ſcilicet à conſortio electorum. Hucuſque Remigius. Hi ſunt qui adulterãt verbum Dei, vt Apoſtolus loquitur, quique ſeducunt corda ſimplicium, & Græcorum filiis, de quibus idem Apoſtolus, Græci ſapientiam quærunt. Filios Iuda, id eſt, contemplationi cœle-
Pſalm. ſtium ac pietati & religioni deditos (*nam facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, & Notus in Iudæa Deus: ac rurſus, ſalus, ait*
Ioan.4. *Chriſtus, ex Iudæis eſt, Ioan.4.*) Vendunt, in regionem longinquam, in *quam prodigus filius à patre diſcedens, profectus*
Luc.15. *eſt. Luc.15.* transferendos, *Longè etenim à peccatoribus ſalus.*
Pſal.118. *Pſalm.118.* Hæc eſt igitur hæreticorum pulchra & egregia deſcriptio ac elegans. Sicut autem Satanas transfigurat ſe in angelum lucis (ait D. Paulus) cùm ſit angelus tenebrarum, ſic & miniſtri, eius hæretici verſuti & callidi. Diabolus volens Chriſto perſuadere præcipitium, citauit ſcri-
Matt.4. pturam ex pſalmis; *Angelis ſuis Deus mandauit de te, &c.*
2. Pet.3. Hæretici conſimiliter, vt *B. Petrus ſcribit* 2. Petr.3. *Indocti & inſtabiles, deprauant ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem.* Sic aurum, quod è Dei templo ſuffurantur, in ſua delubra inferunt, ad ſuas ſectas & hæreſes exornandas ac confirmandas, ſacra contorquent eloquia. Atque vt hoc loco Di-
D. Hieronym⁹ hoc loco. uus ſcribit Hieronymus, Eloquia ſcripturarum, & ſententias, ſuis erroribus mancipant. Huiuſmodi ſunt omnes hęretici, qui ſuas ſectas apparant multis ac frequentibus textus Biblici allegationibus, vt incautos faciliùs decipiant: venientes ad eos in veſtimentis ouium, cùm tamẽ ſint lupi
Matt. 7. rapaces. *Matt.7.* Vendúntq; filios Iuda, ſicut Iudas Chriſtũ
Matt.26 *vendidit Iudæis ac Phariſæis*, Matt.26. *triginta denariis:* & fra-
Gen. 37. tres Ioſeph vendiderũt eum Iſmaëlitis vili pretio, *Gen.37.* qui duxerũt eum in Ægyptum: & Dalila mulier meretrix, & amaſia Sampſonis, pretio illecta, eum Philiſtæis vẽdidit. *Iud.16.*

Iud.16. Sic iſti vendunt quos ſuſtulerunt, filiis Græcorum, *Iudic.16.*
hoc eſt, mancipant eos ventri, & Epicureorū gregi. Quemadmodum prodigus miſſus eſt in villam, vt paſceret porcos. Hinc natum eſt verbum Pergręcari, & apud Latinos *Luc.15.*
habetur adagium quod in Moſtellaria ipſo ſtatim initio dixit Plautus, pergræcari, per eo quod eſt genialem agere *Plautus*
vitam, vt ipſa Plauti verba ſatis indicant. *Dies noctéſque bi-* *Poëta in*
bite, pergræcam.ni. *Moſtella*
Amicas emite, paſcite paraſitos, Obſonate pollucibiliter. (id eſt, *ria ini-*
ſplendidè & lautè.) Et M. Tullius in Verrem actione 2. li. 1. *tio.*
ante media. Fit ſermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur. Sic ibi. Græcorum gens malè audit paſſim *Cicero*
apud Poëtas Latinos, & apud Ciceronem, non ſolùm quaſi *lib.1. in*
voluptatibus addicta, & effœminata deliciis, verùm etiam *Verrem*
quaſi lubrica fide. Hinc Græca fides abiit in prouerbium, *actione*
pro dubia & vana, haud pro certa. Vnde apud Euripidem *2. ante*
tragicum, in Iphigenia in Tauris ſiue Taurica, paulò poſt *media.*
media, Iphigenia loquitur: *Euripi-*

Πιςὸν Ελλὰς οἶδεν οὐδὲν, id eſt, nihil fidi habet Græcia, ſiue, *des in*
Græcia nequaquàm nouit fidem, ita enim Eraſmus vertit. *Iphige.*
Chiliad. 1. cent. 8. Adagio. 27. Græca fides. Hoc ſanè nomi- *Taur.*
ne ea natio peſſimè audit olim. Sic ille. Item Hadrianus *Eraſmi*
Iunius adagiorum Centuria 7. adag. 85. Græca fides, pro *adagia.*
dubia & vana accipitur quod oſtendit clariſſimè Polybius *Pelibius*
hiſtoriæ lib. 6. his verbis. Παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ἐὰν τάλαντον *hiſto. li. 6*
μόνον πιςευθῶσιν ἀντιγραφεῖς ἔχοντες δέκα καὶ σφραγῖδας τοσαύ- *Adagia*
τας, καὶ μάρτυρας διπλασίους, οὐ δύνανται τηρεῖν τὴν πίστιν, id eſt, *Iunij.*
vt ibi idem interpretatur, Apud Græcos, ſi cui vel vnum duntaxat talentum creditum ſit, adhibitis decem antigraphis, totidémque ſigillis, duplóque pluribus teſtibus, fidem non ſeruant. Hæc ibi. Cicero oratione pro L. Flacco. poſt *Cicero*
principia, de Græculæ concionis nationíſve teſtibus verba *orat. pro*
faciens. Sic ait. Dicit natio, minimè in teſtimoniis dicendis *L. Flacco*
religioſa & paulò infrà: Ne hominibus leuitate Gręcis, credulitate Barbaris, ciuem ac ſupplicem veſtrum dederetis, &c. non abludit illud Iuuenalis Satyrici Poëtæ Saty. 10.

Et quicquid Græcia mendax
Audet in Hiſtoria. *Iuuena-*

Et Lucianus, tom. 1. lib. De mercede conductis. Tu verò *lis Satyr.*
Græculus, inquit, moribus leuibus, & ad omne facinus fa- *10.*
cilis. Siquidem huiuſmodi nos omnes eſſe ducunt, idque iure optimo, &, quæ illic ſequitur de Græculorū moribus.

Hæc

Hæc verò eo conſilio tam diffuſè tractauimus, vt filios Græcorum deſignare & adumbrare hæreticorum mendacia, perfidiam & luxurioſam viuendi rationem, cõtra omnem rationem, demonſtraremus, ac ipſorum vanitates Græco more depingerem⁹. Adde quod crebrò Græcia, pro Gentilitate ſumitur, & apud Paulum, Græcus pro Gentili vſurpatur. Sic filios Iuda ad Græcorum filios trãsferre, eſſet in ritum Gẽtilitatis ſiue ad Paganiſmum, Authores falſæ doctrinæ ſeu prædicantes Miniſtros Hugnoſticos, in ſuos caſſes illaqueatas & irretitas ignorantes plebes, tandẽ pertrahere. Hæreticus, (ait hoc loco Hieronym⁹) quoſcunque deceperit, vendit Græcis, ſiue Gentilibus, & eos de Chriſtianis Ethnicos facit, vt exterminet de finibus ſuis, in quibus in Chriſto fuerant procreati, & nequaquã in Iudæa, & in veritatis confeſſione, ſed in gentium errore verſentur. Sic ille. Quod ipſa experientia certè comprobat. Nam, qui à Catholicæ religionis ſemita ſemel aberrabit, & deſciuerit, temporis lapſu, paulatim ad Paganiſmũ, imò (quod longè deterius eſt) ad Atheiſmũ, incidet. Dato vno inconuenienti multa contingunt, vt vulgò dici ſolet. Græcia Hebraicè dicitur Iauan, à filio Iaphet, *Geneſ. 10.* quæ dicitur Ionia. Et hęc quidẽ nunc ſint ſatis. Sequitur autem:

Gen. 10.

Ecce ego ſuſcitabo eos de loco, in quo vendidiſtis eos, & conuertam retributionem, &c. Et eſt ſenſus, Remigio interprete: Licet vos captiuaſtis & vendidiſtis filios Iuda ſiue Iudæos, in Babylone, Græcis & aliis Gentibus, ego tamen ſuſcitabo eos, vt confortentur & conualeſcant in ipſo loco, vbi vendidiſtis eos, id eſt, in Babylone, vel, in alio quolibet loco: Et reddam vobis omnia, quæ eis feciſtis, & rurſum vendent filios veſtros Sabæis genti longinquæ. Hoc ex parte impletum eſt temporibus Cyri, quando reuerſi de captiuitate multos Chaldæos ſecum adduxerunt, tàm, qui ſponte ſe ſociauerũt, quàm quos ipſi comparauerant, & poſtea vendiderunt. Sabba regio eſt vltra Æthiopiam, de qua fuit regina Sabba. Poteſt etiam ex parte ad filios Eccleſiæ id referri. Suſcitabo filios Iuda, ſcilicet, ad pœnitentiam, de loco, in quo vendidiſtis eos (Diabolo) ſeducendo eos ad errórem veſtrum. Et vendam filios veſtros in manibus filiorum Iuda, id eſt, filios quondam Eccleſiæ, qui veſtri ſunt filij, per errorem, reddam prædicatoribus Eccleſiæ, & reddam, vt prædicatione ſua abſtrahant eos à Diabolo & errore veſtro. Seruiántq; mihi in vnitate fidei.

Remigi⁹ ſuper c. 3 Ioëlis.

Quod

Quod verò ſubiungitur, Vænundabunt eos Sabæis, genti longinquæ, non congruit vel aptari poteſt allegorico ſenſui. Hęc Remigius. D. Hieronymus ſuper Ioël. 3. c. Vendere, inquit, dicitur Deus filios hæreticorum, filiis Iuda: quùm deceptos ab hæreticis reducit ad fideles. Et ipſi vendunt eos Sabæis, quùm eos tradunt doctoribus. Hæc quidem ille quantum ad ſententiā. Cæterùm verba eius ſunt. Nos dicamus quòd quotidiè ſuſcitat & ſuſcitaturus eſt Dominus eos, quos varius error eduxerat de finibus ſuis. Pulchréque ſuſcitabo, ait, quaſi iacentes & corruentes: vt qui iacebant in hæreſi, ſtent in Eccleſia. (*Qui ſtatis in domo Domini, inquit Pſaltes.*) Reddens hæreticis, quod fecerant: vt filios eorum & filias, quos & in myſticis & in carnalibus erudierant, tradat in manibus filiorum Iuda: in manibus eorum, qui Eccleſiarum principes extiterūt: & inſtructi ſunt armatura Apoſtoli: & habent ſcutum & lanceam veteris & noui inſtrumenti. Vt cum cœperint filios eorum & filias, vendant Sabæis, & faciant eſſe captiuos, vt procul ſint à finibus ſuis, & ad meliora cōuerſi, Eccleſiaſticis dogmatibus incipiant eſſe ſubiecti. Sic ille. *Vænundabunt eos Sabæis, Genti longinquæ.* Hebraicè ſic eſt, (vt præmonuit Arias) Sabæis ad Gentem longinquam, alterum in tertio caſu (Sabæis) alterum, in quarto cum prępoſitione, eſt legendum (ad gentem longinquā.) Quod verò additum eſt (quia Dominus locutus eſt) certam ſcientiam & firmū decretum ſignificat, euentu tandem ſuo comprobandum: Nam quicquid De⁹ dixerit, maximi id conſilij eſt, & quod nulla alia natura, aut virtute impediri poſſit. Sic Arias Montanus. *Hinc Pſalmiſta, Conſilium Domini manet in æternum.* Dominus locutus eſt, id eſt, decreuit, ita omninò ſtatuit Dominus Saba ſcribitur Hebraicè vel, per ש ſchin, & in Æthiopia eſt, vnde regina *Saba, in lib. 3. Reg. 10. & Matth. 12.* vel, per ס Samech, ſcribitur, & eſt in Arabia fœlice, cuius incolæ etiam dicūtur Sabæi. Nec ſunt hi, quorum hic meminit, Arabes, vt quidam volunt. Certè D. Hieronymus hac de regione ita ad hunc locum ſcribit: In Hebræo eſt שבאים, Sebaim, Sabaim autem gēns trans Indiam dicitur: de qua fuit & Regina Saba, quæ venit audire ſapientiam Salomonis, vt ſuprà citatum eſt, *de quibus, Iſai. 45. Negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri ſublimes, ſeu excelſi ad te tranſibunt, & tui erunt,* (*& ſequitur, verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſraël ſaluator.*) Vnde & thus venire perhibetur, dicēte Virgilio:

D. Hieronymus ſuprà. Ioël. 3.

Pſalm.

Arias Mōtanus hoc loco.

Pſalm.

3. Reg. 10. & Matt. 12.

D. Hieronimus in Ioël. 3.

Iſa. 45. c.

Centúmque Sabæo thure calent aræ: Licet quidā Sabæos, Arabes ſuſpicentur. Sic Hieronymus. Saba, ſiue in Arabia fœlice ſita ſit, ſiue alibi, hoc loco Eccleſiæ typus *eſt: ſic, Iſai.*

Iſai.60. *60. omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes.* Vt in Saba optimum aurū & thus, ſic in Eccleſia, nempe verbum & fides, quod eſt aurum. Item thus, inuocatio, & Sacramentorū frequētatio ac diſpenſatio. ita enim Pſalmographus, Dirigatur Domine oratio mea, ſicut incenſum in cōſpectu tuo, eleuatio manuū mearum, ſacrificium veſpertinum. Hæc dona pręcipua & peculiaria Eccleſiæ, non alibi reperiūtur. Nam extra Eccleſiam nō eſt ſalus, vt ſuprà habitū eſt. Nota, quòd venditi filij Iuda Græcis ſiue Gētibus, fiunt doctores Gentiū, faciunt eos Sabæos, donorum ſpiritualium omni genere abundantes. Exemplum in Daniele captiuo, qui & ſummo loco fuit, & plurimis occaſio ſalutis. Talionis legem minatur Domin⁹ iſtis nationib⁹ Tyriis, ac ſimilibus, pulcherrima Antitheſi. Vos quidē populum meū, ita vt reſtitutionis nulla ſpes ſit reliqua, vendidiſtis in religiones lōginquas: Ego verò ſuſcitaturus ſum eos & collecturus ex vniuerſis gentibus, in quas diſperſeratis, & talionē veſtrā ſic in veſtrum regeram & refundam caput, par pari referens, vt filios veſtros vendam per manum filiorum Iuda Sabæis, vt rurſum ipſi vendant gentibus, quam longiſſimè à vobis diſſitis, quæ huc conueniebant ad pretioſas merces, quæ in hac regione celebrantur, (vt, aurum optimum & thus, quod in

Ierem.6. his locis omnium probatiſſimum eſt) euehendas & aſpor-

Ezech. 27. tandas. *Sic Ierem. 6. vt quid mihi thus de Saba affertis, &c. & Ezech. 27. Venditores Saba & Reema ipſi negotiatores tui: cum vniuerſis primis aromatibus, & lapide pretioſo & auro, quod propoſuerunt in mercatu tuo.* Obſerua ſedulò, quod ſecundò iam repetit Dominus, Conuertam vltionē veſtram in caput veſtrū ſuprà dixerat, Citò velociter reddā viciſſitudinē vobis ſuper caput veſtrū. Et cur hoc quæſo: Vt nouerint omnes Tyranni, & Eccleſiæ perſequutores, qui ſanguine Chriſtianorum manus ſuas cruentarint, ſimilia vel duriora eos manere, nec eos poſſe effugere iuſtā Dei vin-

Matth. 26. dictam. Illi experiētur Dei ſententiā veram, vt, qui gladio occiderit, etiā gladio pereat, *Matt. 26.* In die Diuo Apoſtolo Bartholomęo ſacra, Almiralius Collígneus cum aliquot ſociis ſuæ factionis, qui ſacerdotes occiderant, & tēpla depopulati fuerant, ſenſit manū Dei vindicem: ſentiēt & alij

cum

cum Dominus vindicabit ſanguinē ſanctorum ſuorū, qui
impiè effuſus eſt. Verū enimuerò non intendit Sacer Vates
hoc in cōtextu Chriſtianos legē talionis docere, cum Do-
minus noſter in oratione Dominica doceat nos Patrē ora-
re, vt dimittat ipſe nobis debita noſtra, ſicut & nos dimit-
timus debitoribus noſtris, *Matt. 6.* Sed Deo vindictā relin- *Matt. 6.*
quere debemus, qui retribuet abūdanter omnibus facien-
tibus ſuperbiā. Quoniam verò promiſſio iſta magna erat,
& creditu difficilis, non enim ſtatim punit Dominus im-
pios, & Eccleſiæ ſuę hoſtes, quinimò ad tempus ſinit eos e-
xercere fideles ſeruos ſuos ac perſequi & affligere: *Sed non
præualebunt aduerſus Eccleſiā inferorū portæ, Matt. 16. Nec re-* *Matt. 16.*
*linquet tandē Dominus virgā peccatorū ſuper ſortē iuſtorū. Ideò
ſubiūgit* Propheta, *quod Dominus locutus eſt. Nō eſt impoſſibile* *Prophe-*
apud Deū omne verbū, Luc. 1. Nō dominabūtur finaliter im- *ta.*
pij in bonos. Nullus Tyrannꝰ diu iuſtis imperabit. Nec re- *Luc. 1.*
ſidebit baculꝰ impietatis ſuper ſorte iuſtorū, Pſ. 124. Cōci-
nit & vates quāuis ethnicꝰ, Iuuenalis ſatyra 10. dū ſcribit. *Iuuena-*
Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci *lis ſaty.*
Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni. *10.*
Generum Cereris Plutonem, quem Latini Ditem appella-
runt, inferorū Deum, prout finxit antiquitas intelligit, qui
rapuit Proſerpinam Cereris filiam, quam etiā duxit vxo-
rem. Per illū mors ſeu Orcus & infernus deſignatur. Con-
gruit & illud Pſalmographi, Periit memoria eorū cum ſo-
nitu, & Dominus in æternum permanet. Ponderanda eſt
ideò hęc phraſis ſuprà poſita citò, velociter reddā viciſſitu
dinē vobis, quod luculenta hiſtoria ex Canonicis & ſacris
libris deprōpta, 2. *Macha. 9 facilè comprobatur. Antiochus ſu-* *2. Mach.*
perbè locutus eſt, ſe venturū Ieroſolimā, & congeriem ſepulchri *9.*
*Iudæorum eam facturum. Sed qui vniuerſa conſpicit Dominus
Deus Iſraël, percuſſit eum inſanabili & inuiſibili plaga. Vt enim
finiuit hunc ipſum ſermonē, apprehēdit eū dolor dirus viſcerum,
& quidē ſatis iuſtè, quippe qui multis & nouis cruciatibus, aliorū
torſerat viſcera, nullo tamē modo à ſua malitia ceſſauit, ſed præ-
cepit accelerari negotiū: contigit autē illum impetu euntē de cur-
ru cadere, & graui corporis colliſiōe mēbra vexari. Ideóq; in ge-
ſtatorio portabatur, manifeſtā Dei virtutē in ſemetipſo cōteſtās,
ita vt de corpore impij vermes ſcaturirēt, & viuētes in doloribus
carnes eius caderēt & diffluerēt. Nec ceſſantibꝰ doloribꝰ; (Super-
uenerat enim in eū iuſtū Dei iudiciū) peregrè in mōtibus, miſera-
bili obitu vita functꝰ eſt. Ille etiā tēplū ſanctū Hieroſolymitanum*

r 2 *priùs*

pri⁹ expoliauerat. Iſte fuit ſacrilegi tyrãni & hoſtis iurati Iudaici populi funeſt⁹ exit⁹,& horrẽdus. Sic & Amã Iudęorũ capitalis inimic⁹ in patibulũ,quod Mardochęo Iudæo erexerat,ipſe iuſto Dei iudicio ſuſpẽſus eſt. Itẽ 2.Mach.8. *Nicanor cũ armata viginti millium militum manu veniens,vt vniuerſum Iudæorũ genus deleret,promittebat ſe nonaginta mancipia ex Iudæis talento diſtracturum, maritimarũ cirumuicinarum ciuitatũ negotiatoribus,non reſpiciens ad vindictã,quæ eum ab omnipotente eſſet conſecutura. Sed Iudas Machabeus cũ ſuis aduerſus illum dimicans, eum qui prius quam cominus veniret, eos vendiderat,expugnauit. Nam facto ſibi adiutore omnipotente,interfecerunt ſuper nouem millia hominum: Maiorem autem partem exercitus Nicanoris, vulneribus debilem factam, fugere compulerunt. Pecuniis verò eorum,qui ad emptionẽ ipſorum venerant,ſublatis,ipſos vſquequaque perſecuti ſunt. Facinoroſiſſimus autem Nicanor,qui mille negotiantes ad Iudæorũ venditionem adduxerat, depoſita veſte gloriæ per mediterranea fugiens,*
2. Macha.15. *ſolus venit Antiochiam, ſummam infelicitatem, de interitu ſui exercitus cõſecutus. Cap.15. ſeu poſtremo eiuſdem libri poſterioris Macha. deſcribitur mors ipſius Nicanoris, qui congreſſus cũ Iuda Machabæo, proſtratis non minus triginta quinque millibus de exercitu eius, Deo ſuis cocedente victoriam,compertum eſt,illum quoque ruiſſe cum armis ſuis. Præcepit autem Iudas caput Nicanoris & manũ cum humero abciſſam, Hieroſolymã perferri: manum,inquam, nefariam, quam extenderat cõtra domũ ſanctam omnipotentis Dei, contra templum iuſſit ſuſpendi. Linguã ſuam impij Nicanoris præciſam iuſſit particulatim auibus dari. Suſpẽdit autẽ Nicanoris caput in ſumma arce,vt euidens eſſet,& manifeſtum ſignum auxilij Dei.* Vides ſacrilegium illum pœnas iuſtas Deo dediſſe,& hoſtẽ populi Dei,iuſtam ſenſiſſe Domini vltionẽ. Addam & recens exemplum,ex ſacris collat.
Tilman⁹ Bredembachius li.7.c.53. Collationum ſacrarum. Tilmanni Bredembachij S. Th. Doctoris lib.7.cap.53. Scribit igitur, quòd circa annum D.1579. oppidulum Kerpenſe non procul à ciuitate Coloniẽſi diſſitum,diuerſis irruptionibus militum attentatum eſt. Tum miles quidam in Eccleſiæ, quæ ibidem collegiata eſt, baptiſterium, impietate pluſquam Copronymiana cacauit, qui paulopòſt hunc ſacrilegum auſum,diuinitùs oculorum lumine priuatus eſt. Cúmque vagis greſſibus huc illúcque oberraret,in hoſtes incidens captus eſt,atque ante ipſas valuas Eccleſiæ,quam impiè fœdauerat, laqueo ſuſpẽſus. Percrebruit mox ea fama multorũ fide dignorum ſermone per totam ciuitatem

Agrippi

Agrippinenſem, quam & Canonicus quidam Kerpēſis hiſ-
ce diebus ſuo apud nos teſtimonio confirmauit. Non qui-
dem ſemper clementiſſimus Deus pro immēſa ſua miſeri-
cordia & longanimitate, impios hęreticorum & ſacrilego-
rum conatus extemplò vindicat, quādoque tamen in eiuſ-
modi Theomachos (id eſt, aduerſus Deū ipſum pugnātes)
ſeuerè animaduertit, *Et citò, velociter (quod dicit noſter Ioel* *Ioël. 3. c.*
hoc loco) vt paucorum exemplo alij terreātur, nec in perpe- *Collatio-*
tuū diuitiis bonitatis eius abutantur. Hæc ibi ad verbum. *nes Bre-*
Attexam & ex 3. lib. cap. 29. præfatarum collationum, iſtud *dëbachij*
à Reuerēdo D. Lindano, tom. 2. c. 11. Apologetici religionis *lib. 3. cu.*
Catholicæ ad Germanos ſumptum, memoria digniſſimum *29. & 30.*
miraculum. Cùm per Belgium, inquit Lyndanus, Anno D. *Lindan⁹*
1566. dira illa graſſaretur tempeſtas Goeſſeorum (qui vti à *to. 2. c 11.*
pudendo mendicabuli epitheto dicebantur, ſic omni ex ſe- *Apologe-*
ctariorum atque factioſorum fæce cōfluxerat fœda collu- *tici ad*
uies) Gallicè vocantur, *les Gueux.* Erat Buſciducis ſacellum *Germa-*
D. Antonij nomine piis celeberrimū: quo ruſticana plebs *nos.*
Deo opt. ſua fundebat vota, quæ D. Antonij precibus, pro-
que patrocinio ambiebat commendatiora. Huc è vicinia
quidā immolant, imagines confringunt, altaria euertunt,
ſacra diripiunt, auratāmque D. Antonij ſtatuā fune alliga-
tam ad rogum in compito cremandis SS. imaginibus ſtru-
ctum, ſeduli trahunt, ſuos commilitones anheli & alacres
conuocant vt ſecandę ferant auxilium. Nam integrā ignis
lędere non valebat, quod vbi certatim fieret, hic manus aſ-
cia trūcabat, ille bipēni pedes amputabat, alius caput mal-
leo pulſabat, alij denique truncum ſecuribus vexabāt, po-
ſtremò vt ſuus fabulæ correſpōderet colophō, lacera con-
ciſæ imaginis fruſta in rogum multis, iiſque abominādis
in D. Antonium blaſphemiis, illis Iudæorū in Chriſtū Do-
minum crucifixum non abſimilibus, proiectis, coniiciunt,
ſed fruſtrà omninò. Venerandæ nāque imagini, cui inſana
impiorū rabies non parcebat, ignis quaſi adorabundus pe-
percit, flammáque venerabatur innoxia. Verùm quid acci-
dit, non ſanè impunè tulére impij, è veſtigio namque illa
peſte, quā D. Antonij iā olim appellam⁹ Chriſtiani (Gall. *le
feu de ſainct Antoine,* nos vocare ſolem⁹) quod illi depellē-
dæ peſti ſint eius apud Deū pij experti perſepè patrociniū,
corripiuntur, totóque vtriuſque corpore (fuerunt enim
duo Goeſſeorum Coriphæi cæteris inſolentiores è veſti-
gio percuſſi) inſtar granorum piperis, peſtilens ille ignis

 ebullit,

bullit, domum ſeſe recipiunt infœlices,quorum plaga ſocij deterriti,rogum deſerũt trepidi. Tam atroci atque voraci conſumebantur miſeri totum per corpus incendio, vt poſtridie impiam efflarint animam, & funeſta reliquerint caddauera variorum colorum ſtigmatibus, cæruleis, praſinis, atris inſignita (Gall: *tachetees de couleurs bleües, verdes comme porreaux, & noires*,diceremus). Iſtud tam eſt tota Vvelhia notum, vt plurimos huius rei non ſolum audierimus concorditer hiſtoriam ad viuum depingentes, additis etiam tam ſacrilegorum, quàm familiarum hominibus: ſed publici etiam viderimus notarij, fide non indigni, neque obſcuri, teſtimonium. Hæc doctiſſimus Lindanus Ruremundenſis Epiſcopus.

Collat. Bredēbachij li. 3.c.30. In præcitatis collat.ſacris lib.3.c.3).citatur & iſtud non diſſimile exemplum, (quod & ego lingua Gallica Lutetiæ impreſſum penes me habeo) Anno Domini 1576. in Gallis contigiſſe ſcribitur; cuius talem hiſtoriam Pariſiis impreſſam vidimus, quæ hîc ruditer eſt transfuſa; Tenor hiſtoriæ eſt iſte, Anno Domini 1576. 21.Iulij dum dux Alenconius frater regis Franciæ eſſet in vrbe Chaſtillon nominata,& excubiæ pedeſtrium copiarum in villa, quæ dicitur Soulci à dicta ciuitate plus minus miliari diſtante, agerentur,tres milites malè feriati, deprehenderunt præ foribus imaginem B. Antonij in pectia erectam, ac poſt multa ſcandala, ludibria & dicteria in eam congeſta, caput quidem imaginis galea, manus verò armarunt hallebardia, talia cum execrandis blaſphemiis euomentes, tu,ſi quid vales,ſi qua tibi poteſtas,impræſentiarum nunc eam demonſtra,contra nos ac te defende. Quo dicto ſuis armis imaginem impetunt multis ictibus. Quibus non contenti,vnus eorum bis aut ter diſploſa bombarda,imaginem illam oppugnare aggreditur, ac eius faciem inter mentum & inferius labrũ iaculatis globulo tormentario lacerat ſacrilegus.At non impunè. Nã eodẽ momento ille impius magno eiulatu exclamãs,horridumq́; eiulans,Totus,inquit,ardeo,totus cõburor,ſtatim prolabitur mortuꝰ in terrã.In cuius facie eodẽ loco, vbi imaginẽ globo violarat,vice reddita,ignis ſcelerũ vindex, qui totũ inde os replebat,velut via facta erũpens perluxit eũ deuorans,etiam cùm iã miſerã exhalaſſet animã.Memineris diuinæ ſentẽtię,(quã obiter hic refero)Per quę,quis peccat, per hæc & torquetur.Secundus aũt non minus ſentiens Dei omnipotentis

tentis manũ,exclamat quoq; , ignis vim ſe ferre nõ poſſe, volensq́; inteſtina tormenta per aquã effugere, in torrentem proximũ præceps inſiliit,nec Dei præſentiã effugit.Nã ſtatim aquis ſubmerſus & ſuffocat⁹ interiit. Porrò tertius cernẽs ſuorũ miſerabilẽ exitum,ſui impos ac totus exanimis,humi affligitur,ac deportatus in proximã domum,totus feruẽtiſſimis febribus æſtuabat,adeoq; violẽtis,vt miſeri de ſe ſpectaculum omnibus exhiberet. Cuius miſeria permoti cognati,amici maximè & commilitones Catholici,ad templum velut ad aſylum cõfugêre. Deo patri (Sacerdote perquiſito)ſacrificium mediatoris ſolemni cantu coram imagine B. Antonij immolare, ac vnanimiter catervatim proruentes tam milites quàm dicti loci incolæ. Deum ſumma animi deuotione pro miſeri fratris ſalute comprecari, poſtque ſacrificium & multas preces afflictũ inuiſere ſtuduerunt: præmiſſisq́; multis aliis orationibus, aquam ei benedictam ſacerdos aſpergebat. E veſtigio ille miſer ſibi redditus,crimen agnoſcit, Dei miſericordiã inclamat,ac manus tendens in cœlum humilibus ac magnis precibus ſuũ errorẽ profeſſus & accuſans,omniũ deprecationes ſupplex ambit, vt pro ipſo Deum clementiſſimum interpellent. Nec defuit, diuina miſericordia:nam ſtatim priſtinæ valetudini ac menti reſtituitur, eáque etiamnum hodie fruitur. Hæc veraciter ſub oculis pluſquam trium millium hominum palam geſta docent, quam reuerentiã venerandis ſanctorum imaginibus debeamus: nam etſi numen in illis nullum ſit, tamen eorum nobis refricant ſubinde memoriam,quos repræſentant,ac ad glorioſa Dei in ſuis Sanctis opera collaudanda, eórumque pia patrocinia imploranda, pleroſque Chriſtianorum extimulant. Quin & contumelia illata ipſis in Dei ſeruos, imò & in communem Dominum redundat. Qui hic aliquando etſi ſilere videatur, non tamẽ ſilebit ſemper.Habetur ex libello illo Pariſiis impreſſo apud Vvilhelmũ Merlin.Hactenus Bredẽbachius loco ſuprà citato,in collat.ſacris.His omnibus haud pœnitẽdis allegationibus ſatis ſuperq́; demonſtratum eſt,eos,qui aduerſus ſanctos Dei famulos ſiue hîc adhuc ſiue iã in gloria degentes ,inſurgunt, ac Deo in ſuis fidelibus, bellũ inferunt, vt plurimũ ac creberrimè meritas hic etiam pẽdete pœnas,citò,velociter, vt diſcant moniti mortales,non temnere diuos. Vindictam ſuorum faciet iuſtus vindex. Quia Dominus loquutus eſt, ait Pro-

pheta. Stat Dei firmum decretum. Et *Quomodo Deus iuſtus iudex, non faceret vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam haberet in illis? Dico, vobis,*
Luc. 18. cap. *quia citò faciet, nota, citò velociter, vindictam illorum, Luc. 18. ait Chriſtus ipſe.*) Obſerua, ſi aliqua in re fidei & religionis nutare nos contigerit, ob oculos ſemper ponamus hanc ſententiam toties à Prophetis vſurpatam, quòd Dominus locutus eſt. Nam ipſe verax eſt, & potens efficere omnia, quæ promittit, & quæcumque ſibi placuerint. Quamuis omnes humanæ vires in vnum colligerentur, efficere non poterunt, ſed omnis voluntas mea fiet, dicit Dominus, & omne conſilium meum ſtabit. Hoc ſignificat verbum prophetæ: *Quia Dominus loquutus eſt, ſicut loquutus eſt per os ſanctorum, qui à ſeculo ſunt, Prophetarum eius,*
Luc. 1. c. *Luc. 1.* Quantumcunque promiſſiones Dei oculis carnis videantur impoſſibiles, veræ tamen ſunt, & Deo factu faciles, ne dubites, ô homo. Quia Dominus locutus eſt, *αὐτὸς ἔφα.* Ipſe dixit, & facta ſunt. *Nec eſt abbreuiata manus Domini, ſed viuus eſt ſermo Dei, & efficax, atque poteſtate plenus.* Saræ vetulæ & ſterili impoſſibile videbatur ſemen eius multiplicandum eſſe, vt ſtellæ cæli & arena quæ eſt in littore maris, & ideò riſit, cùm Deus iſtud polliceretur.
Gen. 17. 18. & 21. cap. Veruntamen re tandem comprobatum eſt. *Geneſ. 17. 18. & 21.* Gedeoni non videbatur fieri poſſe, vt hoſtes populi Dei debellaret, quod miraculo & opere poſſibile eſſe co-
Iud. c. 6. & 7. gnouit. *Iud. 6. & 7.* Quid dicam de Zacharia ſacerdote ac patre D. Ioannis Baptiſtæ? Sibi perſuadere non poterat, quantumuis ſibi ab Angelo cælitus miſſo denuntiaretur, Elizabeth coniugem ſuam concepturam & parituram filium in ſenectute ſua, cúmque illa foret natura ſterilis: veruntamen, quia Dominus (*cui nihil eſt impoſſibile*) locutus eſt. Quod fuerat ab Angelo Dei, illi repromiſſum,
Luc. 1. c. effectum eſt. *Luc. 1.* Quis vnquam ne cogitatione quidem exiſtimaſſet, virginem abſque virili ſemine & concipere & parere potuiſſe? *Sed quia Dominus locutus eſt. Dominus ipſe dabit vobis ſignum. Ecce virgo concipiet & pariet filiũ*
Iſa. 7. c. Luc. 1. *&c. Iſa. 7.* Et, *quia non erit impoſſibile apud Deũ omne verbũ. Luc. 1.* Ita vt promiſſum fuerat, impletum eſt, nouo quodã & admirando miraculo. Quis intelligere potuiſſet Chriſtũ Dominum ſuis fidelibus carnem ſuam verè manducãdam daturum? Durum videbatur, duris Capernaitis, diffidentibus id vnquam fieri poſſe, ac dicentibus: *Quomodo poteſt*

poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum? Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? Ioan.6. Attamen re- *Ioan.6.*
ipſa & verè carnem ſuam dedit nobis in eſcam, & ſuum ſanguinem in potum, ipſo omnipotente Dei filio ita loquente, & aſſeuerante, (*impoſſibile eſt autem mentiri Deum, Heb.6. Amen, Amē dico vobis. Caro mea verè eſt cibus, & ſan-* *Heb.6.*
guis meus verè eſt potus, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in eo. Et concordat triū Euangeliſtarum, ac Apoſtoli Pauli teſtimonio, idem Chriſtus Ieſus, omnipotentis Dei conſubſtantialis filius (cui ſubeſt cū voluerit poſſe) loquutus eſt, & dixit, *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur. Matth. 26. Mar. 14. &* *Mat.26.*
Luc.22. atque 1. Cor. 11. Quis audeat ambigere verum eſſe, *Mar.14.*
quod ipſa veritas (Ioan.14.) Chriſtus loquitur? Summum *Luc. 22.*
impietatis genus eſt, de Dei verbis, & efficacitate promiſ- *& 1. Co.*
ſorū eius, vllatenus dubitare. Sufficit iſtud vnū, *Quia Do-* *11.*
minus loquutus eſt Et quoniam aduerſus Tyrānos, qui ſan- *Io. 14. c.*
ctam Dei Eccleſiam perſequuntur, inſtitutus eſt ſermo Propheticus, non erit alienum à propoſito, hîc breuiter recenſere, quomodo omnes ferè Imperatores, qui Chriſtianam religionem expugnauerunt, peſſimè perierunt. Contrà verò, qui eam honorauerunt & promouerunt atque defenderunt, à Deo in omnibus illis opem ferente, exaltati ſunt, & proſperè illis ſucceſſit. Quia Dominus locutus eſt ad Samuelem ſcilicet, 1. *Reg. 2. Nunc autem dicit Dominus: Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui* *1. Reg.2.*
autem contemnunt me, erunt ignobiles. Non paſſa eſt igitur diuina vltio, prouidentia, & iuſtitia, multos ex Tyrannis decedere ab hac vita, abſque condigna caſtigatione, ſicut actum eſt cum Nabuchodonoſor, de quo illud, *Iſa.10. cap.* *Iſa. 10. c.*
accipiendum eſt: Væ Aſſur, virga furoris mei. Sicut enim caſtigato filio, pater virgam proiicit in ignem, ita Deus potentes Tyrannos, quibus tanquam flagellis ad punienda peccata noſtra vtitur, poſt emendationē noſtrā punit acerbè, iuxta illud, Potētes potenter tormēta patientur. Hicq; infernū ſuum inchoare dicuntur, vt duplici tandē contritione conterentur. Ex prophetia, Herodes infanticida peſſima morte, prout narrat Ioſephus obiit, ſui ipſius interfector, præ deſperatione. Alius ei æquiuocus, qui Iacobū fratrē Ioannis gladio ſuſtulit, & Petrum in carcerē concluſit, *Act.12. ab Angelo diuinitus percuſſus*, vniuſque conſumptus *Act. 12.*
à vermibus expirauit: vt poſt B. Lucam, in actis Apoſtolo- *cap.*

rum,etiam Ioſephus Iudæus hiſtoriographus in ſuos retulit Annales. Nero omni bellua crudelior, qui ſanctos Petrum & Paulum trucidauit, mortem ipſe ſibi conſciuit. Domitianus autem,qui B. Ioannem Euangeliſtam Theologum,ac vnicè dilectum Chriſti Apoſtolum, in inſulam Pathmos relegauit, domeſticorum ſuorum manibus vitam finiuit. Valerianus ſimiliter ſæuus ac truculentus Eccleſiæ perſecutor, in prælio victus, à rege Perſarum, tam indignè habitus eſt, vt Barbarus ille Romano imperatore,ad conſcendendum equum ſuum pro ſcabello,ſiue ſuppedaneo vteretur. Aurelianus, ſuorum manibus interfectus eſt. Decius,qui ſanctum Laurentium in craticulam vſtulandum extendit,cum filiis ſuis occiſus eſt. Quid de Maximiano Imperat. magni Conſtantini ſocero, iurato Eccleſiæ cum ſuo collega Diocletiano, hoſte & aduerſario, dicam? qui iuſtè caſtigatus & morte affectus eſt, ob ſuam proditionem, atque etiam Maxentius eius filius, iuſta numinis vindicta, periit. Cùm enim in ponte ſtruxiſſet aduerſus Conſtantinum inſidias, in illis ipſe ex ſua inaduertentia comprehenſus, periit: iuxta Pſaltis oraculum: *fodit foueam & incidit in eam.* Victus eſt igitur ad pontem Miluuium, magna ſtrage. In Tiberim vna cùm equo lapſus & ſubuerſus ac nuſquam inuentus, Cacodæmones (credo) corpus animámque ad perpetuos cruciatus detulêre. De Maximino autem ferunt, ſimili cum Antiocho exitu, vitam eum finiiſſe. Licinius conſimiliter, qui tempore Conſtantini imperauit in Oriente, contra illum molitus & conatus, nedum victus, ſed inſuper etiam trucidatus eſt. Poſt hos omnes truculentos hoſtes nominis Chriſtiani,extitit monſtrum illud, Iulianus Apoſtata,qui nouis quibuſdam artibus ac thecnis Eccleſiam imprimis vexauit,nec diu impetrare permiſſus eſt à Deo,ſed in bello contra Perſas miro quodam modo interfectus eſt. Poſt quem Valens Arrianus, immanis Catholicorum perſecutor:in prælio contra Gothos fugatus eſt,& viuus ſuis exigentibus demeritis, in quodam tuguriolo, in quo deliteſcebat combuſtus & concrematus. Iſte fuit miſerabilis exitus, eorum ferè omnium, qui armis Chriſtianam religionem oppugnauerunt, Deo pro ſeruis ſuis (de quibus per Prophetam ipſe loquutus eſt: Qui tangit vos tangit pupillam oculi mei) pugnante aduerſus Tyrannos: vt hoc loco per Vatem noſtrum dicitur: Citò,veloci

loci

lociter reddam viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrum. Ex aduerſo perpulchra antitheſi demonſtratur, eos imperatores qui rem Chriſtianam non ſolùm tueri & propugnare, verumetiam promouere curauerunt ſtudioſiſſimè, maximis à Deo fuiſſe præuentos benedictionibus, ope ſingulari, & innumeris beneficiis. Quod apertum eſt in illo Conſtantino re & nomine Magno. Diuerſis ſiquidem præliis, tres aduerſum ſe inſurgentes imperatores ſuperauit & debellauit, Maximinum, Licinium, & Maxentium. Barbaras nationes ſubiugauit, & rerum potitus eſt. Magnificè à Chriſto IESV (cuius ipſe erat cultor valde pius atque religioſus) exaltatus & honorificatus. Quid plura? Deficeret me tempus enarrantem, de duobus Theodoſiis. De priore quidem ſeu maiore, qui fuit valdè Catholicus, & de iuniore, ſiue eius nepote, qui longè deuotiſſimus & Catholiſſimus fuit. Illi non ſolùm armis, ſed etiam miraculis Tyrannos ſuperauerunt contra imperium molientes & inſurgentes, vt fuſius tripartita narrat hiſtoria Eccleſiaſtica: Hoc in ordine computandus venit Eraclius Imperator: qui aduerſus Regem Perſarum Choſdroën manus conſerens, pro imperij Romani conſeruatione, victoriam, fauente Deo, de Barbaro exercitu ſemper reportauit. Et quoniam, quamplurimos Chriſtianos Choſdroë in terra ſancta mactauerat, in huiuſcemodi cædis vltionem, à maiore filio ſuo (Deo ita ordinante) de vita ſublatus eſt, pax imperio Romano reſtituta. Quæ extenſiùs in hiſtoria Exaltationis ſanctæ crucis referuntur. Vnde colligi facilè poteſt pij Imperatoris & Catholici felix ſucceſſus. Infeliciſſimus verò fuit, illius Barbari hoſtis nominis Chriſtiani, & perſecutoris Catholicorum exitus. Quæ enim maior calamitas eſſe poſſit, quàm eius manibus vitam perdere, cui viuendi exordium dederis & huius lucis vſuram: & qui vitæ principium fueris, ex Dei ordinatione, qui eſt author naturæ? in his omnibus agnoſcere licet, quòd iuſtiſſima talionis lege, ac pœna reciproci Deus, Tyrannos & Eccleſiæ perſecutores, & hic puniet atque multabit, nec ſinet impunitos: ac tandem poſt hanc vitam in Vallem Iudicij eos deducet, duplici contritione conterendos. Deus Opt. Max. *Exurgat, & iudicet cauſam ſuam. Exurgat*, inquam, *Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus & ſicut fluit cera à facie ignis (hoc eſt, citò velociter)*

Hiſtoria tripartita.

ſic per

ſic pereunt peccatores à facie Dei. Et iuſti epulentur & exul-
Pſal. 67. tent in conſpectu Dei. *Pſalm.67.* Ipſi honor & gloria, per infinita ſæcula, Amen.

HOMILIA XXIII.

Clamate hoc in gentibus, ſanctificate bellum, ſuſcitate robuſtos: accedant, aſcendant omnes viri bellatores. Concidite aratra veſtra in gladios, & ligones veſtros in lanceas. Infirmus dicat, Quia fortis ego ſum. Erumpite & venite omnes gentes de circuitu, & congregamini: ibi occumbere faciet Dominus robuſtos tuos, &c.

Ioelis Cap. III.

QVibus verbis Poëta ſuam exorſus eſt Æ-
Virgilius Æneid.1 neidem, iiſdem planè præſentem inchoare libet concionem ſeu homiliam. Dixit ille,

Arma virúmque cano

Et nos de belli apparatu, de armorum ſtrepitu, de aſſultu & bellatorum impetu, aliiſque ad rem militarem & bellicam pertinētibus, dicere hic debemus, prout negotium exigit. Igitur, Maximam illam
Arias in Ioël.3. c. futuram ſtragem à Spiritu edoctus Vates, (inquit Arias ad hunc contextum) quæ in populi fidelis hoſtibus edenda eſt, vbi ſeſe ipſi mutuis ſunt cædibus confecturi, quemadmodum ea molienda parandáque ſit exponit: quòd videlicet omnes illi tāquàm bellico aliquo ſigno vocati, bellum ſponte capeſſent, & quodam veluti furore acti in eũ concurrent locum, in quo (Deo ita diſponente) fatale illis ſupplicium & carnificina parata eſt; ſiue quòd feroci aliqua cogitatione excitati, alij in alios inſurgāt, ſiue quòd Deus ad ſuam perniciem moueat eos (ad puniendam, nimirum, Tyrannorum immanitatem & crudelitatem) vt ad bellum ſibi ipſis exitiale properent. Interſerere viſum eſt illud 2.
2.Mac.9 Machab.9. De *Antiocho Tyranno: Iuſſit agitari currum ſuum, ſine intermiſſione agens iter, cœleſti eum iudicio perurgente, eo quòd ita ſuperbè loquutus eſt, ſe venturum Hieroſolymam, & congeriem*

congeriem ſepulchri Iudæorum eam facturum: Eò referendum eſt, proſequitur Arias, quòd nouiſſimè dixit Propheta: Quia Dominus locutus eſt. Hanc rem, vt certam, vt diuino conſilio firmatam, imperando prædicit Ioël, omnéſque gentes tum fortiſſimas quaſque, tum etiam imbelles, ad bellum currentes, vt aiunt, incitat: dicendi quadam exornatione, in ſublimi genere, cui Græci nomen Enthuſiaſmum fecêre. Omnis generis exempla apud antiquos Poëtas prophetici ſermonis æmulatores ſtudioſiſſimos, reperies: vt apud Horatium lib. 3. Carminum, Ode 4. *Horati⁹ li. 3. Od. 4.*

Viſam Britannos hoſpitibus feros,
Et letum equino ſanguine Concanum,
Viſam pharetratos Gelonos
Et Scythicum inuiolatus amnem,

Hæc ex Aria Montano.

Clamate hoc in gentibus, &c. Quòd ſic accipitur, vt Gentes Iſraëli, id eſt, populo Chriſtiano aduerſariæ parentur ad pugnam, quò ſe tandem intelligunt, Deo aduerſante, ſuperatus. Aduerſarios enim Sanctorum ideò congregari intelligere poſſumus, vt pereant. Quantumuis ergo omnes Gentes in Chriſtum & Eccleſiam ſuam conſpirauerint, ſed potentiſſimi quique à Deo perdentur. Clamate quaſi dicat per præconem annunciate futurum bellum. Sanctificate prælium, id eſt, parate & inſtruite acies, diſponite ordines. Suſcitate robuſtos, principes veſtros, vt etiam ipſi bellum ineant. Conſcindite ligones & falces, &c. Eandem ſententiam aliis verbis deſcribit quaſi dicat. Omnes huc vires, omnem induſtriam & artificium conferte. Maximo ſumptu & impenſis aggredimini bellum. His declaratur nimius ardor bellandi, quum arma ex vltimis promptuariis depromuntur: quúmque agriculturæ inſtrumenta in lanceas & enſes conuertuntur, cruenta & triſti planè metamorphoſi. Dicat infirmus & debilis, fortis ego ſum, &c. Omnes vnanimiter in bellum prodeant, etiam infirmiſſimi. Tantus furor bellandi in Eccleſiam Catholicam, vt & infirmiſſimi velint potentes haberi, ſi in eam ſit pugnandum. Quod ad hæreticos noſtræ tempeſtatis Hugnoſticos meritò referri poteſt, oppugnatores veritatis, qui tanta valent impudentia & audacia, vt quò quiſque fuerit imperitior, veluti cerdones, pelliones, & viles artifices atque populi fæces, eò magis ad bellandum & diſputandum ſint prompti. Congregamini, in turmas conglobamini. Hic eſt

mũdi conatus aduerſus Dei populum. Iſta aduerſus Chriſtianiſmum, Tyrannorum & hæreticorum veſania, qui putarent funditus Chriſti fidem, & nomen Chriſtianum conuellere & eradicare. Vnde à Iudæis dictum fuit Paulo, Act. 28. *ſeu, vltimo cap. De ſecta hac* (infami titulo hæreſeos, ſiue ſectæ Chriſtianitatem notant) *notum eſt nobis, quia vbique & contradicitur.* Sed audi, quæſo, cataſtrophen, ſiue exitium, extremúmque actum tragœdiæ. Ibi occumbere faciet Dominus robuſtos tuos, iſte erit finis hoſtium Eccleſiæ, peribunt impij, nec eſt qui de internecione, quæ exercenda eſt, eos eripere valeat. Pios autem cultores ſuos de illorum manibus Dominus tandem aliquando liberabit, vt cum Pſalmographo dicere valeant: *Benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine Domini, &c. Pſalm. 123.* Qui, vt vextex Apoſtolorum ſcribit 2. Pet. 2. *Nouit pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos.* Hæc debent nobis animos addere. *Nam etſi lento gradu ad vindictam ſui, diuina procedat ira: grauitate tamen ſupplicij, tarditatem compenſabit,* quod Valerius quamuis Ethnicus, dixit. Rem propoſitam amplificando vrget hypotypoſi, id eſt, rem quaſi ſuis omnibus coloribus depictam oculis ſubiiciens. Elegantiſſimè (vt omnia) hoc etiam Regius Pſaltes toto fermè ſecundo Pſalmo deſcribit: nempe *Reges & Principes (qui Ioëli robuſti viri bellatores, & fortes dicuntur) ſeſe Chriſti regno, ſed fruſtrà, opponentes.* Canit autem hoc modo: *Quare fremuerunt Gentes: & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum: & aduerſus Chriſtum eius. Dirumpamus vincula eorum, & proyciamus à nobis iugum ipſorum, Quod per μίμησιν,* dictum, accipe ſic. Conuenerunt, inquam, dicendo, *Dirumpamus vincula eorum,* id eſt, quæ ipſi volunt in nos inijcere, & iugum, cui nos cupiunt ſubijcere. Sic impij, legem Dei & Chriſti, ſiue Euangelium vocant, cùm ſit iugum ſuaue, & vinculum onúſque leue, quaſi dicat, Excutiamus iugum & imperium Dei & Chriſti eius. *Nolumus hunc regnare ſuper nos. Luc. 19.* Ita Genebrardus ad illum locum. Verùm quid ſequitur? *Qui habitat in cœlis irridebit eos, &c.* Loquetur ad eos in ira ſua, &c. His omninò ſuccumbendum erit. Clamare hoc in gentibus,

Act. 28. · *Pſal. 123* · *2. Pet. 2.* · *Valeri⁹.* · *Pſal. 2.* · *Luc. 19.* · *Genebrardus in Pſal. 2*

gentibus. Exhortatio ad Gentes, vt ſe ad hoc bellum parent. Vbi oſtendit primùm quanto furore ſe mũdus Euangelio opponat, inde, vt conſilia mundi fruſtrà ſint. Satan quicquid vitium poteſt, contrahit, vt ſua defendat, dicente Chriſto, Matth.12.& Luc.11. *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet. Si autem fortior illo ſuperuenerit, & vicerit eum, vniuerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, &c.* Videt Dæmon per Euangelium regnum ſuum peti, & demoliendum fore. Ideò contra Eccleſiam omnem ſuam euomit iram: armat Tyrannos, Hæreticos, & quotquot ſunt ex parte ſua. Id verò pulchrè adumbratur *in Apocalypſi cap. 12. ſub typo Draconis illius magni, & mulieris. Draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, qui ſeducit vniuerſum orbem, proiectus eſt in terram. Et audita eſt vox dicentis: Væ terræ & mari, quia deſcendit Diabolus ad vos habens iram magnam, ſciens quòd modicum tempus habet. Et draco perſecutus eſt mulierem, abiitque facere prælium cum reliquis de ſemine eius, qui cuſtodiunt mandata Dei, & habent teſtimonium* IESV *Chriſti.* Mulier illa haud dubiè eſt ſancta Eccleſia, cuius ſemen, ſiue filij, ſunt omnes Catholici, aduerſus quos per ſua organa, & inſtrumenta, hoc eſt, per Hæreticos & Tyrannos pugnam ciere, & bellum gerere, aduerſarius noſter Diabolus, *qui tanquam Leo rugiens, circuit quærens, quem deuoret, 1.Pet.5.* non deſiſtit: ſed nunquam præualebunt copiæ armatæ perſecutorum aduerſus ſponſam Chriſti Eccleſiam.

Matt. 12 & Luc. 11.c.

Apoc.12.

1.Pet.5.

Cuius vox iſta eſt: *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi (ſub.) nocere*, Deo ipſam contra perſecutionum inſultus & turbines conſeruante. Sequitur enim, Dominus iuſtus cõcidet ceruices peccatorum, &c. hoc ipſum eſt, quod nũc Vates noſter dicit, de cõglobatis exercitibus in ipſam Eccleſiã. Ibi occũbere faciet Dominus robuſtos tuos. Vide quanta ſit ira Dęmonis. Incentor ille malorũ, cui mille nocendi artes, nihil intentatũ relinquit, omnẽ, quod dici ſolet, mouet lapidẽ, vt irreconciliabile bellũ contra fideles & Catholicos geratur: nullas cõcedit inducias, nõ ſolùm robuſtos, ſed infirmos ac debiles etiã armat, & inſtrumenta pacis conuertit in arma bellica, falces cõflate in haſtas, ait hìc Ioel. Q.d. Potior ſit belli cura vobis, quàm colendæ & arandæ terræ. Etiam ad bellum inepti belligerentur. Eſt autem hìc incluſa ironia acerba,

Pſal.128

acerba, vt ſubdit. Ibi ſternet Dominus robuſtos. Omnes igitur conatus conferunt impij, vt Eccleſiam euertant, ſed ſtultos illorum cognatus ridet & irritos facit ac inualidos prorſus, ſuorum vindex & aſſertor Chriſtus Dominus. Impij tandem concidunt in medio conatu, vt omnium temporum exempla oſtendunt. Hoſtes Eccleſiæ proſternuntur, & occumbunt robuſti ſeu Tyranni: vt Pharao,

Exod.15. aquis maris rubri cum ſuis exercitib⁹ ſubmerſus, *Exod. 15. Dominus quaſi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Dixit inimicus, Perſequar & comprehendam: Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Flauit Spiritus tuus, & operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus. Quis ſimilis tui in fortibus Domine?* Benè igitur Ioël. *Ibi occumbere faciet Dominus robuſtos tuos.* Patet de Saule perſequente Dauidem, qui tandem periit, in quibus & perſecutorum, & Chriſtianorum, qui perſecutiones ab illis perpetiuntur, ingenium delineatur. Patet item in Sennacherib, cuius fortis ac robuſtus exercitus ab Angelo Domini exterminatus eſt. Quoniam contra populum Dei, & ſanctam ciuitatem inſurrexerat, ac graſſabatur, atque depopulari & perdere moliebatur: Sic de Antiocho, ſic denique de omnibus in vniuerſum Tyrannis. Sicut autem per regem Iehu, & Eliam Prophetam Dei, Baaliſtæ occiſi deletique ſunt: Ita & aliquando exterminabuntur hæretici Eccleſiæ aduerſarij. Sanctificate bellum, &c. id eſt, Parate, deſtinate, omnia huc comparate, & vos totos huc conuertite. Id enim verbum, ſanctificandi, (de quo aliàs diximus) innuit, vt relictis omnibus negotiis, hoc vnum agant. Quaſi dicat: ſtudia omnia & vires conferte, vt in Chriſtum, eiúſque Eccleſiam pugnetis, ô Gentes & regna mundi! Fruſtrà ſanè id eſtis facturi. Cudite ligones ſeu vomeres veſtros in gladios. Ligones & aratra, *Sarpes* vernaculè, inquit R. Selomo Gal-

R. Selomo Iarhi hic. lus, & *coultres de charrue.* Ita Hebraicas voces, Gallicè interpretatus eſt, Furor mundi demonſtratur à Satana impulſi & armati, vt omnia ferrea inſtrumenta in lanceas & haſtas vertantur, & nemo non ſit quantumuis debilis, qui non pugnet, & arma in Chriſtum capeſſat, & aduerſus Eccleſiam ſuam. Nemo amplius agriculturæ (quæ tempore pacis florere ſolet) dabit operam, Terra inculta iacebit. Omnes in militiā proficiſcētur, bellorum ciuiliū tempore, agricul-

agricultura vacat:teſte, lib. 1. Georgicõn, Virgilio, qui ſic cecinit. *Virgilius libro 1. Georg.*

Non vllus aratro
Dignus honos:ſquallent abductis arua colonis
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.

Deinde,

Sæuit toto Mars impius orbe.

Sic ille. Hæc dum recolo,& apud meipſum reuoluo,ſimile quidpiam temporibus bellorum ciuilium contigiſſe video. Ante belli ſacri tumultus, & cruentam tragœdiam, ab Hugnoſticis ſuſcitatam, cùm pax multa eſſet, conuerteramus nos Galli gladios ſiue enſes in ligones, & lanceas in falces,iuxta Iſaiæ vaticinium cap. *Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium.* Modò verò neglecta agricultura, & vtilibus ac neceſſariis artibus, magna Regni Franciſci pars arma exercet & tractat: ferrúmque ſtringit, non in hoſtes externos, ſed in ciues ac Catholicos, de Rege patria ac Regno ſemper optimè meritos. Hugnoſticos perduelles intelligo, qui manum Dei vindicem non ſemel ſenſerunt. Nam vno die apud Moncontorium ſexdecim eius factionis millia, Deo pro Catholicis pugnante, interempta ſunt. Aliâs ſæpè aduerſus eos Dominus iuſtam ſuam demonſtrauit indignationem, & exercuit punitionem, vt cùm in primis tumultibus, in Druidum campis victi ſunt, & dux eorum captus. Rurſus, in agro Dionyſiaco propè Pariſios, in fugam verſi: In ſumma, vt ad inſtitutum regrediamur, Occumbere tandem faciet Dominus robuſtos, potentes venatores hominum ſimplicium & manſuetorum. Tyrannos intelligò, & armatos lupos rapaces, contra ouiculas Chriſti, Hugnoſticos nempe contra Catholicos. Hic eſt exitus furoris mundi, quòd derepentè à Domino opprimuntur & delētur. Occumbere faciet Dominus fortes tuos ô hoſtis Eccleſiæ. Quaſi dicat, Vbi maximas vires veſtras putabatis, ibi eas franget Dominus ac proſternet: Manifeſtabat iſtud celebris Dauidis opilionis paſtoríſve & Goliath gigantis Monomachia, & certamen ſingulare, 1. Reg. 17. Vniuerſa Philiſtinorum agmina in prælium contra filios Iſraël congregata, in vno Goliath potiſſimum gloriabantur: *Exprobátque Philiſtæus ille agminibus Iſraël in robore ſuo confiſus.* Sed à ſimplici ac rei bellicæ imperito paſtore Dauide, qui *Iſai. 2. cap. & Micheæ 4. cap.* *1. Reg. 17.*

aduerſus eum in nomine Domini exercituum proceſſit, in funda & lapide proſtratus eſt, & cecidit in faciem ſuam ſuper terram Goliath immanis, haud dubiè à Domino per Angelum ſuum à tergo percuſſus, alioqui enim futurum erat vt in fronte ictus, ſupinus caderet & auerſus rueret, non autem in faciem ſuam. Videntes autem Philiſtiim in quòd mortuus eſſet fortiſſimus eorum, fugerunt. Sic-
Pſal.32. que implet hoc eiuſdem Dauidis vaticinium, *Pſalm. 32. Non ſaluatur rex per multam virtutem, & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ. Fallax equus ad ſalutem, in a-*
Rabbini. *bundantia autem virtutis non ſaluabitur.* R. Aben Ezra, & R. Dauid Kimhi, Imperatiuum eſſe putant, & quadrat admodum ſenſus iſte. Prior quidem ſic, Demitte, Domine, inquit, fortes tuos illuc, & ſunt Angeli. Poſterior verò ita, Fac deſcendere fortes &c. iſti ſunt Angeli. Sic illi, Merce-
4. Reg. 19. ro interprete. Aptiſſimè ad hunc locum citatur, 4. *Reg.19. quòd vna nocte venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum, de exercitu Sennacherib, centum octoginta quinque millia. Cúmque diluculò ſurrexiſſet, vidit omnia corpora mortuorum, & recedens abijt, & manſit in Niniue: & cùm ado-*
Exod.14. *raret idolum ſuum, à propriis liberis interfectus eſt. Item, Exod. 14. Tollens ſe Angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſraël, poſt tergum eorum ſtetit inter caſtra Ægyptiorum & caſtra Iſraël, vt ad eos Ægyptij accedere nõ valerent. Sic per Angelum ſuum Deus interfecit exercitum Pharaonis, & ſubuertit rotas curruum, ferebantúrque in profundum. Dixerúntque Ægyptij: fugiamus Iſraëlem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Sic.*
2. Mach. 11. *2. Macha. 11. Vt cognouit Machabæus, & cum eo exiſtentes, expugnari præſidia ab hoſtibus cum fletu & lachrymis rogabant Dominum, vt bonum Angelum mitteret ad ſalutem Iſraël. Et apparuit Ieroſolymis præcedens eos eques in veſte candida, armis aureis haſtam vibrans. Ibant igitur prompti de cælo habentes adiutorem, aduerſarióſque ſuos in fugam verterunt. Et 2.*
2. Mach. 15. *Mach. 15. Idem Iudas Machabæus aduerſus Nicanorem confliеcturus, orauit priùs hoc modo: Tu Domine, qui miſiſti Angelum tuum ſub Ezechia rege, & interfeciſti de caſtris Sennacherib centum octaginta quinque millia. Et nunc Dominator cælorum mitte Angelum tuum bonum ante nos in timore & tremore magnitudinis brachij tui, vt metuãt qui eũ blaſphemia veniũt aduerſus ſanctum populum tuum, & hic quidem ita perorauit. Et volente Deo, qui non ſecundum armorum potentiam, ſed prout ipſi placet, dat dignis victoriam, rerum potiti ſunt.* Hæc ibi. In eum

eum finem extat Regis ſancti & Prophetæ Dauidis in quodam Pſalmo oratio, huiuſmodi, *Fiant hoſtes tui, Domine, tanquam puluis ante faciem venti, & Angelus Domini coarctans eos & perſequens:* Idem modò hîc dicitur. *Demitte Domine, & deſcendere fac fortes tuos*, ſanctos nimirum Angelos, qui hoſtes tui nominis proſternant, & diſſipent, *Dicat infirmus quia fortis ego ſum, &c.* Quaſi dicat, Neque imbelles huic bello defuturi ſunt, ſed vel ſpe prædæ, vel contentione atque æmulatione (Gall. *à l'enuie*) vel prodendę ignauia pudore, ſinguli dicent: Quia fortis ego ſum. Et hæc quidem, pro magis recepta expoſitione verborum Prophetæ dicta ſunto. Cæterùm vt non obſcurè indicant D. Hieronymus, & Remigius, prædicti contextus & alius ſenſus eſt. Sic enim Hieronymus hoc loco: Locus iſte, ait, dupliciter intelligitur? Quidam enim arbitrantur hæc ſanctis gentibus prædicari, vt præparentur ad bellum, & pro populo Dei dimicent, vt omnia inſtrumenta agriculturæ, in glodios lanceáſque conuertant, vt infirmus dicat ſe eſſe robuſtum, & veniant omnes de circuitu, & in certamen Domini congregentur? Maximè quia iuxta 70. ſequitur, ὁ πραῢς ἔςω πολεμιςής vel vt alij codices habent, μαχητής. hoc eſt, Manſuetus & mitis ſit pugnator bellatórve. Hos volunt eſſe imitatores veri Dauid, de quo legimus, *Pſalm.* 131. *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius*, & ipſe loquitur in Euangelio: *Diſcite à me, quia mitis ſum, ſiue manſuetus, &c. Matth.* 11. Nobis autem Hebræorum opinionem ſequentibus videtur eſſe contrarium. Ideò enim gentes aduerſariæ Iſraëli, parantur ad pugnam: & aratra ſua ligonéſque vel falces in gladios lanceáſque commutant, & infirmus robuſtum ſe eſſe dicit, erumpúntque & veniunt de circuitu, & contra Domini exercitum congregantur: vt occumbere! Dominus faciat robuſtos earum, & intelligant ſe Deo aduerſante ſuperatas. Hæc iuxta literam ſibi Iſraël miſerabilis repromittit. Nos iuxta cœptam tropologiam: & gentes Dæmonum, & eos, qui quotidiè contra Eccleſiam dimicant: & in vltimo, qui ſub Antichriſto aduerſum ſanctos Domini pugnaturi ſunt, accipere poſſumus, qui idcirco congregantur vt pereant. Hucúſque Hieronymus. Nos mediam quandam viam ingreſſi, quòd Iudæi ad carnalem Iſraëlem transferunt, nos ad verum Iſraëlitam in ſpiritu & veritate, ad populum Catholicum ſcilicet, retulimus: complexi etiam ſimul D. Hieronymi

Palm.

D. Hieronymus hoc loco.

70. interpretes.

Pſal. 131.

Matt. 11.

tropologiam, de Antichriſti perſecutione in ſequentibus aliquid dicturi. Remigius autem ita ſcribit. Miſerrimi Iudæi ſemper literam ſequentes, & bona ſemper ſibi promittentes, referunt hoc ad ſe, & dicunt, quòd cùm venerit Chriſtus eorum & Hieruſalem aurata deſcenderit de cœlo, venturæ ſunt fortiſſimæ Gentes Gog & Magog contra eos, & pugnaturæ aduerſus eos: ideóque hortatur eos, ſermo diuinus, vt præparent ſe contra eas. Venite omnes gentes, & congregamini in auxilium earum. Ibi occumbere faciet Dominus robuſtos tuos, ô Gog & Magog: Dicunt, quòd ironicè prouocet eas contra ipſos, quia interficiendæ ſunt ab illis. Melius autem eſt, vt nos ad diem iudicij referamus, quòd præcipiat Deus omnipotens præparare electos ſuos, ad iudicandos inimicos ſuos ad pugnandum contra eos. Dicit ergo, ſanctificate bellum, ideſt, præparate vos ad iudicandum inimicos veſtros, & non ſolùm fortiſſimos martyres hortor, verumetiam infirmos, id eſt, ſimplices mites & manſuetos. (Aliâs enim in ſupernis infirmi eſſe non poſſunt.) Dicant ſinguli, fortes ſumus ad iudicandum inimicos noſtros. De ſanctis enim generaliter dicitur: Sapient. 3. *Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, &c.* Erumpite, ideſt, Exite de ſepulchris veſtris, & venite ſcilicet ad iudicium Domini. Omnes gentes, quæ perſequutæ eſtis populum Domini. Ibi, ideſt, in illo loco iudicij, occumbere faciet Dominus robuſtos tuos, ô gens & generatio mala. Illos appellat robuſtos, nempe principes huius ſeculi, qui ſua virtute cogebant populos recedere à lege Domini. Sic ille non alienè, aut omninò extra rem. Lyranus noſter hæc omnia de perſecutione futura Antichriſtiexponit, qui violentia armorum conabitur transferre Dei cultum ad ſe 2. Theſſ. 2. *Oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Clamate hoc in omnibus gẽtibus.* id eſt, Clamabitis vos miniſtri Antichriſti. Sanctificate bellum, id eſt confirmate contra colentes Deum. Verbum Hebraicum hîc poſitum, æquiuocum eſt ad præparare & ſanctificare. Sanctificate ergo bellum vel præparate. Suſcitate robuſtos vt adhæreant Antichriſto. Concidite aratra id eſt alias occupationes dimittite, & ei adhærete. Infirmus dicat, id eſt. Nullus ſe excuſet, quin ei obediat in perſecutione Chriſtianorum. Erumpite, id eſt venite cum magno impetu ad Antichriſtum, & potiſſimum in Hieruſalem, vbi oſtendet ſe tanquam ſit Deus. Ibi occumbere

Remigi⁹ hoc loco.

Sapient. 3. cap.

Lyranus in Ioel 3. cap.

2. Theſſ. 2.

faciet

faciet robuſtos tuos: interficiens Antichriſtrum, & maiorem partem ſibi adhærentium. Ponit deinde finale iudicium, vt addantur aliqua, quæ ſuprà omiſſa ſunt. Siquidem poſt prædictam Antichriſti perſecutionem, erit mundi conſummatio, & extremum iudicium, in quo vel præmia vel ad pœnas adiudicabuntur ſinguli. Hactenus Lyranus.

Numquam horribilior tribulatio erit, quàm temporibus Antichriſti. vnde Matth. 24. *de illis temporibus dicitur, Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, vſque modo neque fiet.* Duratura eſt hæc anguſtia ex Daniële propheta, *per tempus & tempora & dimidium temporis, hoc eſt*, per 3. annos cum dimidio, quod in Apocalypſi c.11. menſibus 42. exprimitur. Futura eſt tunc temporis, per eius aſſeclas & ſtipendiarios ingens ſanguinis effuſio: Ideò falces in lanceas vertendas & conflandas prędicit ac vaticinatur. *Mat. 24.* *Daniël.* *Apoc. 11. cap.*

Vide, amabo, Antithesim Chriſti & Antichriſti. Iſaias Euangelicus Propheta magnam pacem tempore nati Meſſiæ ſignificare volens, conflabunt, ait, gladios ſuos in vomeres: hic contrà propter diſcordiam temporibus Antichriſti bellaque ingruitura, oppoſitum dicitur. Cæterùm Deus Antichriſto faſtum ſathanicum non diu permiſſurus eſt. Ideóque ſubditur: ibi occumbere faciet robuſtos eorum, 2. *Theſſ.* 2. *Dominus, ait Apoſtolus interficiet Antichriſtum ſpiritu oris ſui, & deſtruet eum illuſtratione aduentus ſui.* Non prætermittēdum exiſtimaui, quod inter D. Auguſtini opera, tom. 9. tractatu de Antichriſto, refertur hoc pacto: ille homo peccati & filius perditionis appellatur, 2. Theſſal. 2. quia inquantum poterit genus humanum perdet, & ipſe in nouiſſimo perdetur. Dicit Apoſtolus vbi ſuprà non antea in mundum Antichriſtum eſſe venturum, niſi venerit primum diſceſſio, id eſt, niſi diſceſſerint omnia regna à Romano imperio, quæ priùs ſubdita erant illi. *2. Theſſ. 2.* *D. Auguſtin. to. 9. tract. de Antichriſto.* *2. Theſſ. 2.*

Hoc autem tempus nondum aduenit, quia licet videamus Romanum imperium ex maxima parte deſtructum, tamen quamdiu reges Francorum durauerint (nota valde) qui Romanum imperium tenere debent, Romani imperij dignitas ex toto non peribit, quia in regibus ſuis ſtabit. Quidam verò doctores noſtri dicunt, quòd vnus ex Regibus Francorum (nota rurſus) Romanum Imperium ex integro tenebit, qui in nouiſſimo tem-

 pore

pore erit, & ipſe erit maximus, & omnium Regũ vltimus. Qui poſtquàm regnum ſuum fœliciter gubernauerit, ad vltimum Hieroſolymam veniet, & in monte Olueti ſceptrum & coronam ſuam deponet. Hic erit finis & conſummatio Imperij Romanorum Chriſtianorúmque. Statimque ſecundum prædictam ſententiam Apoſtoli Pauli, Antichriſtum dicunt futurum. Et tunc quidem reuelabitur homo peccati, Antichriſtus videlicet, qui licet homo, fons tamen erit omnium peccatorum. Et extollet ſe ſupra omne quod colitur, id eſt, ſupra ſanctam Trinitatem, quæ modò ſola colenda & adoranda eſt ab omni creatura. Atq; ita ſe extollet, vt in templo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Nam in ciuitate Babyloniæ natus, Hieroſolymam veniens circuncidet ſe dicens. Ego ſum Chriſtus vobis repromiſſus, quia ad ſalutem veſtram veni, vt qui diſperſi eſtis congregem, & defendam. Tunc confluent ad eum omnes Iudæi, æſtimãtes Deũ ſuſcipere, ſed ſuſcipiẽt diabolũ. Hactenus ex illo tractatu, quem valdè probabile eſt non eſſe Auguſtini, vt ibidem prænotatur. Quæ tamen ex illo recenſuimus, pluſquàm probabilia ſunt, & maxi-

Ioan.5.c. ma ex parte in ſacris ſolidum habent fundamentum, Ioã. 5. *Exprobrat Chriſtus incredulis Iudæis. Ego veni in nomine patris mei, & non recepiſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis. Antichriſtum intelligit.* Obſerua phraſim

Ioël. c.2. ſcripturæ. Sanctificate bellum, &c. ſuprà *Sanctificate ieiunium, cap. 2. Sanctificare, in genere ſignificat* moliri aut cona-

Ier.6.& Micheæ 3. cap. ri aliquid, præparare, adornare, vt Ierem. 6. & Micheæ c. 3. Priore loco dicitur, *Sanctificate ſuper eam bellum. Poſteriore autem contra prophetas, qui ſeducunt populum. Sanctificant, inquit, ſuper eum prælium.* Sãctificare eſt præparare vel etiam confirmare bellum, quia ſanctum etiam dicitur firmum.

Theodoretus hoc loco. Et Theodoretus in hunc locum ſic annotat: Rurſus, ait, ad Gentes Scyticas prophetiam conuertit. Iubet prædicare Gentibus, excitare pugnatores, delectus facere, & ſeligere in bellum. Hoc enim vocauit ſanctificare, quoniam ſanctus ſeipſum à ſceleratis rebus ſeparat. Omne quod in aliquid ſeiunctum eſt, & ſelectum, ſanctificatum vocat: ſic ſuprà ſanctificate, inquit ieiunium, hoc eſt, ſeparate, ſeligite. Eſaias de Babyloniis verba faciens, inquit, Sanctificati ſunt, & ego duco eos: hoc eſt, ad hoc ſelecti & ſeparati. Hucuſque Theodoretus. Puto autem allatum ab eo

Eſai.13.c. Eſaiæ locum illum eſſe, qui capite 13. inſeritur: *Ego mandaui ſan*

ui ſanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea. De Babyloniis ſermo eſt. Nã contra eos vaticinium extat ibi, denuncians calamitâtem Babylonis, & onus Babylonis appellatur. Vocat autem Dominus Medos, de quibus infrà ibidem, ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos, ſanctificatos, quia illis tanquam ſuæ iuſtitię miniſtris, Babylonios euertebat. *Ita per Ieremiam c. 25. ipſum Nabuchodonoſorem regem Babylonis, appellat Deus ſeruum ſuum*, quia eo tanquã ſeruo præuaricatricem Ieroſolymam delebat. Conſequitur itaq; quod ſanctificare bellum non incongruè, (vt de Sabbati ſanctificatione, id eſt ad Dei cultum applicatione, & de ieiunij ſanctificatione, id eſt, ad ſanctitatem, & animam ſanctificandam, corporis afflictione & maceratione carnis, ſuprà dictum eſt) pro eo quod eſt ad Dei cultum & honorem, pro religione ſarta tecta tuenda & defendenda, bellũ ſuſcipere ac præparare ſumitur. Inde bellum ſacrum, vnde Moſes Leuitis contra idololatras arma tractantibus, eóſq; interficientibus, ex zelo legis Dei, & propter eius honorẽ, dicebat: *Conſecraſtis manus veſtras Domino, vt detur vobis benedictio, Exod. 32.* Quam nobis quoque clementiſſimus Dominus noſter concedere dignetur. Amen.

Ier. 25.

Exo. 32.

HOMILIA XXIIII.

Conſurgant & aſcendant Gentes in vallem Ioſaphat: quia ibi ſedebo vt iudicem omnes Gentes in circuitu. Mittite falces, quoniam maturauit meßis: Venite & deſcendite, quia plenum eſt torcular, exuberant torcularia: quia multiplicata eſt malitia ipſorum.

IOELIS CAP. III.

QVandoquidem ſuperiore Homilia nõ omnia, quę dicenda erant ſuper propoſita materia complexi ſumus: huic idcirco concioni reliqua non contemnenda de propoſito Themate inſerere decreuimus, cõtextum deinde allatum interpretaturi (ſi Deus voluerit.) *Sanctificate bellum, dicit vates &* iuxta

70.inter- pretes. 70. Manſuetus ſit vir pugnator. Dicendum itaque de ſacro bello, in quo gerendo ſtrenuos ſeſe præſtare debent etiam manſueti ac mites, declarantes zelum pro domo Dei (quæ eſt Sancta Eccleſia Catholica) Dicat ergo manſuetus, quia fortis ſum, & pro aris ac focis, vt dici ſolet, ſi neceſſe ſit, viriliter & animosè pugnet. Quis neſciat Dauidem manſuetudinis nomine præſertim celebrari & cõmendari? Iuxta illud, Et omnis manſuetudinis eius, *in*
Pſal.131. *Pſalmo, Memento Domine Dauid.* Idem tamen Dei zelo ductus, de ſeipſo profitetur: Zelus domus tuæ comedit me, Annõ vir bellator erat? Quoties ἀλλοφύλους ſiue alienigenas Philiſtęos aggreſſus eſt: in cauſa etiã Religionis, vt in duello aduerſus Philiſtæum Gigantẽ, (Agebatur enim tũ de honore nominis Dei Iſraël, cui exprobrabat incircunciſus ille) quoties eos deuicit, in fugam vertit, & illos humiliauit? Perlegantur ſacræ Regum Hiſtorię. Prudẽs Abi-
1.Reg.25 gail, 1.*Reg.25.Dauidi dixit: faciens faciet Dominus tibi Domino meo domum fidelem, quia prælia Domini* (obſerua & animaduerte ſedulò) *tu præliaris.* Prælia Domini dixit, vt in-
Lyranus in 1.Reg. 25. terpretatur Lyranus noſter, quę ad Dei honorẽ, & cõmunem populi fiebant vtilitatẽ. Prælia ſunt Domini, quę pro tuendo eius honore ac cultu geruntur à piis aduerſus impios. Et quis eſt ſanæ mentis, qui non iuſtũ huiuſmodi bellũ eſſe cenſeat, quod pro religione ac fide apparatur? Cùm
D. Aug. tom.5.de ciui.Dei, lib. 22.c. 6.ex Cicerone. Ciceronis tametſi gentilis grauiſſimo teſtimonio, à D. Auguſtino to.5. De ciuitate Dei li.22.ca.6. allato, & probato, facilè id perſuadeatur. Sic ergo Auguſtinus, Scio, inquit, in libro Ciceronis tertio, niſi fallor, de replica, diſputari, nullum bellum ſuſcipi à ciuitate optima, niſi aut pro fide aut pro ſalute. Sic ille. Athenienſium etiam calculis & ſuffragiis cauſa cadet, qui licere pro aris & focis, (quod idem eſt ac ſi diceremus, pro fide & pro ſalute,) pugnare, iuerit inficias. Scribit enim Iuli⁹ Pollux, in onoma-
Pollux li. 8.§.448 Dictionarij ſui, & apud Stobæum ſer.41. Ariſt. idẽ habet. ſtico li.8.§.448. περὶ περιπόλων καὶ ἐφήβων. De circuitoribus & Ephebis. Habetur etiam apud Stobæum ſermo 41. ex Ariſtotele Militare ſacramentũ ſiue iuſiurãdum. Gręca omittam, prolixitatis, vitandæ gratia. Latina autem ſubiungã ſub hac forma: Pugnabo pro focis & aris ſolus & cũ multis. Patriam nec turbabo nec prodam: receptis conſuetudinibus parebo: & ſi quis leges receptas ſuſtulerit, nõ permittã: tuebor deniq; & ſolus & cũ reliquis omnibus: atq; patria ſacra colam. Sic ibi. De magiſtratu autẽ Athenienſi

ſermo

ſermo eſt. Pro aris & focis, crebrò apud Romanos ſcriptores reperitur, quod idem eſt, ac ſacra & prophana defendere. Originem habens, ex ſacramento militari, inter cætera enim milites etiam iurabant ſe pro aris & focis pugnaturos. Ex Vlpij, Adagiorũ Epitome §.42. Sed vt propius ad rem accedamus: notanda eſt imprimis D. Patris Auguſtini ſententia: lib.1. de ciuit. Dei cap.21. dicentis: Nequaquam contra præceptum, non occides, Exod.20. fecerunt, qui Deo authore bella geſſerunt, aut perſonam gerentes publicæ poteſtatis, ſecundum eius leges, hoc eſt, iuſtiſſimæ rationis imperium, ſceleratos morte punierũt. Sic ille Nonne Iudæi, vt ex ſacris Bibliis facilè quiuis deprehendat, geſſerunt quidem bella, ſed iubente diſertis verbis Deo? De expugnatione vrbis Hiericho & ciuitatis. Hai ſub Ioſue. De die Madian, tam celebri apud Iſaiam, ſub Gedeone, in libr. Iudicum, & de innumeris aliis præliis, liquido conſtat. Præterea, iuſti belli cauſam eſſe, Religionis defenſionem ac protectionem, quis abnuat? 1. *Machab.2. Mathatias cum ſibi adhærentibus bellum, geſſit pro animab us conciuium ſuorum, & iuſtificationibus Domini, zelo legis accenſus: & Iudas Machabeus filius eius dixit: cap.3. Eſtote parati, vt pugnetis contra nationes has, quæ conuenerunt aduerſus nos diſperdere nos & ſancta noſtra: quoniam melius eſt mori in bello, quàm videre mala gentis noſtræ, & ſanctorum.* Supple cõculcationẽ ac profanationẽ. Qui belli ſacri hiſtorias veteres euoluerit, nullo diſcet negotio, Chriſtianorũ principũ, pro recuperanda Hieroſolyma & terra ſancta, ante 400. annos, fortitudinem bellicam & militarem, ex zelo religionis profectam. Quo de negotio ampliſſimè ſcripſit Gulielmus Tyrius Archiepiſcopus, & regni Hieroſolymitani fideliſſimus cãcellarius, lib.23. Is igitur lib.1. ca. 15. refert, quòd Vrbanus Papa apud Clarũ montẽ Aluerniæ ciuitatem celebrans conciliũ generale, ad expeditionem cõtra infideles, pro via Hieroſolymitana: exhortatus fuerit Chriſtianos principes, in hoſtes fidei & nominis Chriſtiani arma mouere & bellũ ſuſcipere, fidelibus Chriſtianis, qui contra eos arma ſuſceperint, & onus ſibi huius peregrinationis aſſumpſerint, iniunctas ſibi pro delictis pœnitentias relaxans, & peccatorum indulgentiã in vera pœnitentia decedentibus impertiens. Et, c. 16. conſequenter ſcribit: De mandato Domini Papæ iniunctum fuiſſe, vt quotquot prædictæ viæ voto ſeſe obligarent, viuificæ crucis

D. Aug. to.5. li. 1. ca.21. de ciui. Dei. Exo. 20. cap.

Ioſue ca. 6. & 8. Iudic. ca. 7. & Iſa. cap.9.

Gulielmus Tyrius, li. 1. Belli ſacri ca.15. & 16. c.

 cis

cis ſalutare ſignum veſtibus imprimerent, & in humeris illius ſibi portarent memoriam, cuius paſſionis locũ viſitare propoſuerant, illũ imitãtes, cui ad noſtrã redemptionẽ properanti, *factus eſt principatus eius ſuper humerum eius* (*Iſai.9.*) Sed & illud mandatũ Domini iuxta literã videbatur impleri: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipsũ & ſequatur me. *Matt.16.& Luc 9.* Sic ibi. Nos Galli appellare cõſueuimus, *La croiſade pour le voyage d'outre mer.* Annales noſtri Francici ſatis ſuperq; nos edocent, quomodo Ludouicus 9. Francorũ rex, (qui Diui titulo celeberrimus habetur) Põtifarç decũbens lecto, cùm nullũ à Medicis remediũ ſupereſſe videret, voto ſe obſtrinxit, mare traiecturum, & Dei honorẽ Religionemq; Chriſtianam atq; reip. cladem, pro viribus ſe vlturum, quàmprimũ ſanitatẽ recuperaret. qui cõpos voti factus, militiam Chriſti ſuſcepit, & in Aſiam cum exercitu ſuo traiecit, circa annum D. 1248. Diuus ipſe Ludouicus aduerſus Saracenos fortiter pugnãs in prima acie, victori Barbaro manũ dare deditionẽq; facere coactus eſt. Mori ſacro bello, Rex Chriſtianiſſimus ſanctum habebat, eadem & reliquis ſub tali duce mens. Sed parendum fuit neceſſitati. Ludouicus autem quintum iam annum in oriente agebat. Vita eius ipſis etiam Barbaris miraculo erat, compluréſque, quod armis extorquere nulla potuerat vis, nomẽ ex Saracenis Chriſto dedêre, baptiſmaq; ſuſceperũt. Domum igitur ſexto, poſtquam abierat anno regreſſus eſt. Et iterũ nouã ĩ Barbaros infideles expeditionẽ molitur. Anno igitur ſeptuageſimo poſt du cẽteſimũ ſupra milleſimũ, in Africã vt Tunetim oppugnaret traiecit, aſſumptis ſecũ tribus liberis. qua in expeditione Rex ſanctus ad octauũ Kal. Septemb. ventris profluuio deceſſit. Vides D. Ludouicũ apud Damiatã, in vincula Soldani veniſſe, rurſusq; libertati reſtitutum, in expeditione Aphricana contra infideles, in bello ſacro ſtrenuè gerendo, diem ſuũ obiiſſe. Qui rerũ Hiſpanicarũ ſcripſerunt hiſtorias, bellũ ſacrum contra Saracenos, qui Hiſpanias inuaſerant, geſtũ referunt: quomodo ſcilicet cùm Alphõſus rex Caſtellæ Rodericũ Toletanum præſulem ad Pontificẽ Innocentium, tertium huius nominis, Romam miſiſſet ad impetranda ſupplementa aduerſus Sarracenos Pontifex nihil cunctatus, vndiquaque conqueſitum militem ſubmittebat, quem proficiſcentem crucem inſigniri & ſpe vitæ æternæ ſuſtentari, ac fortiter agere iubet. Audita

Iſai.9.

Mat.16. & Luc. 9.c.

Annales Gallici.

Rerũ hiſpaniarũ ſcriptores.

autem

autem remiſſione peccatorum, quam in militiam proficiſcẽtibus, ſummus Pontifex indulſerat, venit magna multitudo militum, de tranſmontanis partibus in fidei Catholicæ aduerſus Mahometanos defenſionem & munimen. Omnes verò cruce ſignati erant pro fide Catholica pugnaturi, qui in virtute crucis Dominicæ hoſtes proſtrauerunt. Sic enim bellum gerebatur, ligno ſcilicet crucis Dominicæ præeũte & vexillo regio Alfonſi (puto octaui eius nominis) in quo erat imago D. Virginis & filij ſui, inſignis regiis ſimul ſuppoſitis. Cumque exercitus ille Chriſtianorum militum, (vt idem Alfonſus ea de re ad Innocentium miſſa teſtatur Epiſtola) pro fide Chriſti, conſtanter mori eligeret, attendentes vniuerſi Chriſtiani, crucis Chriſti, & imaginis ſuæ matris ignominiam, quas lapidibus & ſagittis impetebant Sarraceni, in arma furentes: aduerſus illos tam acriter decertauerunt, vt Sarracenorum regem cum ſuis in fugam verterint (auxiliante Deo.) Sicque bellum Domini, ſolius Domini virtute eſt conſummatum fœliciter. Deo autem honor & gloria, qui cruci ſuæ dedit victoriam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Fuerunt autem milites Sarraceni 185. millia equitum, peditum verò non erat numerus. Occubuerunt autem in bello centum millia armatorum, & ampliùs ex parte aduerſariorum, ſecundum æſtimationem Sarracenorum, quos poſtea cepimus. De exercitu autem Domini, quod non ſine grandi gratiarum actione recenſendum eſt, & quod incredibile eſt, niſi quod miraculum eſt, vix 25. aut 30. de toto noſtro exercitu occubuerunt: vt autem tanta occiſorum multitudo probabilior videatur, cùm exercitus noſter, poſt conflictum, biduo in caſtris eorum remanſerit, ad omnia incendia, quæ neceſſaria erant in coquẽdis cibis & pane & aliis, non conſumpſerunt alia ligna, niſi de ſagittis & lanceis eorum, quæ remanſerunt, & vix comburere potuerunt medietatem. Hæc ad longum deſcribuntur in illa regis Alphonſi ad Papam Epiſtola, De bello Hiſpanorum & Sarracenorum, quæ habetur ad calcem de bello ſacro. Quid de Albigenſium hæreſi extincta, Chriſtianorum cruce ſignatorum armis dicemus? Innocentius pontifex, idem qui ſuprà, belli aduerſus illos ſacri ſuſcipiendi author fuit, legatóſque ſuos miſit ad excitãdos in nefariam ſectam animos: & ad eos ſanandos, ſi reſipiſcere vellent, miſſus eſt Diuus Dominicus Prędicatorũ Archimãdrita & fundator. Cuius

Epiſtola, De bellò Hiſpanorum & Sarracenorum.

Cuius in tollenda Albiorum hæreſi, virtus enituit. At verò peruicaces hæretici, neque vitæ, neque orationis prædicationiſve ſanctitate permoti ſunt. Armis etiam pertinaciter ſe tutabantur: Sacræ militiæ inſignia, crúxque in eos ſuſcepta, & in militum ſtipendium, pecuniá pro pietate quiſque animi conferebat. Illique bello Symon Comes Montefortis, dux & Imperator præfectus eſt, cui totius huius Sacri belli ſumma innitebatur ac incumbebat, procerum, qui ex Italia, Gallia & Germania religionis cauſa arma cœperant magno conſenſu. Cúmque circiter centum millia armatorum eius factionis in acie aduerſus Symonem, ne decima quidem parte hoſti parem cõſtitiſſent, Dux & milites confeſſione priùs ac ſacra cõmunione operati, (Nota diligenter) ſe cœleſti ope muniuêre. Pontifices Toloſatiũ, Agathenſium, Lodouenſium, Conuenarum, quos populares ſedibus exegerant, in noſtrorum exercitu erant, cum Dominico ſancto viro. Hi quidem non ſtringebant enſes, nec corporalia arma gerebant: (Quãdoquidem teſte Apoſtolo: Arma militiæ noſtræ carnalia non ſunt, ſed potentia Deo. Et Nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſæcularibus) verùm ſanctis exhortationibus, ſalubri conſilio, deuotis orationibus. Sacramẽtorum miniſtetio ac diſpenſatione, plurimùm rem Chriſtianam adiuuerunt ac promouerunt. Dum committitur, dum trahitur prælium, Deum Opt. Max. precantur, pro cauſa ſua ſtet, Ducem ſe ſuis militibus præſtet. Crucem, quam pro militiæ inſigni accepiſſent, inuictam velit: hoſtes, qui viribus, & ope omni humana ſuperiores ſint, eos ne ſineret etiam de his triumphare, qui omnem ſpem ſuam in numine collocaſſent, moueretur cauſſa, precibus, obſecrationibus, votis. Valuerunt lachrymæ, vicit religio, fuſa & fugata multitudo à paucitate, furor à religione. Rerum potitus eſt Comes, copiarum cruce ſignatarum Imperator Symon prænominatus. Plus viginti millia ex parte aduerſa deſiderata, cæteri armis exuti. Ex nobilitate noſtra vnus omninò interiit, cum paucis admodũ, atque his neque ſanguine neq; virtute inclytis. Vt præclarè vicerat Simõ, ita nõ ſegniter victoria vſus, oppida circumiecta cœpit, ne hæreticorum partes iuuare vllo modo poſſent. Id apertiù docet Epiſtola quædam, in fine voluminis Hiſtoriæ Belli ſacri impreſſa, in qua ſic fertur. Comes Montefortenſis & cruce ſignati, cùm eſſent inermes ab hæreticis Albigenſibus, fraudulenter ac dolosè præoccu

Epiſtola, de Albigenſium hæreſi extincta.

pręoccupati,per cordis contritionem,& oris cõfeſſionem, vt potè veri cultores fidei Chriſtianæ, mundati ſalubriter à peccatis armis ſuis ſe viriliter accinxerunt, & in hoſtes impetum ac impreſſionem fecerunt,licet illorum reſpectu pauciſſimi eſſent,multitudinem magnam non verentes,armati virtute ex alto,eos viriliter ſunt aggreſſi. Statímque virtus altiſſimi per manus ſeruorum ſuorum, hoſtes ſuos confregit,& comminuit in momento. Certus hoſtium interfectorum numerus,tam militum quàm aliorũ præ multitudine nullatenus ſciri poteſt. De militibus autem Chriſti,vnus ſolus in tanto interemptus eſt conflictu,& pauciſſimi ſeruientes. Omnis ergo populus Chriſtianus de Chriſtianorum victoria,gratias agat Chriſto Deo, qui eſt Dominus fortis & potens in prælio, quique per paucos fideles infidelium innumerabilem multitudinem ſuperauit, & Eccleſiam ſuam ſanctam de ſuis conceſſit hoſtibus fœliciter triumphare. Ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Nos Tholoſenſis,& Nemauſenſis,Vticẽſis, Lodonenſis, Biterricenſis & Conuenarum Epiſcopi,& de Claraco, Villa magna, & ſancti Tyberij Abbates, qui mandato venerabilis & dilecti Patris Narbonenſis, Archiepiſcopi Apoſtolicæ ſedis legati veneramus, præſcripta omnia ſic vidimus & audiuimus, eáque eſſe veriſſima, in verbo Domini perhibemus, conſignantes ea noſtrorum munimine ſigillorum, vt pote reſeruari digna in memoriam ſempiternam. Et cùm Dominus Papa contra prædictos Albigenſes hæreticos, fideles quoſque populos per indulgentias innouatas iubeat exhortari, fidelitatem veſtram in Domino monemus, quatenus ad reſiduũ ſectæ & hæreſeos præfatæ deſtruendum, muniti ſigno crucis in pectore, contra crucis inimicos duriſſimos veniatis, vt deſtructis aduerſitatibus, id eſt, contrarietatibus & erroribus vniuerſis ſponſa Chriſti,Chriſto ſecura ſeruiãt libertate. Etenim ſine omni ambiguitate noſcere debet vniuerſitas veſtra, quod ſummus Pontifex ad extirpandam hæreticam prauitatem, laborem huius negotij fidei iniunxit, & modò per innouatam indulgentiam iniunget vniuerſis Chriſti fidelibus in remiſſionem omnium peccatorum ſuorum. Eia ergo accingite vos milites Chriſti, ad vindicandam Chriſti iniuriam,ſecuri pro certo,quòd iam incipit cauda poni in ſacrificiũ,& finis toti negotio IESV CHRISTI vobis

ſuccur

ſuccurrentibus appropinquat. Datum Anno Domini 1213. Menſe Septẽbri, in craſtino victoriç glorioſæ. Extat etiam, huius ſacri belli hiſtoria in vernaculam noſtram linguam transfuſa: Reuerẽdo Domino Arnaldo Sorbino, nunc Niuernenſi Epiſcopo longè digniſſimo, tralatore ſiue interprete. Quæ bella ſacra communi nomine, *La Croiſade*, Gallicè nuncupare ſolemus. Sed de his dixiſſe ac retuliſſe iſta, ſufficiat, occaſione ſumpta ex his verbis: *Sanctificate bellum, & manſuetus ſit vir bellator*, ex 70. tralatione. Qui enim ſummi Pontifices, Pij, & Catholici ac Chriſtianiſſimi Reges, & Comites, ſuprà commemorati ſunt non truces vel crudeles, ſed mites ac manſueti, bellum ſacrum, pro Deo gerentes, meritò cenſendi ſunt, & in bonorum numero habendi. Implentéſque illud Iſaiæ vaticinium, c. 49. *Erunt reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ. Item c. 60. Mamilla regum lactaberis. rurſus ibidem, Gens & regnum quod non ſeruierit, tibi peribit, & vocabũt te ciuitatem Domini Sion, &c.* Nunc ad contextum accedamus.

Hiſtoria belli ſacri cõtra Albigẽſes in gallicũ conuerſa ſermonem.

Conſurgant & aſcendant gentes in vallem Iehoſaphat, &c. Expoſitio eſt eorum, quæ dicta iam & explicata ſunt huius capitis initio, omnem autem certitudinem, & conſilij conſtantiam hæc repetitio cõtinet. Seipſum iudicem pronuntiat Deus, ac ſeſſurum ſe pollicetur, vt omnes iudicet gentes. Cui quadrat apprimè iſtud, Matth. 25. *Cùm ſederit filius hominis in maieſtate ſua, congregabuntur ante eum omnes gentes.* Qua de re fuſiùs in Decadibus noſtris. Fer. 2. poſt primam 40. Dominicam, egimus. Ibi ſedebo, tanquam iudex (cuius eſt ſedere) vt iudicem omnes gentes circumquaque. Sedere Dominus dicitur cùm iudicat. Pſalm. 9. *Feciſti iudicium meũ & cauſam meam. Sediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam. Ibi infrà, Parauit in iudicio thronum ſuum & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia.* Pſalm. 46. *Regnauit Deus ſuper gentes, Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.* Pſalm. 28. *Sedebit Dominus rex in æternum.* Nota neminem eximi à iudicio Domini. Sed cogendi ſunt in vniuerſum omnes ante thronum. Conſurgant, ait vates, accommodato ſanè vocabulo. Hic enim agitur de mortuorum reſurrectione, & extremo iudicio. Ideo Lyranus noſter ſic interpretatur: Conſurgant ſcilicet de ſepulchris ſuis, per generalem reſurrectionem, Daniel. 12. *Qui dormiunt in terræ puluere euigilabũt, alij in vitam æternam, alij autem in opprobrium: &*, Ezech. 37. *oſſa arida audite verbum Domini:*

Mat. 25.

Lyranus hoc loco.

Dan. 12.

Ezec. 37

Domini: Ecce ego intromittam in vos ſpiritum, & viuetis. Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educã vos de ſepulchris veſtris. Itẽ Iſai. 26. *Viuẽt mortui tui, interfecti mei reſurgẽt, &c.* Iob. 19. *In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & Ioan. 11. Scio, ait Martha de fratre ſuo Lazaro iam fœtẽte, & quatriduano mortuo, quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Ioan. 5. rurſus dicitur, Omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei, &c.* Quod ſi quis illud Pſalm. 1. *Non reſurgunt impij in iudicio, &c. obiecerit.* Reſponſio in promptu eſt ex ſequenti hemiſtichio: *Neque peccatores in concilio iuſtorum.* Reſurgent enim, non vt inueniantur in concilio iuſtorum, ſed demeritis eorum exigentibus, vt detrudantur in voraginem ac abyſſum inferorũ, ibique ſint in cœtu damnatorum. Non reſurgent in reſurrectione iuſtorum, ſed in reſurrectione iudicij: non ad vitam, ſed ad duplam mortẽ. *Sicut* 2. Mach. 7. *Antiochus, ab vno ex 7. fratribus Machabaeis martyribus audiuit: Tibi reſurrectio ad vitam non erit.* Vel, non reſurgent, id eſt conſiſtere non poterunt in tremendo illo iudicio, ſed cadent cauſa, & acribus flammis addicentur atque adiudicabuntur. *Aſcendant gentes in vallem Ioſaphat, &c.* Quomodo aſcenſus eſſet in vallem: cùm deſcenſus ex oppoſito fiat in valles, & aſcenſus in montes? Præterea ſequenti periodo dicit, Venite & deſcẽdite, quia plenum eſt torcular. Quomodo eiuſdem rei reſpectu aſcenſus erit & deſcenſus? Reſpondeo, quod priore loco & ordine dicitur, Aſcendant in vallem Ioſaphat, intelligendum venit de aſcenſu, non quidem nudè ac ſimpliciter in ordine ad vallem, ſed implicita & tacita quadam intelligentia, reſpectu ſepulchrorum vnde prodire debent, atque ab illis conſurgere, qui ſuſcitati ſiſtent ſe in valle Ioſaphat ad Domini iudicium. Sic enim Remigius ad præſentem locum, Conſurgant & aſcendant, inquit, ſcilicet, de ſepulchris, & veniant ad iudicium. Quod verò, infrà dicitur: Venite & deſcendite, &c. habetur conſideratio ad Metaphoram vindemiæ & torcularis, vbi calcantur vuæ, & notum eſt, deſcenſu opus eſſe in torcular concauum & profundum. Senſus ergo eſt: Venite & deſcendite in torcular, Quod licet idem ſit, quod vallis Ioſaphat, ſeruata tamen analogiâ appoſitè deſcenſus fit mentio, qui etiam perbellè, valli competit. Sequitur. Mittite falces, quoniam maturuit meſſis, & plenum eſt torcular, &c.

Iſai. 26. Iob 19. Ioan. 11. c. & 5. c. Pſalm. 1. 2. Mac. 7 Remig. hîc.

Duabus ex ruſtica re tranſlationibus futurum impiorum

piorum excidium elegantiſſimè ſignificauit, altera meſſis, altera verò vindemiæ. Vtramque enim idoneo tempore, vbi fructus iam maturuerint fieri neceſſe eſt. Hæc duo publico ſtragem & communem calamitatem adumbrant

Oſeæ 6.c. & ſignificāt: *Vt Oſeæ 6. Iuda pone meſſem tibi, & Threno. ideſt*

Threno. *vindemiauit me, in die iræ furcris ſui.* Quibus in locis indica-

1. tur eos, de quibus ſermo, Deo iam pœnas dediſſe, vel propediem pœnas daturos. Allegoriam explanat Vates, cùm ſubiungit, Completa eſt malitia eorum. Iam nimium excreuit Gentium aduerſariarum Dei impietas & furor. Itaque earum perdendarum tempus eſt. Id eſt, quod dixerat Maturuiſſe meſſem, refertum torcular. Huic propoſito quadrat quod Antiocho tyranno ab vno ex 7. martyribus

2. Mach. dictum eſt. 2. *Machab.* 7. *Tu autem ne exiſtimes tibi impunè*

7. cap. *futurum, quod contra Deum pugnare tentaueris. Mittite falces; &c.* Hæc ad Angelos, vel ad alios quoſcumque diuinæ vltionis executores dicuntur, Demetite, Calcate. *Nam &*

Mat. 13. *Matth.* 13. *Meſſis eſt conſummatio ſeculi, Chriſto interprete.*

cap. Comparat Gentes illas frugibus, quæ maturuerunt, & aduenit tempus earum vt metantur, vt mittat quis falcem ad eas metendas. Sic harum gentium tempus aduenit, vt gladio in hac valle moriantur: Deſcendite in hanc vallem. Nam eſt velut torcular, quod plenum eſt vuis, quas calcare oportet. Dicebatur ad Angelum habentem acutam falcem in manu: *Mitte falcem & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit meſſis terræ. Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ, quo-*

Apoc. 14 *niam maturæ ſunt vuæ eius. Apocalip.* 14. *capit.* Venite di-

cap. cet Chriſtus ad Angelos, & ſanctos ſuos; Deſcendite mecum (ſupple) ad iudicandum mundum, vt Diuus Apoſtolus Iudas *cap. ſingulari ſuæ Epiſtolæ ſcribit: Ecce venit Do-*

D. Iudas. *minus in ſanctis millibus ſuis, facere iudicium contra omnes.*

Iſai. 3. c. Iſai. 3. *Dominus ad iudicandum veniet, cum ſenibus populi ſui,*

Matt. 19 *& principibus eius.* Vnde Chriſtus Apoſtolis ſuis dixit, Matt. 19. *capit. Sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Iſraël.*

Matt. 13. *Mittite falces.* Matth. 13. *Meſſores angeli ſunt. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis.*

Lyranus Hoc igitur, ait Lyranus noſter, dicitur Angelis executo-

ad hunc ribus diuinæ iuſtitiæ. Multiplicata eſt malitia eorum, &c.

locum. Ideóque pœna non vltra differenda: Abundauit iniquitas & refrixit charitas multorum, &c. Eorum. Haud dubium, ait Diuus

ait Diuus Hieronymus, quin eos ſignificet, qui contra Dominum cõgregati ſunt. Sic ille. Malitia hominum iram Dei aſcendit, vt acceleret ſententiam in malos pronunciare. Cùm Sodomitarum inualeſceret iniquitas, tunc ſuperuenit diuina vltio. Et cùm omnis caro corrupiſſet viã ſuã, nec meditaretur pœnitentiam, ſuperuenit diluuium. Diſſimulat Deus ad tempus peccata hominum propter pœnitentiam, ſed non in infinitum. Silui, tacui tanquam parturiens loquar. *Sic Geneſ. 15. Necdum completa ſunt iniquitates Amorrhæorum, vſque ad præſens tempus.* Videmus iam (eheu!) tempora adeſſe, qualia fuerunt Noë & Loth viuentium in hoc ſeculo. Malitiam omnem inualuiſſe, omnes ſtatus corruptos, Eccleſiaſticos ſimul & ciuiles, inobedientiam erga Magiſtratum, Eccleſiam contemptui habitam, nec aliquem noſtrum emendationem vitæ aut reformationem meditari. Metuendum ſanè eſt, falcem conſummationis ſeculi non procul abeſſe, ſed in nobis compleatur illud, *Hieremiæ. 44. Non poterat Dominus vltra portare, propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, & propter abominationes, quas feciſtis, & facta eſt terra veſtra in deſolationem, & in maledictum.* Colligere facile eſt ex hoc cõtextu quòd quando multiplicata fuerit mundi malitia, tum ingruet dies nouiſſimus. *Luc. 18. Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?* Obſerua, quod in fine mundi vniuerſaliter fiet, quod nunc interdum particulariter fit, vt à reprobis omninò ſeparentur electi. Sicut tempore maturæ meſſis ſeparantur à tritico zizania, & colliguntur in faſciculos ad comburendum. Matth. 13. cap. Item paleæ in area, dum ventilatur triticum, à grano ſolido ſecernuntur ac percribrantur: granum verò purum excuſſa palea, ſummi regis intrat in horrea. Ita boni à malis in fine, ſicut oues ab hœdis, ſegregabuntur, Matth. 25. Et ſicut in torcularibus vinum in Apothecis reponendum, ſeparatur ab acinis & vinaceis foras proiiciendis: ita in reproborum ſequeſtratione continget. Bonis in Domini cellaria interductis, iuxta illud, Cantic. 1. *Introduxit me rex in cellaria ſua*; mali foras proiicientur, in tenebras exteriores. Exuberant torcularia, ait vates. Quorundam malitia peruenit ad ſummum, in quibus maturuit meſſis, plenum eſt, imò verò, redundans torcular, quando impiorum malitia ſuam attigit periodum, excreuítque ad iuſtam menſuram, vt non poſſit eorum diutius differri iudicium. Vereor equidem,

Gene. 15.

Ierem. c. 44.

Luc. 18.

Matth. 13. cap.

Matth. 25. cap.

Cantic. 1. cap.

t ne huius

ne huius tempeſtatis mortalium crimina & ſcelera, adeo aucta & multiplicata ſint, vt iam meſſis maturuerit, Angelique falcem teneant acutam, vt noxias reſecent herbas, quæ puro frumento multum obfuerunt. Quæ flagitia non hoc tempore impunè graſſantur? Hæreſis, atheiſmus, auaritia immanis, vſurarum vorago, inceſtus, adulterium, gula, homicidium, ac parricidium paſſim inualuerunt. In ſumma ſcelera omnia maiorem in modum excreuerunt, & exuberauerunt. Ex quo nullo negotio arguas, diem nouiſſimum valde appropinquare, impleta iam videas in nobis hæc oracula, & futuri iudicij ſigna

2.Tim.3. quædam ac indicia prognoſtica, 2. Tim. 3. *In nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſine affectione, ſine pace, proditores, & voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Breuiter totus mundus in ma-*

1. Ioann. 5. cap. *ligno poſitus eſt*, vt 1. Ioan. 5. Diuus Ioannes ſcripſit. Non leuiter pertranſeundum arbitror, quòd hic de falce, & torculari calcando, dicitur: ex 70. Vbi enim legimus. Venite

70. interpretes. deſcendite, pro deſcendite, 70. verterunt, πατεῖτε, quod Latinè, calcate, ſignificat. Id perbellè torculari accommodatur. Siquidem ante expreſſionem torcularis, fit calcatio vuarum. Ideóque per metaphoram aut ſimilitudi-

Thren. 1. nem Threno. 1. dicitur Deus calcaſſe torcular filiæ Iudæ. *Torcular, inquit, Propheta, calcauit Dominus virgini filiæ Iuda*, id eſt, vt ibi exponitur non botros calcaſſe, ſed ipſos viros, atque adeò primarios magnates conculcaſſe & contriuiſſe, ſicut vuæ comminuuntur à calcante. Nam ſequitur infrà, Virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. Vult enim vates his verbis indicare, quòd affecerit filiam Iuda Deus vehementi calamitate, & ſummo ærumnarum pondere illam oppreſſerit. Comparat autem miſeriam ſuam grauiſſimo torculari, quo Deus tanquam

Iſai. 63. aſpero ſupplicio illam puniuit, Iſai. 63. ait Deus. *Torcular*

Apoc. 19. cap. *calcaui ſolus & calcaui eos in furore meo & conculcaui eos in ira mea. De illo, ait Ioan. cap. 19. in Apocalypſi: Reget gentes in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis.* Quibus in locis per torcular ſupplicium ſi-

Pintus in lament. Ierem. gnificatur. Appellat ſe Hieroſolyma virginem, quia nondum fuerat ante vaſtitatem illam euerſa. Vel, quia vnum Deum coluerat. Sic Pintus in cap. 1. lamentat. Ierem. Per

falcem

falcem verò idem ſignificatur, nempe iudicij ſeueritas & eius executio in impios. Hoc ipſum eſt quod Matth. 3. *prædicabat Ioannes baptiſta, dicens, Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Qua prouerbiali locutione ſignificatur imminere alicui extremum exitium. Sumpta autem eſt hæc ſimilitudo aut metaphora à cæſoribus lignorum, qui aliàs tantùm ramos abſcindunt ex arboribus, truncum relinquentes, vt porrò ligna ferat: aliàs ad imas radices truncum ſuccidunt. Sic Christus, de putatorio inſtrumento, quo viticolæ vti ſolent, (*Ἀρπάγη* hic etiam 70.verterunt, vbi Vulgata & recepta ab Eccleſia editio Latina, habet, falces ſuprà Latinè ligones veſtros, Græcè verò 70. etiam tranſtulerunt, *Ἀρπάνα*, quod Gallicè dicimus, *ſarpes*, ex Græco deducto vocabulo, quam enim Latini falcem appellant non ſolùm à Græcis *Ἄρπανον*, verumetiam, *ἅρπη* dicitur, vnde, *ſarpe*, factum eſt nobis vernaculum. Falces igitur pro inſtrumento (vt dixi, putatorio, à putando, accipi poſſunt.) Chriſtus, inquam, ea de re verba faciens, Ioan. 15. *Ego ſum vitis vera, ait, & pater meus agricola eſt. Omnem palmitem non ferentem fructum tollet eum,* falce ſcilicet putatoria, vernaculè, *auec la ſarpe,* falce item putatoria, quam nos Galli lingua materna, *vne faucille à ſier les bleds* appellamus) maturas meſſes demetere ſolemus. *Matt. 3. cap.* *70. interpretes.* *Ioã. 15. c.*

Cui metaphorę ſermo quadrat Prophetic⁹ hoc loco, mittite falces. Falx ferramentum eſt aduncum & dentatum, quo ſegetes, & herbæ ſecantur, vt Marc. 4. cap. *Terra fructificat primùm herbam, deinde ſpicam, deinde plenum frumentum in ſpica, & cùm produxerit fructus, ſtatim homo mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.* Falx etiam illud eſt inſtrumentum, quo vites & arbores putantur: vt Apoc. 14. Mitte falcem, & vindemia botros vineæ, quoniam maturæ ſunt vuæ eius. Falces præcidentes ramuſculos, ſicut Iſai. 18. dicitur, præcidentur ramuſculi eius falcibus, deſignant poteſtatem ſuperni iudicij, quæ euitari non poteſt, ſed omnia circumplectendo præcidit: Sic deſignant iudicium, ſeu vltimam ſententiam condemnationis malorum, executionem item, (per Angelos, ad quos fit hic ſermo, Mittite falces, &c. peragendam) ſententiæ, & punitionis malorum. Poteſtas diuini iudicij (ſiue etiam, vt addo, per Angelos executio Dei mandato) quia intra ſe omnia inci- *Marc. 4. cap.* *Apoc. 14. cap.* *Iſa. 18. c.*

D. Gregori⁹ 33. Moral. cap. 14. dendo amplectitur(ait Diuus Gregorius Magnus, lib. 33. Moralium in Iob cap. 14.)falcis appellatione ſignatur. In falce enim quicquid inciditur: quaquauerſum flectatur, intus cadit. Et quia poteſtas superni iudicij nullatenus euitatur(intra ipſum quippe ſumus, quolibet fugere conemur:)rectè cùm venturus iudex oſtenditur, Ioanni, Apoc.

Apoc. 14. cap. 14. *Vidi, inquit, ſuper nubem candidam ſedentem, ſimilem filio hominis, habentem in manu ſua falcem acutam, falcem tenere perhibetur*, quia cùm potenter ad omnia obuiat, etiam incidendo circundat. Ecce ſe intra falcem iudicij propheta vidit cùm diceret, *Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero ad infernum ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet*

Pſal. 138. & 74. *me, & tenebit me dextera tua*, Pſalm. 138. intra quandam falcem ſe vidit: cùm ex nullo ſibi loco patere fugæ aditum poſſe cognouit dicens, Pſalm. 74. *Qui neque ab oriente, neque ab occidente, neque à deſertis montibus: (Subaudi) patet via fugiendi*, vel ſupple, poteris effugere diuinum iudicium, atque ipſam ſupernæ potentiæ omnimodam comprehenſionem ſubdens, ait, quoniam Deus iudex eſt. Ac ſi diceret: fugiendi via vndique deeſt, quia ille iudicat, qui vbique eſt. diuina itaque iudicia falce ſignantur, quia circumuallantia incidunt atque ſtringunt vndique, Hactenus ſanctus Eccleſiæ Doctor Gregorius. Nec incongruè profectò huic propoſito noſtro adaptabi-

Zacharia. ca. 5. tur illud, Zacha. 5. *Ego video volumen volans, longitudo eius 20. cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me Angelus, Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem vniuerſæ terræ, quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, iudicabitur,*

70. interpretes. *& omnis iurans, ex hoc ſimiliter iudicabitur, &c.* 70. interpretes, vt etiam D. Hieronymus, ibi obſeruat, pro eo quod

D. Hieronymus in Zach. cap. 5. legitur volumen volans, verterunt, δρέπανον πετόμενον, id eſt, falcem volantem. Volumen autem volans oſtenditur, in quo omnium peccata deſcripta ſunt, vt vnuſquiſque recipiat ſecundum opera ſua, ſiue bonum, ſiue malum,

Daniel. cap. 7. dicente Daniële, cap. 7. *Throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt.* Sin autem falcem accipimus, vt 70. tranſtulerunt: de Apocalypſi Ioannis ſumamus exemplum, ca. 14. *Mitte falcem tuam, & mete vineam tuam, quoniam maturæ ſunt vuæ eius.*

Deut. 32. cap. Pro falce in Deuteronomio capit. 32. *ſagittas & gladium legimus: Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes.* Vnde comminatur Pſalmiſta proclamans,

Pſalm. 7.

Pſalm: 7. *Niſi conuertamini, gladium ſuum vibrabit, arcum ſuum tetendit, & parauit illum: & in ipſo parauit vaſa mortis.* Pſalm. 7.
Et in Hieremia legimus, cap. 47. *Vſquequo ſecabis mucro vel gladius Domini? Vſquequo non quieſces? Conuertere in vaginam tuam.* Hierem. 47. Iſte gladius non ſolùm falx appellatur, quæ fœnum, ſtipulam, ſpináſque ſuccidit: ſed & ſecuris arborum dicitur, quæ ſuccidet, qui non fecerint dignos fructus pœnitentiæ. De quibus Ioannes Baptiſta proclamabat: Ecce ſecuris ad radices arborum poſita eſt. Omnis arbor, &c. vt ſuprà. Volumen iſtud ſiue falx, quæ cunctorum delicta ſuccidit, veniet ad domum furis ac periuri, &c. Monemus eos, qui parua putant crimina furtum atque periurium, quòd inducatur maledictio, quæ in volumine ac falce deſcripta eſt, in domum furis, atque periuri, & commoretur in ea, & omnia eius ligna lapidéſque conſumat. Quod ſi in his, quæ minora putantur, (furtum dico, & periurium) tanta pœnarum comminatio eſt: quid dicimus de fornicatione, adulterio, homicidio, ſacrilegio, cunctíſque criminibus, quæ ab Apoſtolo inter carnis opera numerantur? Gal. 5. cap. Galat. 5. Hactenus Diuus Hieronymus in cap. 5. Zachariæ. Nec committam, quin de falce, iſtud pro auctario adiiciam. Falcem videlicet, præcipuè in Saturni manu, temporis, quod vniuſcuiuſque rei maturitatem attulerit hieroglyphicum eſſe, quod & nomen ipſum *Ἀρπκανος* præ ſe fert. Nam apud Græcos *Ἀρπκαιν*, vindemiare eſt, atque metere. Tempus autem edax rerum, omnia demetit. Quam verò falcem in cuſtodis hortorum manu veteres poſuerunt, ad fures arcendos, auéſque ne fructus læderent deterrendas, antiquum inuentum eſt, caſtigationis quippe hieroglyphicum. Apud Zachariam (vbi ſuprà) legis falcem contra fures & contra periuros exacutam (vt dictum eſt) Sic Pierius libro 42. hieroglyph. De falce ſcripſit. Pierius libr. 42. Hierogl. Vel, vt ait Natalis Comes, Mythologiæ libr. 2. capit. 2. De Satur. Natalis comes Mitholog lib. 2. c. 2. Huic falcis inuentionem tribuerunt antiquorum nonnulli, quoniam vitæ humanioris auctor fuit Italiam incolentibus; quos plantandi ac falce metendi rationem docuit. Sic ille. Quæ ad inſtitutum noſtrum facilè applicantur. Cùm mitti falces, Ioëlis vaticinio præſenti iubentur, ad metendum & vindemiandum, vt ſcilicet præcidatur malitia, quæ exuberauit & ſuperexcreuit, impiorum hominum, Eccleſiæ Chriſti hoſtium & aduerſariorum, ad

caſtigandam illorum petulantiam, quoniam venit tempus illorum, vt ſcilicet puniantur, quoniam repletum eſt torcular, ait hic propheta. Nota & hoc, quòd vindemiæ ipſius inſtrumentum, vt ſcripſit Pierius lib.53. de vite (ſub finem) nimirum Torcular, in ſacris hieroglyphicum eſt, per quod præcipuè tempora ærumnoſa, preſſuræ, vexationéſque ſignificantur, in quam ſententiam aliquot ex iis Pſalmis quibus inſcriptio eſt: in finem, pro torcularibus, euagantur, quod notatione dignum eſt. Sic ille. Torcular vocamus nos Engoliſmenſes, *Aquitani, vn trueil*, Franci, *vn preſſouer*. eſt autem machina, premendis vuis accommodata. Torcular vini furoris iræ Dei, de quo in Apocalypſi, (c.19.) erat vindicta Dei in Hieruſalē, quando deſtructa eſt. Plenum torcular, abundantiam malorum apud vatem noſtrum ſignificat. Curemus igitur cum Dei adiutorio vitam noſtram emendare in melius, vt futuram venturámque ſuper improbos omnes iram magni Dei, & æquiſſimi iudicis Chriſti IESV, effugere euaderéque valeamus. Amen.

Pierius lib.53.

Apo. 19. cap.

HOMILIA XXV.

Populi populi in valle conciſionis: quia iuxta eſt dies Domini in valle conciſionis. Sol & Luna obtenebrati ſunt: & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Et Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit vocem ſuam: & mouebuntur cœli & terra, & Dominus ſpes populi ſui, & fortitudo filiorum Iſrael.

IOELIS CAP. III.

QVod hic dicitur, Populi Populi, omnes in vniuerſum ſignificat populos ac frequentes gentes perituras: & ſubaudiendum eſt verbum (adeſte) ſcilicet, vel ex textu ipſo ſupplendum eſt hoc modo, populi concīdētur. Vel vt Aben Ezra ſubaudit, cadent in valle deciſionis. Venite in vallem conciſionis. Eadem eſt,

R. Aben Ezra.

eſt, quæ ſuprà, vallis Ioſaphat dicta eſt, Et qua verbum Hebraicum, חרץ, multa ſignificat, nempe, concidere, &c, certam ac definitam ſententiam ferre, Gallicè, *donner vn arreſt*, (Decidere dicunt.) Rectè ergo, ex interpretatione etiam Rabbinorum apud Mercerum, Vallis conciſionis, vel, deciſionis reddetur, quia vtrumque ſonat nomen, at Deciſionis malim, vt, תחרוץ יחושנט, haharuts, *70. interpretes.*
idem valeant, *La vallee de l'arreſt*. Sic & 70. interpretes., ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης, & Theodotio κρίσεως in valle iuris, vel, *Ionathathanus Chaldæ° paraphraſtes.*
iudicij, Ionathanus Paraphraſtes Chaldæus, vallem deciſionis iudicij reddit, vt etiam Ioſaphat vallem fuerat interpretatus. D. Hieronymus ad hunc locum. Septuaginta & Theodotis τῆς δίκης καὶ τῆς κρίσεως, id eſt, cauſæ & iudicij tranſtulerunt: pro quo in Hebraico ſcriptum eſt, *D. Hierony. hic.*
חרוץ, quod Hebræi non ſolùm conciſionem, ſed & aurum interpretari putant, quo ſcilicet in valle iudicij, quàm ſuſpicantur gehennam, excoctis ſordibus peccatorum, purum aurum remaneat. Sic ille. R. Aben Ezra appellatur, inquit, hoc nomine, hæc vallis, quia conſummatio & deciſio fuit ſuper eos. R. Dauid Kimhi, quod, *R. Aben Ezra.*
inquit, bis dicitur, Populi Populi duplicatio eſt ad roborandam ſententiam. Vocat autẽ Conciſionem, quia ibi *R. Dauid Kimhi.*
erunt Gentes conciſæ & comminutæ, aut quia ibi decidet & terminabit iudicium earum, quemadmodum eam appellauit vallem Ioſaphat. Ac vertit Ionathan, Diuiſionis iudicij vallem, vt vertit vallem Ioſaphat. Et R. Selomo Iarhi, appellat vallem vbi dicitur iudicium veritatis. Et ſic reddidit Ionathan, Vallem deciſionis iudicij. Sic Rabbini Mercero interprete, Sunt qui etiam, Vallem Diuiſionis nuncupent, quod in iudicio diuidantur, ac diſcernantur mali à bonis, iuxta illud, Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum. Hæc itaque Vallis eſt acris iudicij. Poteſt ex euentu, Vallis conciſionis congruè appellari, veluti lignum ſcientię boni & mali, ab euentu dictum fuiſſe tradunt interpretes: quòd diuinæ ciuitatis hoſtes funditus in ea valle conciſi perierint, ex ſacra hiſtoria. O horrendam conciſionem! *Rupert° hoc loco.*
Sicut autem Ruperto, huius loci interprete, in valle illa Ioſaphat, mutuis conciderunt vulneribus aduerſarij: ſic in *Remigi° ad preſentẽ locum.*
illa ſuprema iudicij die reprobi omnes, propriis ex conſcientiis condemnandi ſunt, vt etiam aliàs præmonuimus. Vel Conciſionis vallis appellatur, vt Remigius

hic obſeruat & commentatur, quia ſententia omnipotentis Dei concidet & ſeparabit electos à reprobis dicens: *Ite maledicti in ignem æternum. Mat.25.* Hunc ſequutus eſt quoq; Lyranus noſter, *Concißionis*, inquit, vallis dicitur, quia ſicut ſeparantur oues ab hœdis, ſic ſegregabuntur mali à bonis. Cui quadrat illud, *Luc.16. Magnum Chaos inter Damnatos, & in ſinu Abrahæ exiſtentes.* firmatum eſt: quo interſtitio grandi à ſeinuicem diſcreti ſunt ac diuiſi. Iuxta eſt dies Domini in valle concisionis. De generali iudicio ſermo eſt, Nolui ſilentio præterire, quòd Quadratus noſter S.Thom.Doctor, linguæ ſanctæ non vulgariter peritus. Homilia in Ioëlem 19. (quæ eſt omnium penultima) de valle hac, literis conſignauit. Vates, inquit, noſter ſuam ſimilitudinem ex agricultura petitam proſequi videtur, in qua patheticus, & affectibus plenus, totum negotium deſcribit, ac ſi coram gereretur, dicens, vt turbæ in vallem triturationis congregentur côueniántve חרוץ enim, & concisionem, & tribulam (qua frumentum trituratur) ſignificat Senſus ergo Prophetæ eſt, omnes populos & præcípuè inimicos Dei in vnum locum conuenire oportere, vt trituratione vel tribula iudicij definiti, & conciſi, purum putum frumentum à palea ſeparetur. Ea dies vindictæ adeò certa eſt, vt non etiam longè abſit. Nam quo magis improbi Eccleſiam perſequuntur, illam iudicij diem ſuper ſe accelerant. Quæ quidem res in maximis perſecutionibus plurimam conſolationem adfert. Conteret enim Deus tandem aliquando impiorum colla. Non ſemper laſciuient hœdi cum dominicis ouibus. Hæc Quadratus Franciſcanus noſtri ſodalitij. Quæ tam vera ſunt, vt ex Hebraico lexico conſtare poteſt, vt, חרץ harats, cùm multiplicis ſit ſignificationis (mouere, namque, & decidere, decernere, ſtatuere, iudicare, in ſacris Bibliis ſignificat.) Inde deductum nomen חרוץ haruts, etiam varia habeat ſignificata: Aurum enim ſignificat, item Conciſionem, vt hoc loco Ioel. 3. ac denique inſtrumentum, quo fruges triturantur. Tribula vel traha Latinè dici poteſt. Eſt autem vehiculi genus, quo frumenta in area teruntur. Obiter hic inſeram quod Varro de re ruſtica lib.1.c.52. ſcripſit de trituratione. In areâ excuti grana, ait, Quod ſit apud alios iumentis iunctis ac tribulo. Id fit è tabula lapidibus aut ferro aſperata, quæ impoſito auriga aut pondere grandi, trahitur iumentis

Mat.25. *Lyranus* *Ioel.3.c.* *Quadratus aliàs Carré, in Ioelem Homilia 19.* *Lexicum Hebraicum* *Varro de re ruſtica lib. 1. cap.52.*

mentis iunctis, vt diſcutiat è ſpica grana, vt in Hiſpania citeriore & aliis locis faciunt. Apud alios exteritur grege iumentorum inacto,& ibi agitato perticis, quòd virgulis è ſpica exteruntur grana, iis tritis, oportet è terra ſubiactari ventilabris,cùm vētus ſpirat lenis.Sic Varro. Memini me cum in Hiſpania verſarer,in regno Caſtellæ idem vidiſſe,quod Varro commemorat ibi fieri ſolitum. Populares dicunt, *trillar las mieſſes.* Ante quindecim annos in Italiã quoque profectus, experientia didici & obſeruaui, iumentis ſeu equis agitatis grana excuti: Vngulis ſiquidem equorum excuſſa palea purum colligitur frumentum. Apud Iudæos, bobus fiebat trituratio, iuxta illud verbum legis, Non alligabis os bouis triturantis.At apud noſtrates,neque bobus,neque equis iunctis & currētibus, neque vehiculo detentato,aut traha,tribulóve, ſed flagello ſeu virga teruntur frumenta. Gallicè dicitur, *battre les bledś en l'aire auec le fleau.* Et hęc quidem obiter dicta ſint.

Iuxta eſt dies Domini in valle conciſionis? Quamquam, vt dicitur *Act. 1.Non eſt noſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate,* Et de die illa & hora, quēadmodum in Euangelio ſcribitur, *nemo ſcit,*ideóque à futurorum curioſa inquiſitione nos debemus retrahere, eo quod penè omnes,qui hactenus de temporum ratione aliquid ſcripſerunt,fallaci quadam coniectura decepti ſunt: tamen ſemota arrogantia, pia atque ædificatoria inueſtigatione, ex ſanctis literis futura coniicere, non arbitror reprehenſibile, ait Nic. Cuſanus, S. R. E. Cardinalis,author haud quaquam proletarius, in Coniectura de nouiſſimis diebus. Floruit ille circa annum D. 1452. Exiſtimat autē in 34. Iubilæo à reſurrectione Chriſti, reſurrectionē Eccleſiæ repulſo Antichriſto, Dei pietate fore victorioſè glorioſã. Et hoc erit,inquit, poſt annũ Natiuitatis Domini,1700.ante annũ 1734.Poſt illud autem tempus,Aſcenſio Eccleſiæ futura eſt: Chriſto ſponſo aduenıente ad iudicium,ſed quando veniet nemo ſciet. Erit enim ille aduētus ita omnibus antea incognitus, quoad temporis præciſionem:ſicut aduentus eius in mundum fuit, in temporis eius præciſione, omnibus ignotus. Tunc ſancti ſcientes, quia veniet,& non tardabit,orabunt vt veniat deſideratus omnibus gentibus,dicentes:Quoniã viciſti Domine,hinc nunc Domine, veni:& transfer poſſeſſionem tuam in glo-

Act. 1.c.

Nic.Cuſan.° Card.n. Cōiectura de nouiſſimis diebus.

riam tuam. Scientes appropinquare diem redẽptionis ſuæ talia quidem dicent, qui decretus à Deo definitusq; dies, ſine ſigno in nocte tanquam fur veniet ſicut venit diluuiũ, vti fatetur eſſe Chriſtus. (Nota præceſſura quidẽ aliqua ſigna in ſole & luna & ſtellis, prædicente Chriſto in Euangelio, quibus præſignificabitur inſtare diem iudicij, & in ianuis ac præ foribus eſſe, non tamen præcisè diem ſignatum, hunc vel illum, & horam aliquam certam ac præciſam indicabunt) vti verò poſt primum Adam venit in 34. Iubilæo ſecundum doctiſſimum & ſapientiſſimum Philonem in libro Hiſtoriarum: conſumptio peccati per aquam diluuij, in diebus Noë: ita cõiicimus, quod poſt ſecundum Adam in 34. Iubilæo, veniet conſumptio peccati, per ignem Spiritus Sancti. Hæc ſub omni correctione ſcriptis mandauit præfatus Cardinalis Cuſanus. Gaſparis Bruſchij iter, carmine ſcriptũ extat impreſſum Baſileæ per Oporinum. vbi inter cætera hæc habentur, ex quodam vaticinio Ioannis Regiomontani Aſtrologi: ex Teutonico idiomate Latino carmine reddito.

Iter Gaſparis Bruſchij Poëta.

Poſt mille expletis à partu virginis annos:
Et poſt quingentos rurſus ab orbe datos:
Octogeſimus octauus mirabilis annus
Ingruet, is ſecum triſtia fata trahet.
Si non hoc anno totus malus occidet orbis,
Si non in nihilum terra fretúmque ruent,
Cuncta tamen mundi ſurſum ibunt, atque deorſum
Imperia, & luctus vndique grandis erit.
Regiomontani ſic dicunt verba &c.

Deinde ſubdit

Millia ſex mundo tribuit Thesbaus Helias,
Thalmudici nobis vt cecinère libri.

Paulò poſt ſequitur.

Millia prima duo, vacua & ſine lege futura:
Altera ſed leges ſunt habitura duo.
Tertia verò duo naſcenti millia Chriſto
Attribuit: numero haud abſoluenda ſuo.
Acceleratum namque hunc rationibus æquis
Iudicium, pereat ne pia turba quoque.

Sic deinde proſequitur,

Præteriere autem annorum iam millia quinque
Inque ſuis ſextum curſibus ingreditur:

Cuius

Cuius pars media eſt exacta hoc tempore noſtro,
Et ſuperaddita ſunt iam quoque luſtra decem.
Poſtea quibuſdam interpoſitis.
Eſſe dies ſiquidem poſtremos abbreuiandos,
Ipſa Dei digito litera ſcripta docet.

Idem Gaſpar Bruſchius Præfatione ad Eugelberti Abbatis librum. De ortu & fine Roman. Imperij, in Hodœporici mei Bauarici, recitaui, inquit, & explicui Latino carmine, inter cætera Ioan. Regiomontani Mathematici celeberrimi vaticinium illud de anno Domini 1588. proditum, ac in Caſtellenſi ſuperioris Norici cœnobio, à me ſub rithmis Germanicis inuentum. Deſcribuntur ibi Germanicè. Vixit autem Engelbertus prænominatus circa annum Domini 1297. Et præfationem Bruſchius conſcripſit Anno D. 1553. die Maij 19. capit. 21. Engelbertus lib. De ortu & fine Rom. Imper. ita ſcribit, Apoſtolus 2. Theſſ. 2. loquens de aduentu Antichriſti dicit, quòd nequaquam veniet ille iniquus, niſi venerit diſceſſio primùm. De qua diſceſſione dicitur in Gloſſa ibidem, quod triplex diſceſſio præcedet aduentum Antichriſti, videlicet primò diſceſſio regnorum à Rom. Imperio, ſecundò Eccleſiarum ab obedientia ſedis Apoſtolicæ, tertio verò diſceſſio fidelium à fide: quia ſtante adhuc capite Eccleſiæ in ſpiritualibus ſcilicet Apoſtolica ſede, & capite in temporalibus, ſcilicet imperio Romano, & ſtantibus adhuc fidelibus in fide, locum & commoditatem non habebit deceptio & dominatio Antichriſti, capitibus prædictis, & membris ipſorum ei reſiſtentibus. Cùm verò corpus Eccleſiæ factum fuerit Acephalum, & per conſequens membra ſingula ſine motu & ſenſu, quantum ad vnitatem, veritatem ac firmitatem fidei, tunc locum & effectum habebit aduentus Antichriſti, & malitia ipſius. Licet tamen Eccleſia & fides poſſit periclitari, ſed nequaquam ſubmergi, iuxta illud Luc. 22. *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, &c.* Hæc ille. Quæ oſtendunt tunc vel maximè ſupremum diem inſtare, cùm viderimus hæc compleri, non quòd præcisè poſſimus de die illo & hora determinatè & certo quidquam adſtruere & aſſeuerare. Errarunt igitur, quotquot temerario auſu certum diem iudicij venturi præſcribere, non ſunt veriti, vt in Collationibus ſuis ſacris lib. 7. Tilmannus Bredembachius cap. 32. memoriæ mandauit. Ex quodam Gammerio ecloga nona ſuorum Bucoli

Engelbertus li. De ortu & fine Ro. Imp. cap. 21. 2. Theſ. 2

Luc. 22.

Tilmannus Bredembachius lib. 7. ca. 32. Collat. ſacr.

Bucolicorum, in Saxonia Vvitembergæ vicinus pagus ſitus eſt, inquit, in quo Stifelius Euangelicus concionator, ſuis ruſticis perſuaſit 3. Octobris die horam circiter decimam, extremum iudicij diem futurum, idque tanquam ex diuina Spiritus ſancti patefactione ſeriò confirmauit. Ruſtici per vniuerſam Saxoniam, agris incultis relictis, negotiis otio poſthabitis, omnia ſua bona decoquebant, dies noctéſque pergræcabantur, certò confidentes 3. Octobris die eiuſdem anni, qui erat à Chriſto nato 1533. mundum periturum, & extremi iudicij diem aduēturum. Cùm autem prædictus dies inſtaret, prædicans ſiue miniſter ille Stifelius ſuggeſtum occupans, hortatur ſuos ruſticos, & bono iubet eſſe animo. Tempus inſtare, quo prout quiſque veſtitus aderat, cum ocreis ſimul & peronibus omnes in cœlum auferrentur. At verò hora prædicti iudicij iam diu tranſacta, Ruſtici irati Stifelium manibus & pedibus acriter conſtrictis in curru poſitum Vvitembergam traxerunt, vbi ipſum coram iudice de illata iniuria grauiter accuſarunt, aliquod ſibi emolumentum, tum pro omnibus pecoribus, frugibus & frumentis abſumptis ſperantes. Sed fruſtrà illum accuſarunt ruſtici: Nam è vinculis redemptum, Lutherus, veteri Eccleſiæ iterum præfecit. Similem prophetam ſe venditauit Andreas Oſiander de nouiſſimo die, edito quodam libello, vt videre eſt Centuria prima veritatum Euangelicarum, per Ioannem Naſum veritate ſecunda. Hanc eandem hiſtoriam ille præfatus Gammerius Ecloga 9. lepido carmine refert, quod in ſupradictis habetur collationibus: Vitandæ autem prolixitatis cauſa tranſcribere ſuperſedeo. Item capit. 33. ex Lindano lib. 1. de fugiendis Idolis cap. 9. ita refertur: Perſuaſerat Ioãnes Campanus hæreticus, miſeris ruſticis non longè à fluuio Rura degentibus, in Ducatu Cliuenſi, ne amplius auſteris ſeſe frangerent agriculturæ laboribus: inſtare diem iudicij, breui omnia inundationibus aquarum delenda: indulgerent genio igitur, quod miſellæ ſupererat vitæ ruſticanæ: omnia propediē certò certiùs peritura. Illi ſtolidi ſtolido ac deliro Prophetæ creduli, ſuos vendunt agellos. Qui illos emit, ſenſit non fruſtra ſeſe illum aluiſſe Prophetam. Sic ibi. Patet ex his pſeudoprophetas præallegatos, malè opinatos fuiſſe, vanitatíſque conuictos, quia certum tempus futuri deſignaſſent iudicij. *Vnde Apoſtolus 2. Theſſ. 2. Rogamus vos fratres, ait, vt non ei*

Collat. hac li. 7. c. 33. ex Lindano.

2. Theſ. 2

non citò moueamini atque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per Epiſtolam tanquam per nos miſſam, quaſi inſtet Domini dies. Nequis vos ſeducat vllo modo. Quoniam niſi venerit diſceſſio primùm, &c. Vbi ſciendum (vt admonent Scholia Græca hoc loco) quòd corruptores quidam apparuerunt apud ipſos, qui dicerent inſtare diem ſecundi aduentus Chriſti, & turbabant ac terrebant eos. At Paulus ſanè non dicit interim quando erit, ſed non nunc ſaltem inſtare ſignificat, ſigna dicens aduentus. Sic ibi. Signa quidem aliqua, indicia, atque coniecturæ adduci poſſunt, ſed non ob id definiri poteſt certus dies. Diuus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus 1. parte, hiſtoriæ, titul. 5. §. 5. ex Diui Thomæ ſententia ſcriptum reliquit hoc modo: Diuus Thomas in 4. Sententiarum, Omnes, inquit, qui voluerunt determinatè de fine mundi loqui, tempus præfigendo, falſi reperti ſunt, & reperientur in futurum, qui hoc prænunciant. Sic ille. Sequitur in textu. Sol & Luna obtenebrati ſunt, &c. Nempe à Chriſti & Sanctorum eius claritate obtenebrabuntur, quemadmodum ſtellæ non videntur exoriente ſolis iubare, ſiquidem maius lumen obfuſcat minus. Vel, vt ſuprà dictum eſt, ſermo propheticus magnas anguſtias ſignificare ſolet, per Solis, Lunæ, & ſtellarum obſcurationem. Hic autem nouiſſimus dies plenus erit anguſtiarum. *Tunc enim pugnabit cum illo, nempe Domino, orbis terrarum contra inſenſatos Sapient 5.* Duo illa luminaria magna, hominum vtilitati ac commodo condita ab initio, in conditoris æquiſſima vltione, ſeſe ad nutum obedientia exhibebunt. Pſal. 118. *Ordinatione tua perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiunt tibi.* Qua de die maximè obſeruãdum, quòd Sophonias cap. 1. *vaticinatur: Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, Dies nebulæ & turbinis: dies tubæ & clangoris. Cùm dicitur, obtenebrati ſunt,* ſignificatur tenebras futuras quidem, ad mœrorem improborum, claritatem autem ad futuram, ad conſolationem iuſtorum atque electorum. Et ſicut Exod. 10. *Factæ ſunt tenebræ horribiles, in vniuerſa terra Ægypti tribus diebus, Nemo vidit fratrem ſuum, &c. Vbicumque autem habitabant filij Iſraël, lux erat.* Ita reprobi in Euangelio proijci dicuntur in tenebras exteriores. Sancti autem videbunt in claritate, Dei maieſtatem. Contrà verò dicitur de impiis: Tollatur impius ne videat gloriam

Scholia Græca.

D. Antonin⁹ Archiepiſcopus Florentinus 1. par. hiſto. tit. 5. §. 5. ex D. Thoma.

Sapient. 5. cap.

Pſal. 118.

Sophonias. 1. c.

Exod. 10.

riam Dei. Sed de his nunc quidem ſatis. *Et Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit vocem ſuam, & mouebuntur cœli & terra.* (hoc futurum eſt) interprete Aria Montano, quando Dominus cauſam pro ciuitate ſua iudicabit, ſententiámque à ſuis contra impios dicet. Namque præpoſitionem De, vel, à intelligimus, vt cauſam non locum indicet. Eius enim dictionis vſus in hanc ſententiam creberrimus eſt. Gallicè. *En faueur de Sion, &c.* Vtitur autem tranſlatione à leonibus ſumpta. Confertur ſiquidem Chriſtus leoni, *in* Apoc.c.5. *Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.* Vt autem leonis vox cæteris animantibus terrori, (ſicut ſcriptum eſt: Amos c.3.) *Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus loquutus eſt, quis non prophetabit?* Propriis verò catulis & leonum filiis, ſecuritati & iucũditati eſſe ſolet, quippe qui eam vocem victoriam prædámque ſibi promittere intelligant: ſic filij Dei tunc maxima ſpe & ſecuritate erũt, cùm maxima in calamitate & turbatione cæteros eſſe cognoſcent. O quàm horribilis erit ille rugitus! cùm dicturus eſt Dominus: *Diſcedite à me maledicti, Matth.25* De iuſtis autem ſubiungitur: *De Hieruſalem dabit vocem, gratioſam ſcilicet.*d. *Venite benedicti patris mei*, ibidem. Rugiet iudex aduerſus damnatos, Pſal. 2. *Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos:* Sed prorſus benignè affabitur electos ſuos. Et quia ab hoc rugitu cœlum & terra contremiſcent, appoſitè ſequitur: Mouebuntur cœli & terra. Cœli quidem ad receptionem iuſtorum. Terra verò, reproborum, quandoquidem locus gehennæ ſub terra dicitur eſſe. Sed antequam ad reliqua veniamus, animaduerſione dignum duco, quod Vates noſter Dominum ex Hieruſalem loquuturum, prædicat. Quod magnopere aduerſus Iudæos facit. Nam ſtante adhuc Hieroſolyma impleri hoc oportuit. Reſpondeant autem per quem, & quomodo ſit impletum, & quando. Nam de Meſſiæ regno loqui Prophetam certum eſt, ſicut & Iſaias c.2. *Venite, ait, aſcendamus ad montem Domini, & docebit nos vias ſuas, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem, & iudicabit gentes, & conflabunt gladios ſuos in vomeres, &c.* Hęc ad primum referenda ſunt Chriſti aduentum. Iudæi cæci neſciunt quò ſe vertant. At nos ſcimus impletum eſſe per Chriſtum, qui & verus יהוה, Iehouah eſt, ſiue, Dominus Deus, Ioan.14. *Creditis in Deum & in me credite: vt ſimus in vero filio eius. Hic eſt verus Deus & vita æterna, 1.Ioan.5.* In Chriſto *habitat plenitudo*

Arias hoc loco.

Apoc.5.

Amos 3.

Mat.25.

Pſal. 2.

Iſai. 2.c.

Ioan.14.

1.Ioan.5.

plenitudo diuinitatis corporaliter. Coloſſ.2. Hinc ergo duo colliguntur egreſſuram ex Sion nouam Doctrinam 1. Doctorem, qui eam primus ſparget Deum eſſe: imò & tertium conſequitur, nempe hominem etiam eſſe, quia corporalis loci hic meminit, & vocis, quæ auribus hauritur, vnde rurſus colligitur, quia homo erat, mori opportuiſſe & quia Deus etiam erat, oportuiſſe reſurgere, & cætera hiſtorica Noui teſtamenti. *Coloſſ. 2.*

Sic autem (non extra propoſitum planè, interpretando; ad primũ Chriſti referas aduentum oportet, quod communiter ab interpretibus de ſecundo aduentu accipitur. Quòd ſi ſubſcripſerint nec fuerint refragati Iudæi, hoc etiam modo tenentur conſtricti, nam coguntur nobiſcum fateri & admittere duplicem Chriſti aduentum, quo dato, ſi ad ſecundum referant, compellentur etiam primum ex præſuppoſitione recipere. Secundus enim in ordine ad primum neceſſariò dicitur. Adde quod illud Ex Iſaia productum, Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, ad primum Meſſiæ aduentum, qui tempore vniuerſalis pacis ſub Auguſto extitiſſe perhibetur, Luc.2. *neceſſariò referendum eſt.* *Luc. 2.c.* In fonte Hebraico habetur יהוה, Iehouah, vbi editio Latina ponit: Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem &c. vt ad Deum verum referendum indicetur. Nec repugnat præfatæ expoſitioni, de primo aduentu, quod apud Vatem ſubſequitur: Mouebuntur cœli & terra. Etenim tunc etiam omnia commotæ ſunt (naſcente ſcilicet & veniente in hunc mundum Meſſia) iuxta *Prophetiam* Aggæi cap.2. *Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cœlum & terram, & mouebo omnes gentes. Et veniet deſyderatus cunctis gentibus: & implebo domum iſtam gloria. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſquàm primæ dicit Dominus exercituum.* *Aggai c. 2.*

Quæ ad primum noſcuntur pertinere Chriſti aduentum, cùm ſtaret adhuc templum ſecundum, quod à Romanis poſt Chriſti aſcenſum, euerſum eſt. Illud namque Chriſtus in carne, ſua præſentia honorans, dum in templo præſentatur, *Luc. 2.* dum in eo duodenus remanſit, *& inuentus eſt in medio Doctorum*, ibidem, dum creberrimè in illo prædicauit: Ioan. 18. *Ego ſemper docui in ſynagoga, & in templo quo omnes Iudæi conueniunt &c.* Dum ſuis miraculis ipſum illuſtrauit: Matthæus 21. *Intrauit Ieſus in templum Dei: Et acceſſerunt ad eum* *Luc. 2.c.* *Ioan. 18.* *Mat. 21.*

caci &

cæci & claudi in templo: & ſanauit eos. Hoc inquam, modo & ratione celebrior longe fuit ſecunda domus, ſiue, ſecundum templum, quàm primum, non ratione pretioſitatis materiæ: cùm prius fuerit auro argentóque locupletius, ac magnificentius ſtructura & ædificiis, ſed poſterius præſtantius fuit, ob ea, quæ ſuprà enumerata ſunt.
Heb. 12. cap. Verùm Paulus in ea, quam ad Hebræos ſcripſit Epiſtola, *cap. 12. ſuprà dictam* Aggæi *Prophetiam accommodat* ad alterum etiam Chriſti aduentum. *Hoc modo. Videte ne aſpernimini eum, qui loquitur, Chriſtum nimirum. Nam ſi illi non effugerunt, aſpernati eum, qui ſupra terram ius dicebat:* (id eſt, Moſem legiſlatorem, qui terrena & tranſitoria promittebat) *multò magis nos, ſi eum qui de cœlis eſt, auerſetur (à communi intelligentia* ſubauditur, ius dicentem, ſiue loquentem aut promulgantem ſi auerſemur, non effugiemus) & ipſum Chriſtum, cœlum in hæreditatem promittentem intelligit. Q. d. Si Iudæi recuſantes obtemperare Moyſi non effugerunt exitium, quomodo nos effugiemus recuſantes obtemperare ei qui de cœlo loquitur, hoc eſt Chriſto? Cuius vox tum concuſſit terram (quando ſcilicet legem ferebat in monte Sina.) At nunc denuntiauit dicens: adhuc ſemel ego concutio, non modò terram, verumetiam cœlum &c. Prius cõcuſſus eſt mundus in legiſlatione facta in Sina: *Etenim terra mota eſt, & cœli diſtillauerũt à facie Sinai,*
Pſal. 67. *à facie Dei Iſraël, Pſal. 67.* Rurſum in aduentu in carne, cõmotus eſt mundus, *Nam commota eſt omnis Hieruſalem,*
Matt. 2. *Matth. 2. & 21. Et concutientur omnia manufacta ſimulachra*
& 21. c. *Aegypti: à facie eius, Iſa. 19.* Concuſſionem autem ſiue
Iſa. 19. c. commotionem dicit, veluti ſonoritatem prædicationis, per quam commoti & tranſlati ſunt, puta à veteri ſtatu, qui in errore agebatur. Ita habet D. Cyrillus: quod ait adhuc ſemel, dicit in ſecundo ſuo aduentu qui fiet cum gloria, quando tranſmutabit & variabit creaturam. Tunc enim maximè commouebitur creatura, aut verum terræ motum intelligit & concuſſionem. Hæc in ſcholiis Græcis in 12. capit. Heb. Pſalmo 75. Terra tremuit, & quieuit, id eſt obſtupuit, cùm exurgeret in iudicium Deus. Nota illud fuiſſe etiam completum tempore paſſionis Chriſti. Tunc motum eſt cœlum, quando ſol obſcuratus eſt, & tribus horis tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram,
Mat. 27. Matth. 27. *Terra mota eſt cùm ſaxa ſcinderentur, ſepulchra pateſcerent, ipſa quoque terra tremuit,* & commotæ ſunt omnes

omnes gentes prædicantibus Apoſtolis, *quia in omnem terram exiuit ſonus eorum*, *Pſalm. 18.* Cœlum motum eſt, in primo Chriſti aduentu, de quo apertè ſatis Aggæus Propheta agit, quando, Matth.2.Naſcente Chriſto exorta eſt, viſáque ſtella eius in oriente. Item, quando, cœlum, eo aſcendente illi patuit, & terra mota eſt in eius paſſione, Matth. 27. (ſuprà dictum eſt.) Ergo locus Aggæi, qui de primo Chriſti aduentu intelligitur, non ineptè tamen, ſed valdè accommodè ad ſecundum Chriſti aduentum applicatur ab Apoſtolo, quando veniente in iudicium Domino mouebuntur & cœlum & terra, vt in meliorem immutentur formam. Verùm de his hactenus. Referendo autem ad primum aduentum rugitum leonis dicendum erit, aptè quadrare ad myſterium Euangelij, quod eſt docere pœnitentiam & remiſſionem peccatorum nomine Chriſti (Luc.24.) in omnes gentes. Rugitus Symbolum eſt doctrinæ de pœnitentia: vox leonis formidabilis, quam non edit niſi iratus. Famelico & prædam adepto leoni, tribuit rugitum ſcriptura, Pſalm.21. *Sicut leo rapiens & rugiens, Apoc. 10. Clamauit voce magna, ſicut cùm leo rugit.* Hic rugitus & ſi fomidabilis eſt, & terroris plenus, eſt tamen ſalutaris. Ad hanc vocem ex Sion commouetur cœlum & terra. Cœlum aperitur, nec manet vltrà clauſum. Pater de cœlo commendat filium, & terra nouam induit faciem. Qui ſecuri erant, Deum timere incipiunt, mouentur ſeriò ad pœnitentiam. Ad hanc denique vocem noua fiunt omnia. Repetitio quædam eſt Hebræis familiaris, nec tamen otioſa, Dominus de Syon rugiet, & de Syon dabit vocem ſuam, *Sic quoque Michea 4. De Sion egredietur lex, & verbum Domini de Hieruſalem, & concident gladios ſuos in vomeres, vt & apud Iſaiam cap.2. & non diſcent vltra belligerare. Amos cap. 1. Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit vocem ſuam. & cap.3. Numquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædam? Nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili ſuo, niſi aliquid apprehenderit? Leo rugiet quis non timebit?* Sic ille. Vt autem non ſine cauſa rugit leo, niſi prædam habeat, aut iam apud ſe, aut paratam, & in propinquo quam corripiat: ſic Dominus non ſine cauſa per Prophetas comminatur, ſed aliquid eſt, quod cùm huc impellat, præda ſcilicet parata, id eſt populi peccata, quæ ſit puniturus, vbi ei viſum fuerit, niſi reſipuerit. Ad rugitum leonis, & homines & cæteræ animantes expaueſcere ſolent. Sic Ioël

Pſal.18. *Matth. 2.cap.* *Matt.27.* *Luc. 24.* *Pſal. 21.* *Apocal. 10. cap.* *Michea 4.* *Amos. c. 1. & c.*

Pſal.17. ſubiungit: *Mouebuntur cœli & terra, Pſalm. 17. Commota eſt & contremuit terra, fundamenta montium conturbata ſunt & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis.* Sic ſolet ſcriptura Domini formidandam potentiam deſcribere. Vt verò terribilis hoſtibus, ſic populo ſuo gratus erit Dominus, vt ſub eius alas confugiant, & in eo vires accipiant veri Iſraëlitæ, id eſt, fideles. Hoc eſt, quod ſubditur: Et Dominus ſpes populi ſui, quia tunc videbit Dei populus, quod non eſt ſua ſpe defraudatus, Sapient. 5. *Stabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, &c. Pſalm. 27. Dominus fortitudo plebis ſuæ, Roman. 5. Spes non confundit.* Filiorum Iſraël, non ſecundum carnem ſed ſecundum ſpiritum. Quandoquidem 12. tribus Iſraël quæ fuerint incredulæ, iudicabuntur, dicente Chriſto: Matth. 19. *Sedebitis ſuper ſedes 12. iudicantes duodecim tribus Iſraël:* Quia ſcilicet vobis credentibus, credere noluerunt, ſed Iſraëlis nomine electi vniuerſi deſignantur. S. Gregentius Archiepiſcopus Tephrenſis, diſputatione cum Herbano Iudæo inter multa, præclarè etiam ſcribit hac de re ita: Mens ſine intellectus Deum cernens & intuens exponitur Iſraël. Poſtquam igitur vos Iudæi qui aliquando fuiſtis mens Deum videns, cùm ad vos Dei vnigenitus filius venit, ſententia ſponte concitata veſtros clauſiſtis oculos, ne viderent veſpere carentem lucem, continuò excæcati fuiſtis, & pereuntes deſiiſtis eſſe mens Deum cernens, ob eámque cauſam gentes, quæ antea cæcutiebant, mentem ad Deum ſuſtulerunt, & vnigenæ Dei filio crediderunt: & mox lucem intuitæ ſacroſanctum lauacrum acceperunt. Atque ilico ipſis nomen Iſraël inditum atque impoſitum fuit, quod Dei manu vobis ſublatum fuit. Nunc igitur, qui Deum contemplantur, & mentis oculis cernunt, reuera & dignè ac meritò Iſraëlitæ vocantur: qui autem perfidia, & peruicaci incredulitate occæcati ſunt, cum ſua pernicie & exitio deſierunt nomen Iſraëlis habere & audire. Quoniam igitur Iſraëlis nomen ex vobis tranſlatum eſt, & gentibus inditum, notum eſt & perſpicuum Prophetam dixiſſe (Michæam intelligit, cap. 5. Ex te, ô Bethlehem, exibit dux, qui ſit dominator in Iſraël.) De gentibus, vt ſit princeps & dux in Iſraële. Hactenus ille. Ad hanc planè analogiam, & nunc Ioëlis vatis noſtri verba hæc: Fortitudo filiorum Iſraël, &c. exponere oportet, de Iſraële ſpiritali ac myſtico, non autem carnali & ad literam? (*Litera enim occidit, ſpiritus*

Sap. 5. c. *Pſal.27.* *Romano. 5. cap.*

S. Gregẽtius Archiepiſco. Tephrenſis, diſputat cum Herbano Iudæo, Gulonio interprete.

ſpiritus verò viuificat, ait alicubi Apoſtolus.) Pſalm. 17. *Diligam te Domine fortitudo mea.* Fortitudo ſuorū eſt Domin⁹, robur, præſidium, columen, & arx filiis Iſraël, quod ad piorum conſolationem potiſſimum pertinet. Nónne Noë, Abraham, Loth, Iacob, Ioſeph, Moyſes, Dauid, Iudith, Iudæi frequenter, Ezechias, Ioſaphat, & ex ſacris, innumeri alij, protectionem ac fortitudinem Dei, eos conſeruantis in anguſtiis, contra hoſtium inſultus; ſæpè experti ſunt? *In Deo, ait Pſaltes, faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros. ac rurſus, Dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ. Benedictus Deus.* AMEN.

S. Paul⁹. *Pſal.17.* *Pſal.*

HOMILIA XXVI.

SIVE PENVLTIMA.

Et ſcietis quia ego Dominus Deus veſter, habitans in Sion in monte ſancto meo, & erit Ieruſalem ſancta, & alieni non tranſibunt per eam amplius. Et erit in die illa ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte: & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ, & fons de domo Dauid egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum.

IOELIS CAP. III.

POſtquam propheta ſententiam iudicis ſupremam, erga malos, nimirum tanquam leonis rugientis, at erga bonos tanquam amabilis patris gratioſam vocem deſcripſit: ſubiungit de ſtatu beatorum, ad calcem ſui vaticinij, acturus quoque de ſorte infœlici ac tormentis reproborum. Et ſcietis quia ego Deus veſter, (ἰμφατικῶς dictum) id eſt reipſa intelligetis, (quum hoſtibus veſtris flammis acribus addictis, mirabiliter vos ad me in anima & corpore ad beatam aſſumam vitam)

Pſal.17. ſubiungit: *Mouebuntur cœli & terra, Pſalm. 17. Commota eſt & contremuit terra, fundamenta montium conturbata ſunt & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis.* Sic ſolet ſcriptura Domini formidandam potentiam deſcribere. Vt verò terribilis hóſtibus, ſic populo ſuo gratus erit Dominus, vt ſub eius alas confugiant, & in eo vires accipiant veri Iſraëlitæ, id eſt, fideles. Hoc eſt, quod ſubditur: Et Dominus ſpes populi ſui, quia tunc videbit Dei populus, quod

Sap. 5. c. non eſt ſua ſpe defraudatus, Sapient. 5. *Stabunt iuſti in ma-*
Pſal.27. *gna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, &c. Pſalm.*
Romano. *27. Dominus fortitudo plebis ſuæ, Roman. 5. Spes non confundit.*
5.cap. Filiorum Iſraël, non ſecundum carnem ſed ſecundum ſpiritum. Quandoquidem 12. tribus Iſraël quæ fuerint incredulæ, iudicabuntur, dicente Chriſto: Matth. 19. *Sedebitis ſuper ſedes 12. iudicantes duodecim tribus Iſraël:* Quia ſcilicet vobis credentibus, credere noluerunt, ſed Iſraëlis nomine electi vniuerſi deſignantur.

S. Gregẽtius Archiepiſco. Tephrenſis, diſputat cum Herbano Iudæo, Gulonio interprete.

S. Gregentius Archiepiſcopus Tephrenſis, diſputatione cum Herbano Iudæo inter multa, præclarè etiam ſcribit hac de re ita: Mens ſine intellectus Deum cernens & intuens exponitur Iſraël. Poſtquam igitur vos Iudæi qui aliquando fuiſtis mens Deum videns, cùm ad vos Dei vnigenitus filius venit, ſententia ſponte concitata veſtros clauſiſtis oculos, ne viderent veſpere carentem lucem, continuò excæcati fuiſtis, & pereuntes deſiiſtis eſſe mens Deum cernens, ob eámque cauſam gentes, quæ antea cæcutiebant, mentem ad Deum ſuſtulerunt, & vnigenæ Dei filio crediderunt: & mox lucem intuitæ ſacroſanctum lauacrum acceperunt. Atque ilico ipſis nomen Iſraël inditum atque impoſitum fuit, quod Dei manu vobis ſublatum fuit. Nunc igitur, qui Deum contemplantur, & mentis oculis cernunt, reuera & dignè ac meritò Iſraëlitæ vocantur: qui autem perfidia, & peruicaci incredulitate occæcati ſunt, cum ſua pernicie & exitio deſierunt nomen Iſraëlis habere & audire. Quoniam igitur Iſraëlis nomen ex vobis tranſlatum eſt, & gentibus inditum, notum eſt & perſpicuum Prophetam dixiſſe (Michæam intelligit, cap. 5. Ex te, ô Bethlehem, exibit dux, qui ſit dominator in Iſraël.) De gentibus, vt ſit princeps & dux in Iſraële. Hactenus ille. Ad hanc planè analogiam, & nunc Ioëlis vatis noſtri verba hæc: Fortitudo filiorum Iſraël, &c. exponere oportet, de Iſraële ſpiritali ac myſtico, non autem carnali & ad literam? (*Litera enim occidit,*

ſpiritus

ſpiritus verò viuificat, ait alicubi Apoſtolus.) Pſalm. 17. *Diligam te Domine fortitudo mea.* Fortitudo ſuorũ eſt Domin⁹, robur, præſidium, columen, & arx filiis Iſraël, quod ad piorum conſolationem potiſſimum pertinet. Nónne Noë, Abraham, Loth, Iacob, Ioſeph, Moyſes, Dauid, Iudith, Iudæi frequenter, Ezechias, Ioſaphat, & ex ſacris, innumeri alij, protectionem ac fortitudinem Dei, eos conſeruantis in anguſtiis, contra hoſtium inſultus, ſæpè experti ſunt? *In Deo, ait Pſaltes, faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros. ac rurſus, Dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ. Benedictus Deus.* AMEN. S. Paul. Pſal. 17. Pſal.

HOMILIA XXVI.

SIVE PENVLTIMA.

Et ſcietis quia ego Dominus Deus veſter, habitans in Sion in monte ſancto meo, & erit Ieruſalem ſancta, & alieni non tranſibunt per eam amplius. Et erit in die illa ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte: & per omnes riuos Iudæ ibunt aquæ, & fons de domo Dauid egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum.

IOELIS CAP. III.

POſtquam propheta ſententiam iudicis ſupremam, erga malos, nimirum tanquam leonis rugientis, at erga bonos tanquam amabilis patris gratioſam vocem deſcripſit: ſubiungit de ſtatu beatorum, ad calcem ſui vaticinij, acturus quoque de ſorte infœlici ac tormentis reproborum. Et ſcietis quia ego Deus veſter, (ἐμφατικῶς dictum) id eſt reipſa intelligetis, (quum hoſtibus veſtris flammis acribus addictis, mirabiliter vos ad me in anima & corpore ad beatam aſſumam vitam)

quia ego Dominus veſter, peculiari quodam modo, fauore ſingulari, & amorę pluſquam paterno, maternóve erga vos affectus. Quis enim pater, aut quæ mater adeò filium diligit, vt Dominus ſuos electos? Rom. 8. *Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat. Quis eſt, qui condemnet? & rurſus, Scimus quoniã diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ, ijs, qui ſecundũ propoſitũ vocati ſunt ſancti. Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit.* Qua ſanę gradatione oſtendit Apoſtolus ineffabilem eſſe Dei erga electos ſuos amorem, adeò vt ſpeciali quodam titulo Deus illorum dicatur, cùm tamen idem ſit Dominus omnium, Romanor. 10. *atque Deus nedum Iudæorum, ſed & gentium.* *Romanor. 3. An Deus Iudæorum tantùm? nónne & gentium? Imò & gentium. Quoniam quidem vnus eſt Deus,* Epheſ. 4. *Vnus Deus & pater omnium.* Sic peculariter Deus vocari voluit Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, Heb. 11. *Non confunditur Deus vocari Deus eorum: parauit enim illis ciuitatem, ait D. Paulus, & Geneſ. 15. Factus eſt ſermo Domini ad Abram dicens, Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* Vides quòd ſuorum electorum ſpecialiter Deus ac Dominus appellatur. *Habitans in Sion, nempe cœleſti,* in illa ſublimi habitat Deus, in qua facie ad faciem, ſicuti eſt, à beatis videtur & cognoſcitur, vnde Pſaltes, Pſalm. 83. *Videbitur Deus Deorum in Sion, Pſalm. 75. Factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.* Et vas electionis Hebræis ſcribens, *Non acceſſiſtis ad tractabilem montem, & turbinem & caliginem & tubæ ſonum terribilem: ſed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ieruſalem cœleſtem, & multorum millium angelorum frequentiam, & eccleſiam primitiuorum, qui conſcripti ſunt in cœlis, Hebr. 12. & Galat. 4. illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt: quæ eſt mater noſtra.* Vocatur autem hoc loco, Sion mons ſanctus, de quo ſuprà quidpiam diximus, cap. 2. huius Prophetiæ ſub finem *Pſalm. 2. Ego conſtitutus ſum rex ab eo, ſuper Sion montem ſanctum eius, &c. Pſalm. 14. Quis requieſcet in monte ſancto tuo?* Sequitur in contextu: *Et erit Ieruſalem ſancta*, triumphans Eccleſia, quæ de hîc agitur, verè ſancta eſt, ſine ruga & macula, Epheſ. 5. *vt exhiberet Chriſtus ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam aut rugam*

Rom. 8. *Rom. 10. cap. & 3.* *Epheſ. 4.* *Heb. 11. c.* *Pſal. 83. & 75.* *Hebr. 12. cap. Gal. 4. cap.* *Pſalm. 2. & 14.* *Epheſ. 5. cap.*

gam aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata, Apocal.21.non intrabit in eam (ſanctam ciuitatem Ieruſalem) aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium. Pſalm. 14. Qui ingreditur ſine macula, hic habitabit in tabernaculo Domini. & Paulus Hebr. 12. Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. Apocal. 21.cap. Pſal. 14. Heb.12. Rectè ergo ſubiungitur: *Et alieni non tranſibunt per eam, &c. Iſai. 52. Hieruſalem ciuitas ſancta, Non adijciet vltrà vt pertranſeat per te incircumciſus & immundus.* In hac ſancta ciuitate ſoli erunt iuſti, boni, & electi, amici & filij Dei, Apocal. 22. *Foris canes & venefici & impudici & homicidæ & idolis ſeruientes, & omnis, qui amat & facit mendacium. Sicut enim cùm clauſa eſſet ianua, foris manſerunt, vacuis lampadibus, fatuæ virgines, Matth. 25. Sic & alieni non tranſibunt per Ieruſalem ampliùs. Claudetur illis ianua, Iſai. 35. Erit ibi ſemita, & via ſancta vocabitur, non tranſibit per eam pollutus, non erit ibi leo, & mala beſtia non aſcendet per eam, nec inuenietur ibi.* Apoc.22 Matth. 25.cap. Iſai. 35. In ſumma alieni, hoc eſt, improbi non erunt amplius commixti cum iuſtis, ſicut fuit in Ieruſalem terrena & militante, vbi hæretici cum Catholicis, tyranni ac lupi rapaces, non parcentes gregi, cum ſimplicibus ouibus permiſcentur nunc quidem, ad extremum verò ſegregabuntur, quando Chriſtus in nouiſſimo die purgabit aream ſuam, & permundabit eum. In inferno ſunt ſoli mali, in cœlo ſoli boni.

In hoc autem mundo, boni cum malis commiſcentur. Sed Matth. 25. *Separabit in fine paſtor oues ab hœdis.* Tuncque plenè ac perfectè erit Ieruſalem ſancta, quæ tamen nunc etiam, iuxta Symboli Apoſtolici articulos; *Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem.* Matt.25. Sancta eſt, & congruè appellatur Eccleſia ſancta, vt infrà diffuſiùs (propitio nobis Deo) explicabimus. Siquidem de præſenti Eccleſia militante & viſibili accipiendi ſunt præfati articuli, cùm agatur de remiſſione peccatorum & carnis reſurrectione. Quæ enim in terris adhuc eſt, & in carne Eccleſia, credit remiſſionem peccatorum, atque etiam expectat reſurrectionem carnis. Non tamen (quamdiu degit ac militat in hoc impio ſeculo) perfectam omnibúſque numeris abſolutam ſanctitatem adipiſci poteſt. Nam ad meſſem vſque erunt zizania cum tritico permixta: *Matthæi 13.* Hœdi cum ouibus vſque ad veſperam in paſcuis Matt.13. & 25.

commorabuntur. *Matt.25.* Mali piſces cum bonis in verriculo & ſagena, quouſque in littore ſeparentur, remanebunt, (*Matt.13.*) ſtultæ virgines cum prudentibus vnà dormient, donec ſponſo obuiam prodeant (*Matth.25.*) Palea cum frumento retinebitur, donec Dominus aream ſuam perpurgauerit, vt in Euangelio edocetur. In arca Noë, munda & immunda animalia morabantur. Saul inter prophetas (vt indicat ortum inde Prouerbium) & Simon Magus inter baptizatos in primitiua Eccleſia: Inter Apoſtolos Chriſti vnus Iudas. Mali denique cum bonis hic ſemper & ab omni æuo fuerunt permixti. Cum filio liberæ, filius ancillæ, Iſaac nempè cum Iſmaële: *Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillam & filium eius, Non enim erit hæres filius ancil-*
Genſ.21. & Gal. 4.cap. *læ, cum filio liberæ: Gen.21. & Gal.4.* Cum Iacob leui, manebat quoque aliquandiu Eſau vir piloſus & hirſutus atque venator. Cum Iſraëlitis fuerunt Choræ, eiúſque complices ſchiſmatici, ſed vltione diuina, igne conſumpti & de-
Iob 1. ca. hiſcente terra abſorpti ſunt. *Inter filios Dei (Iob cap.1.) aſtitit adſuitque etiam Satan.* Quid plura? Quandiu in hoc mundo militabit Eccleſia, malos ſemper bonis permixtos in vnum collectos habebit, multi enim ſunt vocati, pauci verò electi, vt non ſemel in Euangelio dicitur. Proprietas Eccleſiæ vna eſt, vt ſit ſancta, quod à principe Apoſtolo-
1. Pet. 2. cap. rum ponitur his verbis. 1. *Pet. 2. Vos autem genus electum, & Gens ſancta.* Appellatur autem ſancta, quòd Deo conſecrata dedicatáque ſit, quemadmodum & in lege Primogeniti, qui Deo altiſſimo dedicabantur, ſancti ſunt appella-
Luc.2. ex lege. ti, *quod, Luc.2. ex lege* refertur, ac repetitur: *Omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur.* Nec mirum cuiquã videri debet, Eccleſiam dici ſanctã, quamquã multos peccatores comprehendat: ſancti enim vocãtur fideles, qui populus Dei effecti ſunt, quive ſe, fide ac baptiſmate ſuſcepto, Chriſto cõſecrarunt: tametſi in multis offendunt. Quẽadmodum, qui artem aliquam profitẽtur, quãuis artis præcepta non ſeruent, nomen tamen artificum retinent. Quare D. Paulus Eccleſiam Dei, quæ erat Corinthi ſalutans, ſanctificatos in Chriſto Ieſu, vocatos ſanctos cum omnibus, qui inuocant nomẽ Domini noſtri,
1. Cor. 1. c.3. & 5. 1.*Cor.*1. appellat, in quibus nonnullos fuiſſe perſpicuũ eſt, quos vt carnales & grauioribus etiam nominibus acriter obiurgat, ibidem, & c.3. atq; 5. de inceſtuoſo Corinthio. Sãcta etiam dicenda, quòd veluti corpus cum ſancto capite

Chri

Chriſto Domino totius ſanctitatis fonte, coniungitur, à quo Spirituſſancti chariſmata tanquam à capite in mẽbra diffunduntur. *Ioan.1. de plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia.* Præclarè ſanctus Auguſtinus tom. 8. in Pſalmum 85. interpretans verba illa Prophetæ: Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum. Audeat, inquit, & Corpus Chriſti audeat & vnus ille homo, clamans à finibus terræ cum capite ſuo, & ſub capite ſuo dicere, ſanctus ſum: accepit enim gratiam ſanctitatis gratiam baptiſmi, & remiſſionis peccatorum. *Vnde 1. Cor. 6.* pluribus enumeratis ſceleribus, *Et hæc quidem fuiſtis, ait Apoſtolus: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Leuit. 19. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter.* Et paulò pòſt, idem Auguſt. Si Chriſtiani omnes, & fideles in Chriſto baptizati, ipſum induerunt, ſicut Apoſtolus dicit: *Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Gala. 3.* Si membra ſunt facti corporis eius, & dicunt ſe ſanctos nõ eſſe, capiti ipſi faciunt iniuriam, cuius membra ſancta ſunt. Sic ille. Accedit etiam, quòd ſola Eccleſia legitimum ſacrificij cultum, & ſalutarem habet ſacramentorum vſum, per quę tanquam efficacia diuinę gratiæ inſtrumenta, Deus verã ſanctitatẽ efficit, ita vt quicũque verè ſancti ſunt, extra hanc Eccleſiã eſſe nõ poſſint. Patet igitur eſſe ſanctam Eccleſiã, quoniam corpus eſt Chriſti, à quo ſanctificatur, cuiúſque ſanguine abluitur. Hæc ex Catechiſmo Tridentino ad Parochos, in expoſitione articuli, Credo ſanctam Eccleſiã habentur, quo nihil potuit dici vel melius aut doctius. Doctus Somnius, Epiſcopus quondam Antuerpienſis, de Eccleſia Dei, eiúſque proprietatibus agens. cap. 4. oſtendit multis modis ſanctam dici, veluti multifariam ſumitur ſanctum. Iuriſconſulti ſiquidem, ſanctam nominant, tùm quod eſt munitum, tum verò, quod eſt ſanctione aliqua firmatum. Lege 8. Sanctum eſt. Digeſtis, De diuiſione rerum. Martianus, Sanctum eſt, ait, quod ab iniuria hominum eſt defenſum atque munitum, tractum à ſagminibus herbis, quas legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos violaret. Poteſt ſic dici Eccleſia ſancta: quia Chriſtus deſẽſor eius & fortitudo, vt hoc loco Ioël noſter aſſerit eamq; reddit ſanctam, hoc eſt, inuiolabilem, non ſecus atq; maritus coniugis ſuę, reputans iniuriã Eccleſiæ velut ſuam, quam cuſtodit vt pupillam oculi ſui, & quicumque

Ioan. 1. c. *D. Aug. tom. 8. in Pſal. 85.* *1. Cor. 6. cap.* *Leu. 19. cap.* *Gal. 3. c.* *Catechiſmus Tridẽtinus. Sõnius, de Eccleſia c. 4.* *l. 8. D. de diuiſ. rerum.*

violare molietur conabitúrve chariſſimam Chriſti ſpon-
l. 9. D. ſam,inultus non manebit. Item, l.9.Sacra loca. D. eodem
eodem. dicit Vlpianus.Propriè dicimus ſancta, quæ neque ſacra, neque prophana ſunt,ſed ſanctione aliqua firmata,vt ſanctæ leges, hoc eſt ſanctione aliqua ſubnixæ. Hoc modo
1.Tim.3. cap. ſancta eſt,& dicitur Eccleſia:quia, 1.*Timoth.3.columna eſt, & firmamentum veritatis.* Tantáque nititur ſanctione in
Mat.18. cap. definiendo & iudicando, vt dicat Chriſtus, *(Matth.18.c.) ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.* Cùm igitur Sanctum,vt Donatus definit,ſit, quod eſt omni obſeruatione inuiolabile, atque Eccleſiæ decreta omni obſeruatione inuiolabilia eſſe debeant,conſtat non abs re vel extra propoſitum eam dici ſanctam.Nec debet vocari Eccleſia (ſicut ſuprà allegata.l. Vlpianus, loquitur) ſacra vel prophana, propriè vel præcisè. Quin potius valde ſacra,cum hoc additamento, & neutiquam prophana dici debet,quia Deo eſt conſecrata Chriſti ſanguine, in ſacramentis.Tertio modo,ſcriptura vocat ſanctum id,quod ſeparatum, atque à vulgari & profano vſu & conſuetudine diſtinctum eſt:ſic Eccleſia ſancta eſt,à profano viuendi ri-
1.Theſ.4 tu,ad pium atque chriſtianum tralata, ſicut docet Apoſtolus 1.*Theſſ.4.Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione,vt ſciat vnuſquiſque vas ſuũ poſſidere:in ſanctificatione & honore:non in paſſione deſiderij, ſicut & Gẽtes,quæ ignorant Deum.* Itẽ alio modo capitur ſanctũ, vt etiã apud Græcos ἅγιος, quaſi ἄνευ τῆς γαίας, ſine terra, hoc eſt,purum,incorruptum, vnde Sanctus vir, qui eſt incorruptis moribus.Vnde D.Cyrillus in Leuiticum lib.vndecimo, ad verba: Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus
D. Cyrillus Alexandrinus li.11. in Leuit. ſum,ita ſcribit: Ipſe ſermo in Græca lingua, cùm dicitur ἅγιος,hagios,quaſi extra terram eſſe ſignificat. Quicunq; enim ſe conſecrauerit Deo, meritò extra terram eſſe, & extra mundum videbitur.Poteſt enim dicere & ipſe ſuper terram ambulans, *Philip. 3. Conuerſationem in cœlis habe-*
Phil.3. c. *mus.* Hæc ibi Cyrillus. Sicque Eccleſia Dei reuera ſancta eſt.Nõ quòd in omnibus ſuis ac ſingulis membris ſit pura & immaculata,ſed quòd talis eſt ſecundũ electos,ſpirituales,quos habet plurimos, velut potiorẽ ſui corporis partẽ, & iuxta ſinceriorẽ illam partẽ,ſanctam denominamus.Nã à principaliori(vt aiũt Philoſophi) fit denominatio. Quẽadmodum namq; nemo ſanctorum hîc viuentium, ne ipſe quidem Paulus,*qui de ſeipſo, Epheſ. 3. ſcribit: Mihi omnium*

ſancto

ſanctorum minimo,data eſt gratia hæc, euangelizare in Gentibus,&c.Sanctus eſt ſecundum omnem partem ſui. Scio, inquit, quia non habitat in me,hoc eſt,in carne mea bonum. Quoniam in carne noſtra,vt ibidem dicitur,habitat peccatum. *Rom.7.* lex mēbrorū,peccati fomes,rebellio contra ſpiritū,& carnis cōcupiſcentia,nihilominus tamē:homo quādiu mente ſeruit legi Dei, tandiu dicitur ſanctus. Non quod in hoc mundo homo totus & ſecundū omnem partem ſui purus ſit & immaculatus, ſed quia talis, ſecundum eam partem, quæ præcipuè homo eſt: Eodem modo Eccleſia hic militās,ſancta dicitur,propter ſpirituales viros.de quibus meritò illud,*Pſal: 118.intelligas:Beati immaculati in via,qui ambulant in lege Domini.* Et quidem ſicut dicit Apoſtolus, 2. *Tim.2.In magna domo ſunt vaſa non ſolum aurea & argentea,ſed & lignea atque fictilia.& quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam.* Sic pręſens Eccleſia, bonos & malos mixtim continet. Vaſa honoris ac etiam contumeliæ. Erat Iudas proditor intus in Eccleſia vſque ad diē mortis ſuę,quia tum primùm vacauit Epiſcopatus miniſterij eius,vt ex Pſalmis citat D.Lucas, *Act. ca.1.licet totus* malus eſſet.Habuit præterea naſcens Eccleſia ſub Chriſto Iacobum & Ioannem zelo vindictæ vltrà quàm oportuit inflammatos.Habuit Petrum tertiò negantem Chriſtum Dominum ſuum. Habuit cæteros Apoſtolos de primatu contendentes.Habuit denique quoſdam euſque ſuo ſenſui addictos, vt tandem Chriſtum & ſanctum collegium eius deſererent.*Ioan.6.* Et poſt Chriſtum ſub generatione Apoſtolica, habuit inter Corinthios de virtute baptiſmi altercantes,Cœnam quoque Domini irreligiosè tractantes. Habuit & inceſtuoſum illum Corinthium, inſuper Hymenium & Alexandrum blaſphemantes,donec excommunicati per Paulum, procul fierent ab Eccleſia. Habuit præterea falſos fratres ſine numero: Antichriſtos multos, infirmos,contumaces,pœnitentes denique & impœnitentes.Porrò ſi hic ſtatus erat Eccleſiæ, & ſub Chriſto, & ſub Apoſtolis ſtatim poſt Chriſtum, quibus nemo alius potuit aut inculpatius præeſſe, aut laborare ſtudioſiùs in verbo, & doctrina: quàm pugnant igitur impiè aduerſus veritatē Euangelicā,qui contendunt peccatores non poſſe pertinere ad vnionem Eccleſiæ, aſſerentes Eccleſiam eſſe ſanctam & immaculatam: Quomodo olim Donatiſtæ tempore D.Auguſtini, perperam affirmabant? Reſoluto-

Ro.7.ca.

Pſal.118.

2.Tim.2.

Act.1.ex Pſal.

Ioan.6.

riè itaque tenendum eſt, nunc quidẽ in Eccleſia malos bonis permixtos eſſe, à patre verò magis principali, totam Eccleſiã phraſi notiſſima ſanctam Denominari. Triũphantem autem reuera eſſe ſanctam, ab omni ruga ac macula ſecretam atque repurgatam. Et quod ſcribit Apoſtolus,
Epheſ. 5. (*Epheſ. 5. ſupra allegatum eſt*) nihil nos mouere debet. Non enim aſſerit Eccleſiam nunc non habere maculam aut rugam, ſed finem indicat & exprimit Chriſti paſſi & ſacramenti inſtituti. Quoniam ideò tradidit ſemetipſum pro Eccleſia, ideò quoque ſacramentum inſtituit in Eccleſiã, vt tandem exhiberet eam, non habentem maculã aut rugam, quomodo exhibebit eam cũ tradiderit regnũ Deo & Patri, quod erit in conſummatione ſeculi. Interea verò tẽporis ſedulo purgationẽ facit veterũ delictorũ in ſanguine redẽptionis, per fidem, per verbum, per ſacramentum. Quod ſi quid minus hìc expurgauerit ante mortem, id vlterius perficit poſt mortem in igne diei ſuæ, Quem purgatorium vocamus, totum ad eum finem, vt exhibeat tandem ſibi Eccleſiam penitus immaculatam, quod vates noſter diſertis ſignificat verbis, & erit Hieruſalem ſancta: Hactenus ex Somnio vbi ſuprà. Quod ſequitur: *Alieni non tranſibunt per eam.* Si ad præſentem referas Eccleſiam, de excommunicatione erit accipiendum, *de qua,*
Mat. 18. cap. *Matth. 18. Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus, &c.*

Vt videlicet incorrigibilis ac obſtinatus peccator, tanquam alienus, non tranſeat per Eccleſiam, ſit illi intercluſus aditus, ſit præciſus à corporis communione, à participatione eorum, quæ ſacra ſunt, & à conſuetudine hominũ
Matt. 5. & 18. c. fidelium in ciuilibus expellatur. Id Saluator noſter voluit, ſponſam ſuam alloquens Eccleſiam: *Matth. 5. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, Erue eum & proiice abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuũ mittatur in gehennam. Et ſi dextera manus tua, Si pes tuus, &c. eijce, abſcinde,* ſcilicet tu Eccleſia, per tuos Epiſcopos & præpoſitos, quos habes. Expedit enim tibi magis, ô ſponſa mea Eccleſia, vt pereat tibi vnũ membrorum tuorũ, quàm vt totum corpus tuũ in gehennam eat. *Et Mat. 18. bonũ eſt tibi ad vitam ingredi debilem vel claudũ, quàm duos pedes habẽtem, mitti in gehennã ignis. q. d.* Expedit tibi ſpõſa mea Eccleſia, vt vnum mẽbrorum tuorum pereat, quàm totum
1. Cor. 5. corpus tuum eat in gehennam. Hoc & Paulus, 1. *Corint. 5.*

expreſſit

expreſſit dicens: modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Expurgate ergo vetus fermentum. nempè inceſtuoſum illum de quo iterum: Auferte malum ex vobiſipſis, ibidem. Opiliones ideò morbidam ouem expellunt, ne grex totus pereat. Itaque, vt in ſumma dicam, proijciendi ſunt foras, per excommunicationem, Alieni, nempe hæretici, *Dicente Apoſtolo: Hæreticum hominem, poſt vnam, & ſecundam correptionem deuita.* Tit.3. *Item* Gal.1. *Si quis vobis Euangelizauerit præter id, quod accepiſtis, Anathema ſit. Et Chriſtus* Matth.15. *Omnis plantatio, quam nō plantauit Pater meus, eradicabitur.* Si blaſphemos illos Alexandrum & Hymenæum, Paulus, 1.Tim.1. *tradidit Satanæ:* cur non etiam hæreticos excommunicet tanquam alienos Eccleſia qui maieſtatem blaſphemāt? *vt* D.Iudas, cap. *ſingulari ſua* Epiſtolæ ſcripſit, Galat.5. *vtinam abſcindantur, qui vos conturbant.* At verò qui magis Eccleſiæ pacem turbant vnitatem eius ſcindunt, quàm hæretici & ſchiſmatici? Igitur iure longè optimo vt alieni abſcindendi ſunt, vt non pertranſeant per Hieruſalem, adeò vt non recipiat eos quis in domum ſuam, *nec eis aue dixerit, in ſecunda D.Ioannis Epiſtola, &* 2.*Theſſ.*3. *Denuntiamus vobis in nomine Domini noſtri* IESV CHRISTI, *vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundum traditionem, quam acceperunt à nobis.* Igitur locus iſte, *Alieni non tranſibunt per illam amplius*, vel, de impiis non admiſcendis Eccleſiæ intelligatur, quos tanquam noxium ſanguinem phlebotomiâ, ſeu venæ ſectione & inciſione, à corpore eiicere oportet, & membrum gangrenâ ſeu igni peſtifero infectum, tempeſtiuè, ne perdat totum, reſecare, atque ab ouili ouem morbidam ne perdas integrum gregem, ſubmouere, per excommunicationis ſentētiam. Vel, in futuro ſeculo intelligitur, quùm ſancti erunt in gloria, & mali proijcientur in tenebras exteriores. Nunc ſequentia videamus. *Stillabunt montes dulcedinem, &c.* Hoc pertinet ad ſtatum beatorum. Eſt ſiquidem ibi fruitio excellentiſſimi boni. Inebriabuntur, ait Pſaltes regius, ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Per hæc externa, nimirum, lactis profluuium, & ſtillationem dulcedinis, intelliguntur voluptates patriæ cœleſtis. *Sic,* Luc.22. *diſpono vobis regnum vt edatis & bibatis, &c.* Hoc modo vbertas terræ promiſſionis ſignificabatur per lactis & mellis fluuios. Dabo vobis, promittebat Dominus terrā lacte & melle manantem. Ibi erit omne bonum. Exod.33. *Oſtendam*

Tit.3. Galat.1. D.Iudas, ca.ſingulari. Gal.5.c. Luc.22. Exod.33

Oſtendam tibi omne bonum. Ibi ſatietas plena atque perfecta
Pſal. 16. Pſalm.16. *ſatiabor cum apparuerit gloria tua.* Ibi omnes ſunt
& 83. beati. Pſalm.83. *Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in ſe-*
cula ſeculorum laudabunt te. Ibi denique eſt ſtatus omnium
Boëtius. bonorum aggregatione perfectus, Authore Boëtio, opere
de conſolatione Philoſophiæ. Hic vſurpare liceat verbum
Ioan.c.4 Domini ad Samaritanam: Ioan.4. *Si ſcires donum Dei.* O ſi
nobis ſanctiſſima illa ac fœliciſſima Sanctorum conditio
& ſors, térque quatérque beata, nobis foret communica-
ta, multa hac de periodo, ſtillabunt montes dulcedinem, &
colles fluent lacte: dicere poſſemus, ſed animalis homo, *vt*
1. Cor.2. *ait Apoſtolus.* 1. Cor.2. *non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei:*
Adde quod, *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho-*
minis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe, vt idem re-
Iſai. 64. *fert ex Iſaia, c.64. epiſtola ſuprà citata.* Et quoniam ſenſus no-
c. et 1. Co ſtri maximè delectari ſolent, larga rerum omnium ad vi-
rinth.2. ctum, & honeſtam voluptatem pertinentium abundantiâ
& copiâ: Cuius generis ſunt mellis & lactis redundans
vbertas: Idcirco vates ſub harum rerum inuolucro, fœli-
cem beatorum ſtatum depinxit: vt indicaret id quod eſt
ſummum bonum, atque ſuper omnia deſiderabile. Lac ani
malis naturæ alimentum primum & idoneum ac ſummè
vtile eſſe, omnium animantium nutritio ſatis euidenter
Arias probat: Mel verò dulcedinis & ſuauitatis omnis princi-
hoc loco. pium atque ſummam continet: (ait Arias hoc loco.) *Ni-*
hil enim melle dulcius in omni ſuccorum ſenſu inuenitur:
Iudic. 4. Iudic.4. *Quid dulcius melle?* Lactis etiam ſpontanea affluen-
tia, maximæ cuiuſdam proſperitatis, ex re ruſtica, ſymbo-
lum eſt, atque indicium. Atque ideò, cùm de aurea ætate
ſermo inſtituitur, nulla verba à Poëtis commodiùs vſur-
Ouidius pari ſolent quàm mellis & lactis. Sic enim Ouidius lib.1.
li.1. Me- Metamorphoſeōn eleganter cecinit:
tamorp. *Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant:*
Flauáque de viridi ſtillabant ilice mella.

Stillabunt montes, &c. Vt maximam redundantiam ſigni-ficaret, non mella ex apum aluearibus, aut lac ex peco-rum vberibus quærenda, ſed abundè, per agros per valles è collibus & montibus defluxu aſſiduo inuenienda eſſe di-cit: Atque ea res non parcâ, ſed benigniſſima manu diui-na dona ſanctis hominibus in cœlo, communicanda eſſe declarat. *Per omnes riuos Iudæ ibunt aquæ, &c.* ait Propheta. Olim etiam cùm Iudæa regio beatiſſimè coleretur, tamen

àquarum

aquarum viuarum penuriâ laborabat: Maximè autẽ vrbs ipſa, in qua pluuiæ aquæ collectionibus & piſcinis, fontium & puteorum defectum ſupplere incolæ coacti ſunt. Obſerua ſedulò, quod Pindarus. Ode 1. aquæ præſtantiam venuſtè admodum deſcripſit, hoc hemiſtichio: *Pindarus Ode 1.*
Optima lympha quidem, &c.

Per eam Spirituſſancti donum ſignificatur, Ioan. 4. *Omnis qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet iterum, ſed fiet in eo fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam. Item Ioan. 7. ſi quis ſitit, veniat ad me & bibat. Hoc autem dixit de ſpiritu, ait Euangeliſta.* Verùm de his latiùs in Decadibus noſtris ſacris me dixiſſe memini, Concione de Samaritana & aliâ, in qua præfatam ſententiam, Si quis ſitit, &c. interpretati ſumus. *Ioã. 4. c. & 7.*

Fons de domo Domini egredietur, &c. Zacharias, c. 13. *prophetat de fonte ad abluendam immunditiam, hoc eſt, peccata. Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem, in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.* Item Iſai. 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris, non vnum fontem* dicit, vt Ioël, ſed fontes, numero multitudinis appellauit. *Subſcribit* Ezechiel. cap. 36. *Effundam, dicens, ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos, Et dabo vobis cor nouum, & auferam cor lapideũ, &c.* Tres iſti Prophetæ cum noſtro Ioële, de ſancto Baptiſmate indubiè loquuntur. Dicit autem de fonte in domo Domini. Non ſimpliciter aquam, ſed aquam Domini, & ex Domini domo ſcaturientem commemorat. Non de aqua in genere loquitur, quæ animam attingere nõ poteſt: ſed de aqua diuina, profluente è domo Domini. Accedit verbum ad elementum, (ait Sanctus Pater Auguſtinus & canonizatur apud Gratianum) & fit ſacramentum. Quæ enim aliàs eſſe poteſt tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? Detrahe verbum, & quid eſt aqua, niſi aqua? Præcipua Eccleſiæ dona ſunt. Verbum & ſacramenta, quorum ianua eſt baptiſmus, cuius præcipuus fructus atque effectus, vt dicit Zach. ablutio eſt peccati & immunditiæ, vnde vita æterna: dicente Chriſto. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto*, Ioan. 3. & Mar. vltimo. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit*, Vocat Apoſtolus, *Lauachrum regenerationis & renouationis Spirituſſancti.* Item Epheſ. 5. *Mundans eam, lauachro aquæ in verbo vitæ.* Eccleſiam videlicet.

Zach. 13 *Iſai. 12. c.* *Ezec. 36* *D. Aug. & Gratianus ſcriptor Decreti.* *Ioan. 3. c. Mar. vltimo. Epheſ. 5.*

Eccleſia

Eccleſia hîc vocatur à Ioële, Iuda, id eſt confitens, agnoſcens, laudans Deum, ob miſericordiam hominibus exhibitam. Hoc nomen non meretur Synagoga, Euangelium vt nocentiſſimam peſtem damnãs, at verò Eccleſia, quæ Chriſtum verum Dei filium agnoſcit & adorat, Iudæ nomine meritò inſignitur. De baptiſmo concione de piſcina, in Decadibus noſtris ſacris aliàs diximus. Si autem, ex inſtituto, de æterna beatitudine fontem Domini, interpretemur, tunc illud Pſalmographi benè accõmodabitur: *Apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, &c.* Hoc ipſum in ſpiritu prophetiæ præuidit S. *Ioannes*, Apoc. 22. *id eſt, vltimo cap. Oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ ſplendidum tanquam cryſtallum, procedentem de ſede Dei & Agni, & ex vtraque parte fluminis lignũ vitæ afferens fructus 12. per menſes ſingulos reddens fructum ſuum.* Sequitur in textu: *Irrigabit torrentem ſpinarum, &c.* Torrens ſpinarum, (monet hoc loco Arias) Hebraicè fluuius Sitim dicitur, qui in Topographiæ ratione pars quædam Iordanis eſſe dicitur, ſiue torrens in Iordanem influens, cui Setim oppidum adiacet. Auctor huius rei Saadias antiquus ſcriptor eſt. Sic ibi. Rigabit vallem Sittim. Locus eſt in campeſtribus Moab, vbi Iſraëlitæ ſcortati ſunt cum Moabiticis mulieribus. *Numerorum 25. cap.* Itaque eò videtur reſpicere (vt attigit R. Selomo Iarhi apud Mercerum) quòd locum illum ab Iſraëlitis quondam contaminatum, fons ille ſalutaris verbi Domini ſit luſtraturus: hoc eſt immundiſſima quæque. Sic autem præfatus R. Rigabit, inquit, vallem Sittim. j. Expiabit pro iniquitate Peor, Siue eorum, qui initiati ſunt Beelphegor. R. Dauid Kimhi de valle Sittim ſic refert, Mercero interprete, Cæterùm percelebris ille magiſter Saadias piæ memoriæ, expoſuit vallem Sittim dicẽs, quod eſt Iordanis. Siquidem Iordanis propinquus eſt loco, qui vocatur Sittim, propterea eum illi adiunxit. Sic ibi. Non eſt ergo locus hic procul à Iordane. Vnde & per Sittim putant nonnulli hîc ſignificatum Iordanem, ac deinceps totam terram Iſraël, quæ Iordane diſterminatur cis & trans Iordanem. Vocabulum Hebraicũm, Nahal non ſolum torrentem, ſed & vallem, in qua non eſt aqua, ſignificat: vt docent Hebræi. Lyranus noſter: Per dulcedinem intelligit ſuauitatem cœleſtis patriȩ. Per fontem, plenitudinem beatitudinis: Per torrẽtem Setim, corpora ſanctorum incorruptibilia ſiue imputribiliæ. Omnia in tabernaculo

Pſalm.
Apoc. 22
Arias hoc loco.
Saadias in hunc locum.
Num. 25
R. Selomo Iarhi Mercero, interprete.
R. Dauid Kimhi.
Lyranus noſter hic.

naculo ex lignis Setim putreſcere neſcientibus,erat fabricata,quæ fortaſſis myſterium hoc adumbrabant nẽpè eos, qui in tabernaculo Domini habitabunt, habituros in gloria cœleſti corpora, corruptioni nequaquam in poſterum obnoxia:rigandóſque fonte diuinitatis Domini.Sed tẽpus eſt,vt S. Patris noſtri Gregentij Archiepiſcopi Tephrenſis ſuper hac re ſententiam proferamus. Is Diſputatione tertij diei cum Herbano Iudæo,hæc Ioëlis,ca.3. verba erudiſſimè verſat tractátque hoc modo: In illa die ſtillabunt montes dulcedinem (Latinam apponam Gulonij Literarũ Græcarum profeſſoris regij interpretationem) nẽpe hymnos & melodiã in gaudium ſanctorum, quæ ſunt multitudines angelorum Dei, & colles fluẽt lacte,auſpicium diuinæ epulationis,qui ſunt vertices angelorum Dei,& omnes emiſſiones Iudę ſcaturiẽt,aquis.Intelligibiles venas,emiſſiones dicit,emittentes & ebullientes fontes,viuificum laticem regni cœlorum. Quemadmodũ enim in terra,aquæ ex venis ſaliunt,& bibit totus mundus:ſic & in cœlo aquæ à Deo ſpiritales & mente perceptibiles & bibunt Angeli, & omnes ſancti Dei. Per Iudam autem ſignificat Dominũ Ieſum,ex tribu Iudæ corporaliter productum. Et fons, inquit,ex domo Domini exiliet,& rigabit torrentem iuncorum.Fontem dicit,inenarrabile illud gaudium,& lętitiam inexplicabilem, & fruitionem, & odoris ſuauitatem ſancti Spiritus, quæ quidem ex ipſo præpotente Deo ineffabiliter & iugiter ſiue perenniter emanat, & rigabit ſanctorum agmina, & cor ipſorum tremenda illa & incomparabili ſuauitate implebit. Ægyptus euaneſcet,id eſt,omnis error, & lateris faciendi ſeruitus,id eſt,peccati.Et Idumæa in campum abolitionis fiet. Dico omnem gentem alienigenarum, & eorum,qui non fuerunt ſoboles pretioſæ piſcinæ, per ſanctum Baptiſma. Quomodo? Eò quòd, inquit,effuderunt ſanguinem iuſtorum in terra ſua, Prophetarum,Apoſtolorum,Martyrum. Hi enim filij, & amici, & germani & fratres mei Saluatoris Chriſti, ex tribu Iudæ admirabiliter exorti, qui quidem atrocem paſſi ſunt iniuriam, ab ipſis trucidati. Iudæa autem in ſeculum habitabitur, quæ ſuperna eſt Iudæa, quæ quidem regio eſt verbi Dei incarnati ex Iuda, & quæ eſt primogenitorum Hieruſalem in generationes generationum, non quæ eſt terreſtris & ima, ſed ſupercœleſtis, id eſt, vt decet diſtinctè dicere, in ſecula ſeculorum. Et exquiram ſanguinem ipſorum,

S. Gregẽtius Archiepiſcopus Tephrenſis.

ipſorum, &c. Nempè eorum, qui ſub lege viuunt, & poſt legem in noua gratia, propter pulcherrimum ſuum Martyrium, qui propter Deum effuderunt ſanguinem, & propter verbi ipſius puriſſimam & omninò impollutam incarnationem: neque innocentes ipſos iudicabo, ſed igne ſempiterno conſumam. Et Dominus requieſcet in ſuperna Sione. Hæc vera interpretatio eſt, ô Herbane. Quod ſi adhuc aliquid peruerti, vt antè dixiſti, redargue. Sic antiquus ille & verè Catholicus pater. Cui Diuum adiungam Hieronymum, cuius etiam, (vt admirandus ſanctorum Eccleſiæ doctorum appareat conſenſus, & harmonia verè diuina, nam in Eccleſia licet omnibus accedentibus

Luc.15. ad illam, audire ſymphoniam & chorum? Luc.15. Super hac

D.Hieronymus in Ioël.3.c. re ſententiam proferemus. Ille ad verba, Irrigabit torrentem ſpinarũ. Pro torrente ſpinarum, ait, ſeptuaginta tranſtulerunt, torrentem funiculorum, id eſt, *χειμαῤῥουν τῶν σχοίνων*, quod aut funiculum ſignificat, aut iuxta Aegyptios,

Pſal.138. menſuram certi itineris. Pſalmiſta dicente, Pſalm. 138. *Semitam meam, & funiculum meum inueſtigaſti.* In Nilo enim flumine, ſiue in riuis eius, ſolent naues funibus trahere, certa habentes ſpatia, quæ appellant funiculos: vt labori defeſſorum, recentia trahentium colla ſuccedãt. Nec mirum, ſi vnaquæque Gens certa viarum ſpatia, ſuis appellet nominibus: Cùm & latini mille paſſus vocent: & Galli leucas, & Perſæ paraſangas: & raſtas, vniuerſa Germania: atq; in ſingulis nominibus diuerſa menſura ſit. Hæc quia 70.

70. interpretes. funiculos tranſtulerunt. Cæterùm nulli dubium eſt, omnia, quæ in tabernaculo Dei legimus, de lignis Sethim fuiſſe perfecta, quæ 70. interpretati ſunt ligna imputribilia. Eſt autem genus arboris in eremo ſpinæ albæ ſimile, colore & foliis, non magnitudine. Alioquin tam grandes arbores ſunt, vt latiſſima ex illis tabulata cędãtur: lignúmque fortiſſimum eſt, & incredibilis leuitatis ac pulchritudinis, ita vt ex his etiam vaſa torcularium, quæ *ἄρσωας καὶ θυλάκας* vocãt, ditiſſimi quinque & ſtudioſiſſimi faciant: quæ ligna in locis cultis, & in Romano ſolo, abſque Arabiæ ſolitudine non inueniuntur. Pro torrente funiculorum ſiue ſpinarum Symmachus interpretatus eſt vallem ſpinarum. Eſt autem locus iuxta Liuidem trans mare mortuum, ſexto ab ea diſtans milliario: vbi quondam cum

Michææ 6.c. Madianitis fornicatus eſt Iſraël. Huius loci ex perſona Dei Michęas Propheta meminit, dicens cap. 6. *Popule meus, memento*

memento quaſo, quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid reſponderit Balaam filius Beor; de Sethim vſque ad Galgalam. Ergo egredietur fons de domo Domini, vt ariditatem noſtram riget aquis largiſſimis, & pro ſpinis ac vepribus flores virtutum multiplices germinemus. Et in eo loco, vbi quondam, fornicatus eſt Iſraël, & initiatus eſt Beelphegor: lilia caſtitatis, & roſæ pudoris ac virginitatis exuberent. Hactenus D. Hieronymus vbi ſuprà. Remigius denique hoc loco ſuum addit ſuffragium, ita ſcribens: ſpiritualiter domus Dei Eccleſiam ſignificat. Fons qui dicitur exire de ea, fons baptiſmatis & doctrina intelligitur. Vallis autem ſiue torrens ſpinarum: gentilitatem ſignificat, quæ punctionibus peccatorum ſuorum pungebatur, & cœperunt flores oriri virtutum, vbi antea punctiones peccatorum oriebantur. Adiicio & iſtud, quod Ezechiel. 47. deſcribitur: *Ecce aqua egrediebantur ſubter limen domus Domini ad orientem, aqua autem deſcendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris.* Deinde ſubiungitur. *& dictum eſt mihi: Omnia viuent, ad qua venerit torrens, & ſuper torrentem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum, non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius.* Sic vates ſacer. Aquam baptiſmatis ſub torrentis illius typo adumbrans. Tempus eſt autem imponendi huic Homiliæ finem. Ieſum Saluatorem humillimè deprecantes, vt nos Spiritu ſancti aqua, hoc eſt, gratia, nos ſpinis peccatorum noſtrorum cruentatos, misericorditer rigare velit ac dignetur, vt ſecus decurſus aquarum plantati, fructum demus in tempore, ad ipſius honorem, noſtrámque ſalutem. AMEN.

Remigi' hoc loco.

Ezech. 47. cap.

***

HOMILIA XXVII.

Ideſt, Enneadis tertiæ poſtrema.

IOELIS CAP. III.

Aegyptus in deſolationem erit, & Idumæa in deſertum perditionis, pro eo quod iniquè egerint, in filios Iuda, & effuderint ſanguinem innocentem in terra ſua. Et Iudæa in æternum habitabitur, & Ieruſalem in generationem & generationem. Et mundabo ſanguinem eorum, quem non mundaueram, & Dominus commorabitur in Sion. Explicit Ioël Propheta.

TErram iam videre, ac portum vnde primùm ſolueram videor agnoſcere, id eſt, finem libri Ioëlis intueor, vt cum Diogene loquar, de quo Laertius lib. 6. legerat quidem diutiſſimè, inquit, tùmque ad finem libri nihil vltra ſcriptum eſſe oſtenderet, Bono, ait, eſte animo viri, terram intueor. Dicamus igitur in hac poſtrema cõcione. Primùm omnium de reproborum ſuppliciis ac infœliciſſima cõditione. Deinde cõcluſio erit in beatiſſima bonorum ſorte commemoranda. Ægyptum nominat & Idumæam, Per quas duas gentes, vt adnotat Lyranus noſter, omnes generaliter intelliguntur peccatores: Nominatim verò & ſpecialiter iſtæ exprimuntur, quia Ægyptus filios Iſraël iniquè oppreſſit, & Eſau à quo dicta Idumæa, fratrem ſuum Iacob innocentem perſecutus eſt. In cauſa verò damnationis reproborum exprimuntur ſpecialiter peccata crudelitatis (ſubintelliguntur tamen omnia alia peccata.) Ergo quicunque populum Dei perſecutus eſt, & quicumque fuderit ſanguinem innocentem, erit in perditionem, ſicut hic dicitur: *Ægyptus in deſolationem erit, & Idumæa in deſertum perditionis. Vnde Iſai. 26. In terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam domini. Pſal. 78. Effuderunt ſanguinem eorum, tanquam aquam in circuitu Hieruſalem.* In Euangelio de talibus dicitur: *Ligatis manibus & pedibus,*

Laertius lib. 6. in Diogene.

Lyranus. ſ. Ioël. 3. cap.

Iſa. 26. c.

Pſal. 78.

pedibus, proijcite in tenebras exteriores? Ibi conſolatio nulla,
ſed deſolatio perpetua. Obſerua quòd, מצרים, mitzraim,
pro quo verterunt interpretes Ægyptus, ſonat tribulatio-
nes. Fortaſſe nomen inditum, quòd poſteritas Iacob, illic
ſit indignè à regibus habita: & Edom à ſanguine denomi-
natur. Quæ nomina aptiſſima ſunt aduerſariis Eccleſiæ,
qui eam tribulare & perſequi, innoxiúmque ſanguinem
fundere non deſinunt. D. Hieronymus hoc loco, Ægyptus, *D. Hie-*
inquit, ὑποθλίβουσα, dicitur, id eſt, ſanctos Dei perſequens & *ronym. ſ.*
tribulans: Idumæa terrena vel cruenta. Atque in his duo- *Ioëlis 3.c.*
bus populis, inquit, hîc Arias, ſi rem propius ſpectare pla- *Arias*
ceat, omnes Chriſtianæ & ſanctæ Eccleſiæ hoſtes cõtineri *hic.*
perſpiciemus. Quotquot enim hodie, cum Chriſtiano &
verè pio populo ſimultates inimicitiáſque exercẽt, ad duo
in vniuerſum genera, Iſmaëlitarum & Idumæorum referri
poſſunt. Iſmaëlitæ ſunt, qui Mahometi viam & ſectam ha-
bent, quam ſequantur: qui ab Iſmaële oriundi ſunt. Nãque
Iſmaël ex Agar Ægyptia ancilla ortus, Gen. 16. vxorẽ etiam *Gene.16.*
Ægyptiam duxit, ſicut ſcriptum eſt, ca. 21. *Accepit illi mater* *& 21.ca.*
ſua vxorem de terra Ægypti. Non iniuria igitur per Ægyptũ
Iſmaëlitæ ſignificãtur. Cæteri verò præter hos, quicunque
aut idololatriam, aut ſuperſtitionem, aut impietatem ſe-
quuntur, omnes ad Idumæos gentem idololatram & gen-
tilitatis principem pertinent. Sic ille. In deſolationẽ erunt
Eccleſiæ hoſtes, exempla omnibus ætatibus, neminem vn-
quam fœliciter Eccleſiam oppugnaſſe. Finis Ægypti, quæ
afflìgit Iſráëlem, Edom, qui effundit ſanguinem innocen-
tem: erunt in vaſtam ſolitudinem. Iudæa (id eſt, conſitentes
Euangelium) habitabitur in æternum. Perpetuitas Eccleſiæ
declaratur, & ſi enim oppugnetur, & variè à mundo exagi- *Matt.16.*
tetur: haud tamen expugnari poteſt, Matt. 16. *Portæ inferorũ* *& 7.cap.*
non præualebunt aduerſus Eccleſiam. Venerũt flumina & venti
ſeu tempeſtates flauerunt, & irruerunt in domum illam, & non
cecidit: fundata enim erat ſuprà petrã, Matth. 7. c. *Nec vnquam* *Luc.22.*
deficiet fides Petri, Luc. 21. *Pro quo Domin⁹ ipſe rogauit, vt aliàs* *Matt.28.*
ſuprà diximus, Et Dominus habitabit in Sion, id eſt, Ego adero *i. vltimo*
ſemper Eccleſiæ, ait Chriſtus. Sic in Euang. *Ego vobiſcum* *cap. Eze-*
ſum vſque ad conſummationem ſeculi, & in fine Ezechiëlis, cap. *chiël.48.*
48. Et nomen ciuitatis ex illa die; Dominus ibidem: Zachar. 2. *ideſt vl-*
Habitabo in medio tui, ait Dominus, & in gloria ero in medio *timo cap.*
eius, ſcilicet Ieruſalem. Sic nunc Ioël. 3. Perpetuò ſtabit Ieruſa- *Zachar.*
lem, quia ſemper ei adeſt, & in ea verſatur Dominus, hac *2.cap.*

ſuauiſſima, & eximia promiſſione claudit ſuas conciones Ioël. Nec ſunt hæ promiſſiones & quæcumque aliæ ad regnum Chriſti pertinent, conditionales, vt Aben Ezra vult. Omninò enim regnum Chriſti, & ei⁹ promiſſiones locum habituræ ſunt in Electis. Et quando conditio additur, vt
Zachar. 6. cap. Zach. 6. *Erit autem hoc, ſi auditu audieritis vocem Domini Dei veſtri*, id fit ad excludendos improbos, qui non perſeuerāt.
Pſal. 86. & 50. *Dominus commorabitur in Sion*, concludit Ioël. *Pſal. 86. Fundamenta eius in montibus ſanctis. Diligit Dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Iacob. & Pſalm. 50. Benignè fac Domine, in bona volũtate tua Sion, &c.* Quod autem ſubdit vates: *Iudæa in æternum habitabitur, & Ieruſalem in generatione & generationem.* Notabis perpetuitatem iſtam ſatis indicare non de terrena & carnali Hieruſalem, ſed de cœleſti ſpiritualíque accipiendam eſſe, quādoquidem vetus illa funditus deſtructa fuit, & carnalis Iudæa à ſua vltima diſſipatione, nullam prorſus Remp. cõſtituere potuit. Eccleſia verò, in qua manebit Chriſtus vſque ad ſeculi conſummationem, perpetuò regnabit in cœlis. Vbi iugis eſt cõfeſſio laudis, per Iudam, iuxta nominis etymon, ſignificata,
Pſal. 83. *Pſal. 83. in ſecula ſeculorum laudabũt te.*
Apo. 7. c. *Apoc 7. Benedictio & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum. Amen.*
Tobie 13. cap. *Tob. 13. c. Per vicos Ieruſalem, cantabitur Alleluya.*
Apocal. 19. cap. *Apoc. 19. Audiui vocem dicentium Alleluya, Laus, gloria, & virtus Deo noſtro eſt.* Laus ratione bonitatis, gloria ratione ſapientiæ, & virtus ratione potentiæ. Et iterum dixerunt, Alleluya, ac rurſus bis, Amen, Alleluya, Alleluya. Sic indefeſsè ibi laudatur Dominus. Benè ergo Iudæ nomine deſignatur. Quandoquidem, quíſnam Iudæus rectè dici poſſit, ſuprà expiicuimus: is videlicet, qui diuinorum beneficiorũ perpetuò memor, aſſiduis laudibus, cõfeſſionibus & gratulationibus vacat. Hieruſalem ſimiliter, glorioſam ſanctamque ciuitatem Dei intelligimus, de qua vates regi⁹,
Pſalm. *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.*
D. Hieronym⁹ ad hunc locum. Quod D. Hieronymus ad hunc locum poſuit. Non vtique hæc Iudæa in æternum habitabitur, quam videmus eſſe deſertam: non iſta Hieruſalem, cuius ruinas cernimus: ſed illa Iudæa, cuius filiæ exultauerunt, & lætatæ ſunt in omnibus iudiciis Domini. In hac prouincia confeſſionis & gloriæ, & in hac vrbe in qua pax Domini cernitur, erit æterna habitatio, non in vnam vel in tres, aut plures generationes, ſed in generatione & generationem, hoc eſt, in

duabus

duabus generationibus eorum, qui de Iudæis & de gentibus crediderunt. Sic ille.

Et mundabo ſanguinem eorum, quem nõ mundaueram, &c. Quia communiter iuſti affliguntur in præſenti, atque vſu venire ſolet, vt pij per multas tribulationes hic exerceãtur ideò à mundanis reputantur Deo odioſi, ſed in beatitudine cœleſti, declarabitur eorũ iuſtitia, Sap. 5. *Nos inſenſati* Sap. 5. c.
vitam illorum æſtimabamus inſaniã, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Dicit ergo mundabo ſanguinem eorum, id eſt, illos tunc fuiſſe mundos oſtendam, quos non antè mundaueram, id eſt, quorum mundiciam non declaraueram in præſenti vita, carnalia tantum, attendentibus & admirantibus. Sap. 5. *Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij.* Germanus igitur ſenſus huius loci eſt, meo quidem iudicio, effecturum Dominũ, vt ſanguis piorum effuſus, qui iuſtè fuſus videbatur mundo, declaretur iniuſtè effuſus: exitio ſcilicet impiorum, qui eum effuderunt. Nec tamen incommodè ad tempus poſt iudicium referas, quùm innocentes declarabuntur pij, hic ab impiis afflicti. *Et Dominus commorabitur in Sion.* Nempe cœleſti, vbi clarè videbitur à Sanctis, qui eo in æternum perfruentur. Hæc eſt ratio beatitudinis, Deũ beatificè intueri, cum Deo in ſancta Sion in perpetuum commorari, Dei præſentia gaudere. Cicero lib. 5. Tuſcul. quæſtionum: Nec vlla alia huic verbo, cùm beatum dicimus, ſubiecta notio eſt: niſi ſecretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. Hoc ipſum eſt, quod Boëtius lib. 3. de conſolatione Philoſophiæ Proſa 2. eodem penè ſenſu dixit: Liquet Beatitudinem eſſe ſtatum omnium bonorum aggregatione perfectum. Verùm ne profanorum tantùm authoritate nos ſubnixos quis arbitretur vel exiſtimet: Diui patris Auguſtini grauiſſimam proferam ſententiam, lib. 19. De ciuitate Dei, cap. 4. tomo. 5. his verbis: Ciuitas Dei, de finibus bonorum, malorúmque, quid ſentiat, interrogata, reſpondebit: Æternam vitam eſſe ſummum bonum, æternam verò mortem ſummum malum. Idem aliàs ſic definit Beatum, eum, qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. Eſt nãque fœlicitas, conſecutio rerum ad vota. Sed nullus res omnes, quas appetit, poſſidet: niſi qui vnitur cum fonte omnium bonorum, & cum eo perpetuò commoratur, à quo ad libitum cuncta haurire poſſit. Beatus eſt

Cicero li. 5. Tuſc. quæſt.

Boëthius lib. 3. De conſ. Philoſop. Proſa 2.

D. Aug. to. 5. li. 19. De ciuit. Dei. c. 4.

igitur, qui eſt vnitus cum Deo. Benè itaque ſacer vates noſter, in peroratione hoc poſuit: & commemorabitur Dominus in Sion, vt ſua ſatiet præſentia, ac plenè reficiat in æterna beatitudine ſuos electos. Commorabitur item in Sion Dominus, vt ſit æterna merces & præmium iuſtorum: commorabitur, vt ſuam illis communicet, abundéque impertiat diuinitatis gloriam, dicente Ar-
2. Pet. 1. chiapoſtolo 2. *Pet. 1 vt efficiamini diuinæ conſortes naturæ. Item Pſalte diuino, Ego dixi Dij eſtis*, quod per participationem intelligitur. Commorabitur denique, vt im-
Iſa. 51. c. pleat omni gaudio ſuos vnicè charos filios. *Iſa. 51. Venient in Sion laudãtes & lætitia ſempiterna ſuper capita eorũ, gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet, dolor & gemitus Ego ego*
Apo. 21. c. & 19. *ipſe conſolabor vos. Apoc. 21. Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, ne-*
duo. *que clamor, neque dolor erit vltrà, quæ prima abierunt.* Beati ergo, vt cap. 19. ibi dicitur: qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt. Poſt cœnam, non eſt alius expectandus paſtus, vltima eſt refectio, deinde quies. Ita & beata illa ac æterna manſio in ſancta Sion, quietat ac completè ſatiat hominis appetitum. Vide, amabo, Antitheſim, dixit de Aegypto, quoniam in deſolationem erit. Hic autem, in manſione illa cœleſti, in ſublimi ac excelſa Sion, perfecta, omnibúſque numeris abſoluta conſolatio exiſtit. Si
Luc. 16. cap. enim in ſinu Abrahæ, quædam conſolatio erat: *Luc. 16.* de Lazaro dicitur: *Nunc hic conſolatur. Tu verò cruciaris*, quantò magis, in ſinu ſummi patris, in ſuperna illa Ieruſalem erit ineffabilis conſolatio? Si cum vidiſſet Petrus Chriſtum in monte transfiguratum in gloria, præ
Mat. 17. cap. gaudio ſtatim exclamauit: *Matt. 17. Domine, bonum eſt nos hic eſſe: Si vis faciamus tria tabernacula &c.* Quid de manſionibus illis æternis, præ illo Apoſtoli gaudio, erit exiſtimandum? O igitur, omnem totius boni plenitudinem! ô fontem inexhauſtum totius dulcedinis! ô torrentem voluptatis! O abyſſum totius conſolationis! O plenum gaudiũ (Eſt enim pelagus ac Oceanus totius delectationis.)
Ioan. 16. cap. *Et gaudium veſtrum ait Chriſtus, Ioan. 16. Nemo tollet à vobis.* Cõcede & mihi quamuis indigniſſimo poſt huius vitę decurſum, tandem aliquando, cum Sanctis tuis, in Sion commorari. Vbi æterna perfruar lætitia, vbi reddã tibi hymnũ
1. Tim. 4. cap. laudémq; indefeſſe tibi canã, Domine Ieſu Chriſte *Saluator omniũ, maximè verò fideliũ (1. Timo. 4.) Qui me dilexiſti, &*

tradidi

tradidiſti temetipſum pro me,(Galat. 2.) Nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos. Ne derelinquas nos. Iere. 14.) Mane nobiſcum Domine, Luc. 24. Vt ex neceſſaria conſequentia commoremur tecum in Sion, *ubi te decet hymnus, laus & gloria, vt ait Pſalmiſta. Fiat fiat.* *Ier. 14. c.* *Luc. 24.*

Nũc per modũ Epilogi quædã hîc repetenda duximus, vt abſolutam Ioëlis explicationem habeamus. Nobis omniũ prophetarum orationes inter ſe cõparantibus conſtat vnũ Ioëlem eſſe, qui, (vt ait Arias in Ioëlem c. 2. ad verba, Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem) aliorũ omnium dicendo rerum copiam & maieſtatem; verborũ orationiſq; elegantiam, myſteriorum grauitatem, diuinitatis abſtruſas rationes, oraculorum & vaticiniorum impetus, raptúſque omnes admirandos, vno in libello ſumma breuitate, Carminibus vt pote ſeptuaginta tribus, complexus eſſe, atque expreſſiſſe videatur. Sic ille. Nota primum Ioëlis caput verſibus, aut, ſi mauis, carminibus, 20. abſolui. In ſecundo, Verſus ſunt 32. In tertio autem ſeu poſtremo capite, carmina ſeu verſus 21. Quæ ſimul in vnum collecta, carmina ſeptuaginta tria conficiunt. Inſigniores verò loci & ſententiæ Ioëlis ſunt, quæ ſequuntur. *Arias. ſ. Ioel. 2. c.*

1. *De pœnitentia, cap. 2. Conuertimini ad me, in toto corde veſtro &c.*
2. *De Ieiunio, cap. 1. Sanctificate ieiunium, vocate cœtum &c. item, c. 2. in ieiunio, in fletu &c.*
3. *De pœna ebrietatis, c. 1. Expergiſcimini ebrij, & flete, quoniam perijt vinum ab ore veſtro.*
4. *De inuocatione nominis Dei, ca. 2. Omnis, qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit.*
5. *De forma orandi, c. 2. Parce Domine, parce populo tuo &c.*
6. *De cæremoniis publicis, ca. 1. Congregate ſenes, vocate cœtum, & cap. 2. Sanctificate Eccleſiam, congregate paruulos, & ſugentes vbera. Egrediatur ſponſus de thalamo ſuo &c.*
7. *Fructus pœnitentiæ, c. 2. Si conuertantur, zelabit Dominus terram ſuam, & parcet populo ſuo &c.*
8. *De regno Chriſti, & eius officio: Nam cap. 2. Chriſtus Doctor iuſtitiæ promittitur.*
9. *De perſona Spiritus ſancti eiúſque chariſmatibus ac donis. c. 2. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnẽ: prout citauit Apoſtolorum princeps, Act. 2.*
10. *De ſacra Triados myſterio, c. 2. Pater diuinus dat doctorem*

iuſtitia Chriſtum. Vterque autem effundit in credentes Spiritum ſuum. Et hi tres vnum ſunt. 1. Ioan. 5.

11. De vocatione gentium. c. 2. In reſiduis, quos Dominus vocauerit. Iſti ſunt Gentiles ad fidem conuerſi, vt Acta apoſtolica referunt, atque recenſent.

12. De ſumma doctrina Euangelica c. 2. Scietis, quia in medio Iſraël ego ſum, & ego Dominus & non eſt amplius. In monte Sion. & in Ieruſalē erit ſaluatio. Et c. 3 Et ſcietis, quia ego Dominus deus veſter, habitans in Sion, in in monte ſancto meo.

13. Articulus Symboli, quòd Eccleſia ſit ſancta. c. 3. Ieruſalem erit ſancta &c.

14. De excommunicatione rebellium, Alieni non tranſibunt per eam. c. 3. Ioëlis.

15. Teſtimonium de Baptiſmo, c. 3. Fōs de domo Domini egredietur.

16. Quòd perſecutores Eccleſiæ peribunt, c. 3. Aegyptus vaſtabitur & Edom &c.

17. Quòd extra Eccleſiam non ſit ſalus, c. 2. In Ieruſalem erit ſaluatio, ſicut dixit Dominus.

18. De bello ſacro, à manſuetis pro diuini nominis honore, ac religione tuenda, gerendo, c. 3. Sanctificate bellum, dicat manſuetus, quia fortis ſum, & ſit mitis vir bellator.

19. De generali iudicio, c. 3. Congregabo omnes gentes, & deducam in vallem Ioſaphat. Et iterum, Aſcendant Gentes in vallem Ioſaphat, quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu.

20. De præmiis beatorum, c. 3. Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte.

21. De ſuppliciis damnatorum, c. 3. Mittite falces, quoniā maturauit meſſis, Populi populi in valle cōciſionis. Dominus de Sion rugiet &c.

22. De templorum violatoribus, c. 3. Argentum meum, & aurum tuliſtis &c.

23. De peccantibus contra naturam, c. 3. Poſuerunt puerum in proſtibulum &c.

34. De perpetuitate Eccleſiæ. c. 3. Iudæa in æternum habitabitur, & Ieruſalem in generationem & generationē &c.

25. De ſucceſſione doctrinæ, Traditione antiquorū permanus vſque ad nos, c. 1. Filiis veſtris narrate, & filij veſtri filiis ſuis &c.

26. De 4. Monarchiis ſummiſque Imperiis, c. 1. Reſiduū erucæ

come

comedit locuſta &c.

27. *De ſignis & prodigiis antecedentibus diem ſupremum, c. 2. Dabo prodigia in cœlo, & in terra, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.*

28. *De pœna Talionis, qua Dominus aduerſus hoſtes Eccleſiæ ſeu Tyrannos vtitur, c. 3. Citò velociter reddam viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrum &c. & rurſus, Cõuertam retributionem veſtram in caput veſtrum.*

29. *De multiplicata eorum malitia, ob quam acceleratur in eos diuina vltio, ac iuſtum Dei iudicium, cap. 3. Multiplicata eſt malitia eorum, ideò, calcate torcularia, exuberant enim.*

30. *De verbo Domini tam ſcripto, quàm non ſcripto, c. 1. Verbum Domini quod factum eſt &c.*

Iſti ſunt, vt aliquando, finem dicendi inueniam, inſigniores loci Ioëlis, quos ſi pro rei dignitate tractare & expendere poſſem, in his explicandis foret mihi diutiùs immorandum: quæ omnia explicuiſſe, & atramento atque calamo deſcripſiſſe, noſtrum non eſt. Ei autem qui nobis hactenus propitius fuit vt Ioëlem, in tres Enneades, hoc eſt, Nouenarios, ad Analogiam, trium in eo contentorum capitulorum, atque ſingula capita in nouem Homilias ſeu conciones (iuxta numerum ordinũ Angelorum) diſtributum ac tripartitum, explicaremus: immortali, inuiſibili, ſoli Deo, honor & gloria, per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

F. M. Hylaret huius collector opuſculi, A. D. 1586. Nouemb. 5. die (Deo iuuante) abſoluit. Enneas 4. Conciones complectetur Dominicales, eas etiam, quæ in feſtis, Aduentus tempore ad Epiphaniam vſque excluſiuè pro concione explicari ſolent. Laus omnipotenti Deo.

ENNEAS IIII. HOMILIA XXVIII. DOMINICA prima Aduentus.

Erunt ſigna in Sole, & Luna & ſtellis, & in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris & fluctuum. Luc.21. & Matth.24.

IN ſenectute oculi caligant, vt patet in Iſaac,
Gen.27. & 48.c. & Iacob, *Geneſ. 27. & 48.* tremunt membra,
labant nutántque pedes, atque hæc omnia vicinam mortem videntur innuere, ac, vt Iuue-
Iuuenalis Satyr. 10. nalis Satyra 10. cecinit.

Præterea minimus gelido iam corpore ſanguis
Febre calet ſola: circumſilit agmine facto
Morborum omne genus.

Ita enim in vltima mundi ſenecta, cùm iam eius finis atque conſummatio inſtabit, Oculi mundi, hoc eſt, duo illa
Geneſ.1. luminaria magna, *Geneſ. 1.* Sol & Luna, obſcurabuntur, quod præſenti innuit Chriſtus Euangelio dicens: Erunt ſigna &c. Hi erunt mundi quaſi paroxiſmi, & inſtantis
Pſal. 59. mortis iudicia. Quàm bene Pſaltes diuinus, Pſalm. 59. cecinit dicens, *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus: vt liberentur dilecti tui.* Sic præmonuit ad pœnitentiam, per præconem ſuum Noë, antequam diluuium immitteret, Loth præmonuit generos ſuos (ſi ſapuiſſēt) de Sodomis maturè egredi, antequā igni conflagrarent ciuitates illæ peſſimę. Antequā etiā maris fluctibus Aegyptios ſubmergeret Moyſem præmiſerat, qui corā eis ſigna faceret, vt conuerterentur: Et ſub mundi finem ſigna præcurrere faciet, vt ſeriò ad pœnitentiam ſeſe homines præpa-
Gen.4.c. rent, & fugiant (vt dictū eſt) à facie arcus. *Gene. 4. c. inſinuatur quod Deus poſuit ſignū in Cain, quod interpretantur magnū fuiſſe tremorē,* vt veluti quędā Dei foret admonitio, quatenus ad pœnitentiā ille conuerteretur (ſi ſapere voluiſſet)
Gene. 4. 7. 19. Exo. 14. cap. Verū ex his omnib. admonitionibus ac minis, nullā percepit Cain vtilitatē, nec homines illi qui extiterūt tempore diluuij, neq; generi Loth, nec deniq; Aegyptij, vt cōſtat ex *Gen. 4. 7. 19. & Exod. 14. cap.* At verò ne ita nobis contingat

ſedu

ſedulam nauare debemus operam. In eum ſiquidē finem nunc præmonitos nos ſciamus, vt maturè ac tempeſtiuè ſeriam agamus pœnitentiam. Ergo vt opportunè concionatur Eccleſiaſtes cap.12.*id eſt vltimo, Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, antequam tenebreſcant Sol & lumen, & Luna & ſtellæ, quando tenebreſcent videntes per foramina, &c. quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ. ſiue, ex Hebræo interpretari poſſumus pro æternitate, abſconſionem, ratione ſepulturæ, quando corpus terra conditur.* *Eccleſiaſtes 12. c.* Signa præcedentia iudicium, tanquam quædam admonitio, futura ſunt, condemnationem præcedens. Quemadmodum enim in cœli tempeſtatibus, antequam tonet fulgura videmus ac coruſcationes. Ita ante horribilem illius diei poteſtatem, antequam tonitruum diuinæ ſententiæ audiatur, hęc ſigna tanquam fulgura ſpectabuntur. Obſerua ſeduló ſequentia:

1. Arca ſignum fuit diluuij, cùm centum annorum ſpatio fabricaretur: Et quando purgandus erit mundus igne conflagrationis, annon præcedent ſigna in ſole & luna & ſtellis?

2. Ramus oliuæ ſignum fuit ad extrahendū educendúmque Noë de arca: & quando ſuos aſſumet Deus electos in Paradiſum, annon erunt ſigna in ſole, luna, ac ſtellis?

3. Iris fuit in ſignum, quòd non eſſet amplius diluuium, ſignum, inquam, diuini fauoris: Et quomodo non daret ſuis ſignum Dominus, ſpecialis erga illos amoris, ac recipiendę mercedis? propter quod hic dicit: Leuate capita veſtra, Ecce appropinquat redemptio veſtra.

4. Circuncíſio data Abrahæ, eiúſque poſteris, ſignum fuit fœderis Dei, erga eos qui hoc iuſtitiæ ſignaculo erant inſigniti, atque ab aliis gentibus diſtincti atque ſegregati: Quando igitur Chriſtus ſegregabit, ſicut paſtor, oues ab hœdis, electos à reprobis; nonne oſtendet ſigna?

5. Septem boues ſeu vaccæ pingues & craſſæ, atque ſeptē ſpicæ plenæ, in ſignum fertilitatis Pharaoni oſtenſæ ſunt. Septem item macilentæ vaccæ, atque ſeptem vacuæ ſpicæ, in ſterilitatis ſequuturæ ſignum, vt ex Geneſi liquet. Quomodo ergo de vbertate domus ſupernæ, ac de infernali ſterilitate, non exhiberet Dominus præcedentia quędam ſigna?

6. Viſiones Ioſeph de ſole & luna ac ſtellis cum adorantibus, in ſignum ſuæ exaltationis promotioníſque, oblatæ ſunt:

ſunt: Nonne ergo bonis dabuntur ſigna quædam, ad illorum exhilarationem, cùm in corpore & animo glorificandi erunt? Pſal. 85. *Fac mecum ſignum in bonum.*

Pſal. 85.

7. Decem plagæ Ægypti præceſſerunt in ſignum Pharaoni, cùm voluit Dominus, ex eius tyrannide, Iſraëlem eripere, quæ à ſeptimo capite ad vndecimum vſque incluſiuè deſcribuntur, quas carmine comprehenſas iuuandæ memoriæ gratia, hic apponendas cenſui: Ex Polycratici libro octauo c. 21. hoc modo:

Polycrat. li. 8. c. 21.

Prima rubens vnda, rana tabéſque ſecunda.
Inde culex triſtis, poſt muſca nocentior iſtis.
Quinta pecus ſtrauit, veſicam ſexta creauit.
Ponè ſubit grando, pòſt bruchus dente nefando.
Nona tegit ſolem, primam necat vltima prolem.

Nec curo quis verſus fecerit, hoc ſolum attendens, quia plagas Ægypti ſatis compendioſè cõprehendit. Hęc Ioannes Salisberienſis in Polycratico. Apud Petrum Comeſtorem & Iacob. De Vitriaco, paucis quibuſdam immutatis eadem metra reperiuntur Sic: in primo verſu.

Comeſtor & De Vitriaco.

Prima rubens vnda, ranarum plaga ſecunda.

In 4. Sic:

Póſtque ſubit grando, pòſt bruchus dente nefando.

Sic illi. Quibus in plagis vt plurimum ſecreuit Dominus Ægyptios & filios Iſraël: Quandoquidem in terra Geſſem, in qua Iſraël habitabat, magno miraculo ac Dei beneficio ſingulari & fauore, nõ graſſabãtur plagę illę in populũ ſuũ.

Conuenit itaque, vt in fine ſæculorum appareant ſigna in Sole & Luna & ſtellis, quibus etiam diſtinctio bonorum à malis palàm omnibus innoteſcat. Vt diſertis verbis Euangelium indicat: Areſcentibus hominibus præ timore, Et, Cùm videritis hæc fieri, leuate capita veſtra, &c.

8. Columna nubis & ignis in ſignum fauoris ad ducendum populum Iſraëliticum à Domino data eſt. Et quomodo non daret ſuis Dominus ſigna prognoſtica in ſole ac luna, cùm ad iudicandum venerit?

9. Retroceſſio ſolis, Ezechiæ Regi lecto decumbẽti grauitérque laboranti, conceſſa fuit in ſignum futuræ ſanitatis. Cùm ergo integrè ſuos ſaluabit amicos Dominus, quomodo non daret ſigna in ſole & luna?

10. *Ieroſolymis diebus 40. per aëra equites diſcurrentes apparuerunt,* 2. Machab. 5. *Omnéſque rogabant in bonum monſtra conuerti.* Si ante poſtremã templi vaſtationem quædam

2. Mac. 5

anteceſſiſſe prodigia, Iudaica narrat hiſtoria apud Ioſephum & Egeſippum, de bello Iudaico & excidio Ieroſolymitano: quomodo in fine ſæculi, cùm vaſtitas ſupremáque mundi ruina ingruerit, non præcederent ſigna in ſole & luna & ſtellis?

11. Præceſſerunt horrenda quædam ſigna in ſole & luna mortem Redemptoris. Quomodo ergo pro ſua iuſtificatione, in aduentu ad Iudicium contra impios, non præcederent ſigna in aſtris & ſtellis? Matth. 24. *apparebit ſignum filij hominis in cœlo.* Signum illud interpretatur Theophilactus crucem Saluatoris, cum qua Dominus venturus eſt, habens magnam iuſtificandi materiam & teſtimonium, veluti ſiquis lapide percuſſus, oſtendat lapidem. Sic ille. Quæ autem ſunt illa ſigna, futurum præceſſura iudicium ex Comeſtore in hiſtoria Euangelica c. 141. ſignificatur. Ille enim citat, D. Hieronymum, qui in annalibus Hebræorum inuenit quindecim ſigna, ante Iudicij diem. Hoc verò deſcribuntur ordine etiam apud D. Bonauenturam lib. 4. Sententiarum diſtinctione 48. dubitatione 3. ſupra textum Magiſtri. Quæritur, inquit, ad verba Magiſtri: Magnus dicitur dies iudicij, propter magna, quæ ibi fient, &c. Quę ſunt illa magna quæ fient tunc, & ſigna quæ præcedent? Reſp. Dicendum, quòd ita conſueuit referri. *Mat. 24.* *Comeſtor hi. Euãg. c. 141. ex D. Hieronymo.* *D. Bonauentura li. 4. diſt. 48. Dubitat. 3. ſ. textũ.*

Prima die maria omnia exaltabuntur 15. cubitis ſuper excelſos montes orbis terrę.

Secundò omnia ęquora proſternentur in imum profundi, ita quod vix queant humanis obtutibus aſpici.

Tertiò, omnia maria redigentur in antiquum ſtatum, qualia ab exordio creata fuerunt.

Quartò, belluæ omnes, & omnia quæ mouẽtur in aquis congregabuntur, & leuabuntur ſuper pelagus, more contentionis inuicem mugientes: neſciéntque homines quid cogitent, ſed tantùm Deus.

Quintò, omnia volatilia cœli congregabuntur in campis, vnumquodque genus in ordine ſuo; eodem modo volucres inuicem plorantes erunt, non guſtantes neque bibentes, ſed aduentum iudicis timentes.

Sextò fulmina ignea ſurgent ab occaſu ſolis contra faciem firmamenti vſque ad ortum tendentia.

Septimò errantia ſidera, & ſtationaria omnia, ſpargent ex ſe igneas comas, vt in cometis apparet.

Octauò terræmotus erit magnus, vt nullus homo poſſit ſtare,

ſtare,& nullum animal, ſed ſolo proſternentur omnia.

Nonò omnes lapides tam parui quàm magni ſcindentur in 4.partes, & vnaquæque pars collidet alterã partem, neſciétque homo ſonum illius niſi ſolus Deus.

Decima die omnia ligna ſiluarum , & omnia olera herbarum ſanguineum fundent rorem.

Vndecimò omnes montes & colles , & omnia ædificia humana arte conſtructa,in puluerem redigentur.

Duodecimò omnia animalia terræ venient ad campos de ſiluis & montibus rugientia,& mugientia,non guſtantia neque bibentia.

Tredecimò die omnia ſepulchra ab ortu ſolis vſque ad occaſum patebunt cadaueribus reſurgentibus , vſque ad horam ſepulchri finalis,id eſt,diem iudicij.

Quartodecimò die omne humanum genus , quod inuentum fuerit de habitaculis deſcendet velociter, non intelligentes,neque loquentes,ſed diſcurrentes.

Quintodecimò die homines morientur , vt reſurgant cum mortuis longè antè defunctis. Hac vtrum ita ſe habeant, Deus nouit. Hactenus Seraphicus doctor D. Bonauentura. In paucis autem variat Petrus Comeſtor , vt ex ſequentibus conſtat.

Primò,eriget ſe mare 40. cubitis ſuper altitudinẽ montium,ſtans in loco ſuo quaſi murus.

Secundò,tantum deſcendet,vt vix poſſit videri.

Tertiò , marinæ belluæ ſuper mare dabunt rugitus vſque ad cœlum.

Quartò,ardebit mare,& aquæ.

Quintò,herbæ & arbores dabunt rorem ſanguineum.

Sextò,ruent ædificia.

Septimò,petræ adinuicem collidentur.

Octauò,fiet generalis terræ motus.

Nonò,æquabitur terra.

Decimò , exibunt homines de cauernis , & ibunt velut amentes;nec poterunt mutuò loqui.

Vndec.ſurgẽt oſſa mortuorũ & [illegible]bunt ſuper ſepulchra.

Duodecimò,cadent ſtellæ.

Decimotertiò , morientur homines viuentes , vt cum mortuis reſurgant.

Decimoquartò,ardebit cœlum & terra.

Quintodecimò,fiet cœlum nouum & terra noua, & reſurgent omnes,qui in monumentis ſunt.

Quomo

Quomodo autem fient ſigna in ſole & luna, ita vt dicantur obſcurari? explicat ſic Magiſter lib.4. diſt. 48. Non ſui luminis priuatione, inquit, ſed ſuperueniente maioris luminis claritate. Ad quæ verba D. Bonauentura Dub. 2. vbi ſuprà in oppoſitũ citat Rabanũ ſuper Matthęũ: Nihil prohibet, inquit, intelligere vt veraciter ſolẽ & lunã cũ ſideribus cæteris ſuo lumine priuari, quomodo factum de ſole conſtat tempore Dominicæ paſſionis. Dicendum ergo, ait D. Bonauentura, quòd hic non eſt contrarietas. Poteſt enim eſſe quòd aliqua obſcuritas in ſtellis accidet primò, ſed poſt renouationem ex præſentia corporis Chriſti, & aliorum corporum erit obſcuratio ſolùm in apparentia, vel etiam in comparatione: & ita vtrumque poteſt eſſe verum, ſecundùm diuerſa tempora, & vtrumque ſatis probabile. Sic ille. At magiſter proſequutus, vbi ſuprà. Virtutes quoque cœlorum, inquit, id eſt, Angeli dicuntur moueri, non metu damnationis, vel aliqua perturbatione pauoris, ſed quadam admiratione eorum, quæ viderint. Vnde Iob cap.26. *Columnæ cœli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius.* Ante diẽ verò iudicij ſol & luna eclipſim patientur, *ſicut Ioël cap.2. teſtatur dicens. Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.* Hactenus magiſter ſatis liquidò ſignificans, obſcuranda eſſe duo luminaria magna, non ſolùm ex ſuperueniente maioris luminis claritate, ſed etiam ex ſui luminis extemporanea priuatione, vt ſuprà oppoſitum fuit in eum, ac conciliatum & reſolutũ vtrumque futurum, quod & ipſe ſentire videtur. Quid ſit ſignum & quotuplicia ſint nunc declarandum. Magiſter lib.4.diſtin. 1. Ex D. Auguſtino, prius explicat. Siquidem Aug.to.3.lib.2. De doctrina chriſtiana cap.1. Signum, ait, eſt res præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, aliud aliquid ex ſe faciens in cogitationem venire, ſicut veſtigio viſo tranſiſſe animal, cuius veſtigium eſt cogitamus, & fumo viſo ignem ſubeſſe cognoſcimus, & voce animantis audita, affectionem animi eius animaduertimus, & tuba ſonante, milites vel progredi vel regredi, & ſiquid aliud pugna poſtulat oportere nouerunt. Signorum alia ſunt naturalia, alia data: naturalia ſunt quæ ſine voluntate atque vllo appetitu ſignificandi, præter ſe aliquid aliud ex ſe cognoſci faciunt, ſicut eſt fumus ſignificãs ignem. Non enim volens id ſignificare id facit, ſed rerum expertarum animad

Magiſter li.4. diſt. 48.

D. Bonauentura Dub. vbi ſuprà, Rabanus in Matth.

Magiſter vbi ſupr.

Iob 26.c.

Ioël. c.2.

Magiſter li.4. diſt. 1. ex D. Aug. to. 3 lib. 2. De doctrina Chriſtiana c. 1. & 2.

animaduerſione & notatione cognoſcitur ignem ſubeſſe etiam ſi fumus ſolus appareat. Sed & veſtigium tranſeuntis animalis,ad hoc genus pertinet.Cap.2.ſubiicit.Habent etiam beſtiæ, quædam inter ſe ſigna quibus produnt appetitum animi ſui. Nam & gallus gallinaceus reperto cibo, dat ſignum vocis gallinæ vt accurrat: & columbus gemitu columbam vocat, & ab ea viciſſim vocatur, & multa huiuſmodi animaduerti ſolent. Sic ille. Dialectici appellant ſigna ex inſtinctu naturę ſignificantia,alia autem ſunt ad placitum inſtituta, ex arbitrio nimirum imponentium. Cuiuſmodi ſunt ſigna vocalia & ſacramentalia. Rurſus iuxta tres temporum differentias obſeruabis. Alia ſigna eſſe reſpectu præſentis, demonſtratiua: vt appenſa hedera ante tabernam meritoriam, venale vinum in præſenti indicat,alia reſpectu præteriti rememoratiua,vt manna in arca reſeruatum,lapides erecti in Iordanis flumine,ſanctificatio primogenitorum,ſolemnitas tabernaculorum, atque Agni Paſchalis celebritas: hæc, inquam,vniuerſa,& alia pleraque olim patribus in memoriam præteritorum Dei operum ac beneficiorum collata legimus ac exhibita,

Pſal.110. vnde eſt illud,Pſalm.110.*Memoriam fecit mirabilium ſuorũ, miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe.* Alia denique reſpectu futuri prognoſtica nominantur, vt

Iſa.c.7. Iſa.7.*Dominus ipſe dabit vobis ſignum. Ecce virgo concipiet & pariet filium &c.* innumera alia in ſacris eius conditionis, De quibus & iſtud accipitur:erũt ſigna in ſole & luna,&c. q.d.Cùm videritis ſolem,lunam, & ſtellas luce carere: (ait

Stella in Luc. 21. cap. Stella in hoc Euang.noſtri inſtituti haud pœnitendus cõmentator) intelligite regem appropinquare. Sæpe vbi rex & curia habitant auditis regem cum ſua curia ad alium locum proficiſci velle:nõ vultis tamen fidem adhibere,quia dicitis rumores eſſe vanos ac confictos. Cæterùm cùm videritis iam omnia aulæa tollere,(Gall.*enleuer les tapiſſeries*) & in cuſtodiam ponere, compertum vobis eſt regem proficiſci. Sic dicitur iudicium appropinquare, ac curiam bonorum mutari,nullus tamen vult credere: tunc autẽ quãdo ſol obſcuratus fuerit, aulæáque claritatis lunæ, & ſtellarum ſublata, ſcitote quoniam Rex gloriæ Chriſtus cum ſua gloria proficiſcitur, & venit. Hoc certiſſimum ſignum habere. Quid dicet aut faciet peccator, cũ tot ſigna viderit? Hæc enim ſigna admonebũt omnes,vt de peccatis ſuis conterantur & pœnitentiam agant,ne inæternũ dãnentur.

Sicut

Sicut & centurio, Matth. 27. tempore Eclypſeos ſolis, ſeu deliquij generalis, atque terræmotus, dum mortem Chriſtus pateretur, egit pœnitentiam, multíque ex ſpectatoribus, videntes huiuſmodi *horrenda ſigna, reuertebantur in domos ſuas percutientes pectora ſua*, Luc. 23. Porrò eclypſari ſolem & lunam pro eodem tempore impoſſibile eſt, cùm Eclypſis ſolis per interpoſitionem lunæ inter terram & ſolem fiat: Eclypſis verò lunæ, per interpoſitionem terræ inter ſolem & lunam. Item ſol erit tunc in oriente, & luna in occidente: Mihi itaque videtur melius, quòd obſcuritas hæc cõſurget ex hoc quod Deus cooperiet ſolem quadam nube caliginoſa, ita vt oriantur tenebræ in vniuerſo, Ægypti tenebris obſcuriores & atræ magis. Hoc videtur dicere, Ezechiël, ca. 32. de die iudicij ita ſcribens: *Nigreſcere faciam ſtellas cœli. & ponit modum, ſubdens: Solem nube tegam, & luna non dabit lumen ſuum.* Poteſt ſecũdò dici, quòd hoc fiet per radiorum ſubtractionem. Sícque ſole radios ſuos non emittente, luna & reliqua aſtra, quæ ſolo fulgore ſolis lucent, obtenebreſcent. Iuxta illud Ioëlis ſuprà adductum, ſol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Nec ſolùm in cœlo, ſed in terra etiam erunt ſigna, ac in omnibus elementis, vnde ſequitur. *Et in terris preſſura gentium, præ confuſione ſonitus maris ac fluctuum, &c.* Hactenus Stella. In ſole legitur quondam ſignum triplex fuiſſe. Primo ſtatio tempore Ioſue, ſecundo retroceſſio vel retrogradatio tempore Ezechiæ. Tertiò occultatio radiorum ſolis ſiue obſcuratio & inaudita omnibꝰ ſeculis, tempore paſſionis Chriſti. Prima facta eſt ſolis ſtatio, ad vltionem vindictámque faciendam de hoſtibus populi Iſraëlitici. Secunda retroceſſio, in ſignum recuperandæ valetudinis Ezechiæ regis. Tertia, nempe obſcuratio, in deteſtationem necis innocẽtis filij Dei. Poſtrema omnium fiet ſolis, lunę, ac ſtellarum obtenebratio in fine mundi, ob omnium tam Iudæorum quàm gentium enormia ſcelera iuſtè vindicanda. O quantus tremor eſt futurus! Valdè appoſitè dicit Chriſtus hoc loco: Areſcentibus præ timore hominibus, &c. Si enim pauent iuſti ſanctíque viri, dũ iudicij tempus recolunt, & in memoriam reuocant: quid ego miſer peccator faciam? Hic ſubiicere placet D. Cyrilli Alexandrini, oratione ſiue homilia de exitu animi, & de ſecundo aduentu præclara verba, quæ habentur tom. 4. operũ eiuſdem, homilia decima, id eſt, vltima. Metuo, inquit ille vir

Matt. 27. c. & Luc. 23.

Ezech. 23. cap.

D. Cyrillus Alexandrinꝰ to. 4. homil. 10. de 2. aduentu.

ſanctus, mortem, quoniam acerba mihi eſt, metuo gehennam, quoniam æterna eſt. Metuo Tartarum, quia nihil habet ſolatij ſeu conſolationis. Metuo tenebras, quoniam nihil habent lucis. Metuo vermem veneniferum, quoniam æternus eſt. Metuo genios iudicio præficiendos, quoniam ſunt immiſericordes. Metuo cùm cogito tribunal horribile, iudicem incorruptum. Metuo flumen ignis ante tribunal illud fluens, vehementiſſimáque flamma omnia torrens. Metuo ſeueriſſimas pœnas. Metuo ſupplicium finem non habens. Metuo tetram illam caliginem. Metuo infracta vincula, ſtridorem dentium & fletum inconſolabilem. Metuo ineuitabiles probationes. Nihil enim accuſatoribus eget iudex ille, neque teſtibus, neque demonſtrationibus, neque probationibus. Idem ſub finem prefatæ orationis eleganter, Ne formidemus, inquit, communem hunc generis humani meſſorem mortem, ſed illam hominum perditricem. Mors enim propriè non eſt ea, quæ animum à corpore, ſed quæ animum à Deo ſeparat. Deus vita eſt: qui à Deo ſeparatur mortuus eſt, amiſſa priore libertate, ſicuti vita. Hactenus D. Cyrillus. Nunc ad textum, Areſcentibus hominibus præ timore, &c. Hîc obſerua, bonos viridi ligno comparari, malos autem, arido & ſicco, quod
Luc.23. Saluator ipſe, Luc.23. *teſtatur dicens, Si in ligno viridi fit hoc, quid erit in ſicco & arido?* Hoc eſt, ſi in me, qui iuſtus ſum, & viride lignum, ſic ardet ignis paſſionis, in vos qui eſtis aridi, quid fiet? Cùm dies iudicij appropinquauerit, Deus inueniet impios aridos, & ſicut paleæ ſiccæ mittẽtur in ca-
Pſalm.1. minũ ignis inextinguibilis. De bonis autem, ait Pſal.1. Dauid, *Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarũ, quod fructum ſuũ dabit in tempore ſuo.* Nota, quòd in iudicio, areſcent peccatores & ſiccabuntur. Iuſti verò florebunt ſicut lilium in conſpectu Domini areſcent impij præ timore, vt habet ſacer cõtextus. Etenim ſi Heſter corruit, & exanimata eſt in conſpectu regis Aſſueri. Daniël viſo angelo tremuit. Cuſtodes ſepulchri, in Chriſti reſurrectione perterriti ſunt, & facti velut mortui. Iudæi quoque in horto, inſtantis paſſionis tempore, audientes Chriſtum dicentem, Ego ſum: ceciderunt retrorſum. Quid faciet peccator, cùm viderit Chriſtum in nubibus cum poteſtate magna, & maieſtate veniẽtem, vt puniat peccatores? Nulla tunc proderit philoſophia Ariſtotelis, eloquentia Ciceronis, Rhetorica Quintiliani. Non proderunt diuitiæ in die

in die vltionis, non mundi fauor, niſi ſolùm bona conſcientia. O quàm anguſtæ erunt viæ reproborum, ſuperiùs erit iudex iratus, inferiùs horrendum chaos, à dextris peccata accuſantia, à ſiniſtris dæmonia ad ſupplicium trahentia: intus conſcientia mordens, foris mundus ardens & incenſus. Vide quàm meritò dicat nunc Chriſtus, quòd areſcent homines præ timore: Illo tunc, cùm prædicta ſuperuenerint. Quantumuis enim capularis ſenis diem certum mortis ignoremus, in genere tamē cū breui, citóque finiēdum præſcire poſſumus: *quia, quod antiquatur & ſeneſcit, D. Paulo teſte, Heb. 8. propè interitum eſt.* Sic mundi exitium præſagire valemus, ex certiſſimis illis, quæ Chriſtus prædixit ſignis in ſole, luna & ſtellis. Signum etiam eſt ægroti iam iam morituri, quādo videris lecti lodices & ſtragula manu tenere, & ad ſe vi trahere. Iam nunc videmus bona Eccleſiæ (quę bona ſunt pauperum) direpta, Eccleſias ipſas expoliatas, dirutas, ſolo æquatas, atque adeò illud Iſai. 1. completum: *Principes tui infideles, ſocij furum, imò principes latronum.* Aliud etiam morituri ſignum eſt, frigiditas corporis, tunc enim medicus dicit: actum eſt de eo. Sic Dauid quia ſenuerat, 3. Reg. 1: *cùm operiretur veſtibus, non caleſiebat*, Sícque deficiente calore mortuus eſt. Sic quando quis incipit mori, frigeſcunt pedes ac manus & naſus, cætera denique membra. Iam verò, Matth. 24. *abundauit iniquitas, & refrixit charitas multorum. Non eſt veritas, non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra,* Oſee 4. Omnia hæc oculis noſtris videmus. Mundus igitur in extremis laborat. O quantus tremor eſt futurus, quando iudex eſt venturus, cuncta ſtrictè diſcuſſurus! Vide punitiones, (ait ad hunc locum, Stella noſtri inſtituti) quas in ſacra Scriptura legimus, Deum mundo intuliſſe, & reperies apicem eſſe reſpectu earum, quas in vltimo die inferet. Angeli cùm primùm peccauerūt, è cœlo eiecti ſunt in infernum. Adam protoplaſtus, è paradiſo terreſtri. Noë temporibus perdidit Deus mundum aquis diluuij. Miſit ignem de cœlo ſuper Sodomam & finitimas vrbes, quæ Pentapoleos nomine ſignificantur. Interemit primogenita Ægyptiorum. Puniuit Pharaonem decem plagis, ac in mari poſtea demerſum cum ſuo exercitu exterminauit. Deleuit memoriam Amalech de ſuperficie terræ. Interfecit Og regem Bazam, & omnes principes Chanaam, cum cęteris qui terram promiſſionis obtinebant. Cōbuſſit Aaron filios, blaſphemum

Heb. 8.
Iſai. 1.
3. Reg. 1.
Mat. 24.
Oſee 4.
Stella in 21. c. Lucæ.

iuſſit lapidibus obrui. Mariæ ſororis Moſis murmur lepra puniuit. Dathan & Abyron ſeditioſos ac ſchiſmaticos funditus perdidit, terra abſorptos. Moſem & Aaron vetuit, ne terram promiſſionis ingrederentur, & de ſexcentis millibus virorum, qui è terra Ægypti egreſſi ſunt, duo tantùm terram promiſſionis digni habiti ſunt intrare. Ioſue & Caleb. Serpentes igniti gentem incredulam ac murmurantem enecant in deſerto. Achan, quia de anathemate Hiericho accepit, iuſſus eſt lapidari. Eli ſacerdos, ſubitò obiit. Saul reprobatus eſt ob inobedientiam. Dauid Dei amicus, ob animi elationem, & adulterij homicidiíque reatum, animaduerſionem caſtigationemque Domini ſenſit. Oſa occiſus eſt, quia arcam tetigit. Propheta, quia contra Dei voluntatem comedit, à leone dilaceratus fuit. Centum octaginta quinque millia Aſſyriorum, quadam nocte Angelus Domini interfecit. Duo & quadraginta pueri ab vrſis, quia prophetam Eliſæum deridebant, occiſi ſunt. Giezi factus eſt leproſus propter Simoniam. Oſias ſimiliter quia ſacerdotale officium, cùm ſuum non eſſet, vſurpauit. Populus Dei in captiuitatem Babylonicam ductus eſt. Goliath per opilionis manum occiſus. Holofernes per mulierem iugulatus. Antiochus vermibus ſcatens, computruit & extinctus eſt. Nicanor tyrannus interfectus, & in fruſtra comminutus, vt in ſacra Machabæorum hiſtoria continetur. Ananias denique & Saphira repentina morte, pœnas dederunt, & Herodes à vermibus conſumptus fuit. Omnia hæc maxima, quæ commemorata ſunt ſupplicia, ad minimum quod peccatores in die tremendo iudicij patientur non accedunt. Quæ enim hîc patitur homo, non tam flagella ſunt, quàm ſalutaria quædam pharmaca, ſi non obduruerit in peccatis, ſed ad pœnitētiam ſeriò tandem conuertatur. Puniuntur enim hîc peccatores, vt corrigantur miſericorditer, ſed in iudicio, vt crucientur ſine remedio.

Ioan.2. Vnde Ioan. 2. ca. dicitur, *quod fecit Chriſtus quaſi flagellum.* Non dicit, fecit flagellum, ſed quaſi flagellum: quia flagella, quæ Deus hominibus hac in vita infert, non verè flagella ſunt, ſed quaſi flagella non ſunt ſupplicia, ſed quaſi ſupplicia, quia ſolam figuram & ſimilitudinem ſupplicij habent. Verùm enimuerò, in magno illo iudicij die non faciet quaſi flagellum Chriſtus, ſed verum flagellum: quia illius diei ſupplicia atque cruciatus veri erunt, quorum ſimilitudinem duntaxat & vmbram, præſentis vitæ flagella obtinent.

obtinent. Hactenus Stella. Marullus lib. 6. Exemplorum, cap.14.ſub finem,meritò exclamat. Heu!inquit,teterrima damnatorum ſors. Quantò melius cum illis actum eſſet, ſi omnia mala,quæ hîc haberi poſſunt, pertuliſſent,& quæ illic habentur, euaſiſſent. Si ſicut Adonibezech, *Iud.1.*inutilis truncus facti fuiſſent. Si ſicut Sichimitæ fumo & igni necati fuiſſent in phano Berith incluſi,cap.9.Si ſicut Amonitæ lacerarentur, 1. *Part. 20. ſuper quos fecit Dauid tribulas, trahas & ferrata carpenta tranſire,ita vt diſſecarentur,& contererentur 2. Reg. 12. circumegit ſuper eos ferrata carpenta, & traduxit in typo laterum ; & ſic per fornacem & laterariam,* (gallicè , *où on faict la tuyle & bricque.*) Si ſicut Aman in cruce ſuſpenſi fuiſſent: *Eſther.7.c.* Si ſicut Danielis accuſatores à Leonibus deuorati fuiſſent, *Dan. 6.* Si ſicut Eliſei deriſores ab vrſis,*4.Reg.2.*Vel, ſicut Iezabel à canibus diſcerpti fuiſſent,*4.Reg.9.* Si ſicut mulier in medio amphoræ apparens,plumbea maſſa in eius os immiſſa,ſuffocati fuiſſent, *Zach. 5.* Hactenus Marullus. Ergo cum tremore ac metu, diuini huius horrendique iudicij frequenter meminerimus. *Hebr. 10. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis, ait D. Paulus.* Refert ad hoc propoſitum Ludouicus Granatenſis Dominicanus,Dominicæ ſecundæ Aduentus, Concione ſecunda , initio , quod ſequitur. Quendam ex ſanctis patribus legibus,in quodam trium foliorum libello(vt ipſe aiebat,) ſe dies noctéſque legere ſolitum: quorum aliud rubrum, aliud candidum, aliud nigrum eſſe dictitabat,In rubro Dominicam paſſionem, in candido beatorum gloriam,in nigro verò damnatorum pœnas ſe contemplari dicebat.

Marullus lib. 6. Exempl. c. 14. ſub finem. *Iud.1.ca. & 9.* *1. Para. 20. cap.* *2. Reg. 12.* *Eſther.7. cap.* *Daniel. cap. 6. 4. Reg.2. & cap.9.* *Zac. 5.c.* *Hebr.10. cap.* *Lud.Granatenſis Dominica 2. Aduentus, Concil.2. initio.*

Et nos eius exemplo,crebrò quod ſequitur in textu meditemur. Tunc , ait Chriſtus ipſe iudex , videbunt filium hominis venientem , &c. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate, &c.* Ecce ſecundus ac glorioſus necnon ſupremus Chriſti aduentus. *Nec enim Ioan. 5. pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio,*Tres autem colligimus cauſas,cur id fiat,vna eſt,vt poſſit iudex ab omnibꝰ cerni.Neque enim iniqui diuinitatē videre poterunt,alioqui beati eſſent,quòd eorū repugnat æternæ dānationi. Altera eſt,cùm Chriſtus ſit æterna Patris ſapientia , illi meritò viuorū ac mortuorū iudiciū cōmittitur.Tertia autem,iure optimo,ei qui redemptionem operatus eſt , cōuenit etiam vt diuidat eos, qui *Ioan.5.c.*

redemptionem amplexati ſunt, ab iis qui illam reſpuerũt, vel omnino non credentes, vel non ſecundum illam viuentes. Iuſtiſſimo ergo Dei iudicio conſtitutum eſt, redẽptorem iudicẽ eſſe, qui operatus eſt ſalutem in medio terræ. Paſtori nempe datum eſt, oues ab hœdis ſeparare. Adde quod, inſunt Chriſto Domino illa tria, quæ in vero iudice requiruntur. Poteſtas nimirum coërcendi: *Scriptũ eſt enim,*
Eccleſ. 7. *Eccleſ. 7. Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Ergo integritas iudici imprimis neceſſaria eſt, vt à recto virtutis & æquitatis tramite, nullo modo defle-ctat: etiã ſi à patre, à matre, ab amicis deniq; ſollicitetur. Alexandri Magni ſequutus veſtigia, qui inſontẽ ad mortem dedere noluit, tametſi à matre improbis precibus rogatus, vt in Decadibus noſtris ſacris dixiſſe memini. Requiritur ſecundò in iudice zelus rectus, vt ſcilicet iuſtitia fiat & adminiſtretur, cum dilectione hominum, & odio vitiorum. Diſcant qui populis præſunt, vitia odiſſe, homines autem diligere. Nouerint æqui iudices, non perſonarum odio reos punire, ſed peccatorum odio eos caſtigare. Exigitur poſtremò magna prudentia & diſcretio, ne dũ negligimus vitia tollere, in corde peccantium duritiem generemus. Magna itaque in ea re cautio eſt adhibenda. Facilitas quippe veniæ, incentiuum eſt delinquẽdi. Cùm igitur Chriſtus Dominus, integerrimus ſit, nec odio vel amore flecti poſſit. Cùm maximo erga hominis ſalutẽ zelo ducatur, cùm inſuper ſumma diſcretione ac prudentia ſit præditus, ideò committitur illi omne iudiciũ: quippe qui in diuerſam partem flecti nequit, cùm omnipotens ſit in dilectione hominum, nemo illi poteſt adæquari, ſapientia quoque omnes antecellit: Meritò itaque illi pater omne iudicium dedit.

Leuate capita veſtra, ecce appropinquat redẽptio veſtra, &c. corporum ſcilicet reſurrectio & glorificatio. Cùm hyeme gelat, tectis homines continentur: Verè autem incipiente, cùm virent & florẽt omnia, tunc exeunt, & cãpi pulchritudine gaudent: Ita nunc iuſti, tanquã hyeme afflicti triſtes & incluſi, tunc verò tanquam adueniente vere, ſigna illa ſpectabunt, ac ſi flores & roſæ eſſent. *Iam enim hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra,*
Cantic. 2. cap. *Cantic. 2.* Iuſti in hoc ſęculo nequã, ſunt ſerui atq; captiui, vt filij Iſraël quãdo in Ægypto cõmorabãtur, aut ĩ trãſmigratiõe Babyl. 70. annis cũ detinerẽtur: Sed in die iudicij,

non

nō ſolū caput erigēt,ſed etiā redimentur.Ideoq́; hîc dixit, Ecce appropinquat redēptio veſtra. Non enim eſt redemptio,niſi vbi fuit captiuitas.Cùm ergò in fine mundi ſit redēptio iuſtorū:patet quod hic mūdus eſt captiuitas & carcer eorū.Hinc regius pſaltes, *Conuerte Domine captiuitatē noſtram,&c.*Item,Educ de carcere animam meā,&c.Perfecta verò abſolutaq́; illorum redemptio tunc fiet, in regeneratione, cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ.*Mat.19.cùm (vt ait D.Apoſtolus)liberabūtur à ſeruitute corruptionis,in libertatem autem aſſumentur gloriæ filiorum Dei,& duplicia ſuſcipient de manu Domini:* Stolam vtramq́;, glorificationis nempè corporū, & gloriæ animarum, quæ iam clarè ac beatificè Deum vident, & eo perfruuntur. Valdè appoſitè dictum, Leuate capita veſtra. Qui enim mœſto ſunt animo,incedunt vultu in terrā demiſſo. *Gene. 4. Cur concidit vultus tuus?Contra verò,qui lætantur*, caput erigere ſolent. Redemptionem autem intelligit, à malis, quæ hic ſanctos premunt,ereptionem.Itē, corporis eorū à corruptione liberationem.*Rom.8.expectantes redemptionē corporis veſtri.* Perplacet mihi huius loci Theophylacti dilucidus cōmentarius:Sicut,inquit ille prior aduentus Domini in reſtitutionē & regenerationē animarū noſtrarum fuit, ita & ſecundus erit in regenerationē corporū. Ecce, ait Chriſtus, appropinquat redēptio veſtra. Græcè ἀπολύτρωσις,hoc eſt,conſummatio vtriuſq; libertatis,animæ, inquā & corporis. Præpoſitio enim ἀπὸ, inſinuare videtur perfectam à corruptione libertatem, quam & corpus tunc accipiet, gratia Domini: extremum inimicum abolentis Mortem. Aboleuit enim principatus & poteſtates, & animas redemit. Reliqua autem erat Mors, corpora noſtra depaſcens: quæ & ipſa, quum abolebitur, erit nobis libertatis & redemptionis author. Et regnum Dei ſtatim aderit, quum hæc fient. Etenim quemadmodum ficus quæ producit, patuláque & promiſſa folia emittit,propinquam æſtatem nunciat:Ita quum hæc fient prodigia, & transformatio vniuerſi, ſignant quòd ventura ſit æſtas hoc eſt regnum Dei: poſt hyemem & tempeſtatem, quaſi æſtas aduenturum iuſtis; tametſi tunc peccatoribus futura ſit hyems, & tempeſtas. Nam illi præſens ſeculum pro æſtate habent, futurum autem pro hyeme. Sic Theophilactus vnde conſequenter, ſacer ait contextus: *Videte ficulneam, & cæteras arbores: cùm*

Mat.19. cap.

Rom.8.

Theophylactus in Luc. 21. cap.

redemptionem amplexati ſunt, ab iis qui illam reſpuerũt, vel omnino non credentes, vel non ſecundum illam viuentes. Iuſtiſſimo ergo Dei iudicio conſtitutum eſt, redẽptorem iudicẽ eſſe, qui operatus eſt ſalutem in medio terræ. Paſtori nempe datum eſt, oues ab hœdis ſeparare. Adde quod, inſunt Chriſto Domino illa tria, quæ in vero iudice requiruntur. Poteſtas nimirum coërcendi: *Scriptũ eſt enim,* Eccleſ. 7. *Eccleſ. 7. Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Ergo integritas iudici imprimis neceſſaria eſt, vt à recto virtutis & æquitatis tramite, nullo modo deflectat: etiã ſi à patre, à matre, ab amicis deniq; ſollicitetur. Alexandri Magni ſequutus veſtigia, qui inſontẽ ad mortem dedere noluit, tametſi à matre improbis precibus rogatus, vt in Decadibus noſtris ſacris dixiſſe memini. Requiritur ſecundò in iudice zelus rectus, vt ſcilicet iuſtitia fiat & adminiſtretur, cum dilectione hominum, & odio vitiorum. Diſcant qui populis præſunt, vitia odiſſe, homines autem diligere. Nouerint æqui iudices, non perſonarum odio reos punire, ſed peccatorum odio eos caſtigare. Exigitur poſtremò magna prudentia & diſcretio, ne dũ negligimus vitia tollere, in corde peccantium duritiem generemus. Magna itaque in ea re cautio eſt adhibenda. Facilitas quippe veniæ, incentiuum eſt delinquẽdi. Cùm igitur Chriſtus Dominus, integerrimus ſit, nec odio vel amore flecti poſſit. Cùm maximo erga hominis ſalutẽ zelo ducatur, cùm inſuper ſumma diſcretione ac prudentia ſit præditus, ideò committitur illi omne iudiciũ: quippe qui in diuerſam partem flecti nequit, cùm omnipotens ſit in dilectione hominum, nemo illi poteſt adæquari, ſapientia quoque omnes antecellit: Meritò itaque illi pater omne iudicium dedit.

Leuate capita veſtra, ecce appropinquat redẽptio veſtra, &c. corporum ſcilicet reſurrectio & glorificatio. Cùm hyeme gelat, tectis homines continentur: Verè autem incipiente, cùm virent & florẽt omnia, tunc exeunt, & cãpi pulchritudine gaudent: Ita nunc iuſti, tanquã hyeme afflicti triſtes & incluſi, tunc verò tanquam adueniente vere, ſigna illa ſpectabunt, ac ſi flores & roſæ eſſent. *Iam enim hyems tranſiit, imber abiit, & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra,* Cantic. 2. cap. *Cantic. 2.* Iuſti in hoc ſeculo nequã, ſunt ſerui atq; captiui, vt filij Iſraël quãdo in Ægypto cõmorabãtur, aut ĩ trãſmigratiõe Babyl. 70. annis cũ detinerẽtur: Sed in die iudicij,
non

nõ ſolũ caput erigẽt,ſed etiã redimentur.Ideoq; hic dixit, Ecce appropinquat redẽptio veſtra. Non enim eſt redemptio,niſi vbi fuit captiuitas.Cùm ergò in fine mundi ſit redẽptio iuſtorũ:patet quod hic mũdus eſt captiuitas & carcer eorũ.Hinc regius pſaltes, *Conuerte Domine captiuitatẽ noſtram,&c.*Item,Educ de carcere animam meã,&c.Perfecta verò abſolutaq; illorum redemptio tunc fiet, in regeneratione, cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ.*Mat.19.cùm (vt ait D.Apoſtolus)liberabũtur à ſeruitute corruptionis,in libertatem autem aſſumentur gloria filiorum Dei,& duplicia ſuſcipient de manu Domini:* Stolam vtramq;, glorificationis nempè corporũ, & gloria animarum, quæ iam clarè ac beatificè Deum vident, & eo perfruuntur. Valdè appoſitè dictum, Leuate capita veſtra. Qui enim mœſto ſunt animo,incedunt vultu in terrã demiſſo. *Gene. 4. Cur concidit vultus tuus?Contra verò,qui lætantur*, caput erigere ſolent. Redemptionem autem intelligit, à malis, quæ hic ſanctos premunt,ereptionem.Itẽ, corporis eorũ à corruptione liberationem.*Rom.8.expectantes redemptionẽ corporis veſtri.* Perplacet mihi huius loci Theophylacti dilucidus cõmentarius:Sicut,inquit ille prior aduentus Domini in reſtitutionẽ & regenerationẽ animarũ noſtrarum fuit, ita & ſecundus erit in regenerationẽ corporũ. Ecce, ait Chriſtus, appropinquat redẽptio veſtra. Græcè *ἀπολύτρωσις*,hoc eſt,conſummatio vtriuſq; libertatis,animæ, inquã & corporis. Præpoſitio enim *ἀπὸ*, inſinuare videtur perfectam à corruptione libertatem, quam & corpus tunc accipiet, gratia Domini: extremum inimicum abolentis Mortem. Aboleuit enim principatus & poteſtates, & animas redemit. Reliqua autem erat Mors, corpora noſtra depaſcens: quæ & ipſa, quum abolebitur, erit nobis libertatis & redemptionis author. Et regnum Dei ſtatim aderit, quum hæc fient. Etenim quemadmodum ficus quæ producit, patuláque & promiſſa folia emittit,propinquam æſtatem nunciat:Ita quum hæc fient prodigia, & transformatio vniuerſi, ſignant quòd ventura ſit æſtas hoc eſt regnum Dei: poſt hyemem & tempeſtatem, quaſi æſtas aduenturum iuſtis; tametſi tunc peccatoribus futura ſit hyems, & tempeſtas. Nam illi præſens ſeculum pro æſtate habent, futurum autem pro hyeme. Sic Theophilactus vnde conſequenter, ſacer ait contextus: *Videte ficulneam, & cæteras arbores: cùm*

Mat. 19. cap.

Rom. 8.

Theophylactus in Luc. 21. cap.

iam producunt ex ſe fructum, ſcitis, quia propè eſt æſtas, &c. Hic virtus iuſtorum latet, ſicut virtus arborum in hyeme: cùm autem venerit ver alterius vitæ, florebunt iuſti in cōſpectu Dei. Tunc fiet inſignis quædam immutatio: Ita vt qui hic florent, tunc areſcent & ſiccabuntur: Et qui modò ſicci ſunt, tunc in die iudicij florebunt. Animaduerte itaq; quòd hæc de ficu parabola indicat horribilia illa ſigna nō portendere fidelibus ac iuſtis imminentem malorum tēpeſtatem, & veluti hyemem quandam, ſed illis ſignificare rerum omnium iucundam, quandam immutationem, & ſucceſſionem, veluti æſtatis poſt hyemē, &c. Per ficum ſignificatur atque adumbratur Synagoga, ex *Matt.21. de ficu* cōtinuò areſcente, & *Luc.13. Arborem fici quis habebat, &c.* Ficus, caro & animalis vita vocatur. Vix arbor ficu fragilior, nulli ædificio apta eſt, vmbrā habet peſſimā. Qui ſub ea dormit, ſtupidus ferè ſurgit, ociſſimeq; ſeneſcit. Carnali vita nihil fragilius, nō cœleſti ædificio idonea, vmbram mortis habet peſſimā: quia mors peccatorū peſſima. Ocyſſimè denique voluptas finitur. Obſerua, quòd primi noſtri parentes, cum ſe nudos eſſe erubuiſſent, conſuerunt ſibi folia ficus, & verenda obtexerunt. *Geneſ.3.* Pruritum ergo carnis adumbrare poterit ficus. Aut certè cùm Nathanaël verus ſyncerusq; Iſraëlita in quo dolus non erat, ſub ficu exiſtens, à Domino Chriſto conſpectus ſit: *Ioan.1. Cum eſſes ſub ficu, vidi te.* Bonam habebit ſignificationē: Huius ſiquidem fructus dulcis admodum eſt. In ſumma, verum eſt illud, *Hierem.24. ficus bonas, bonas valde, & malas, malas valdè, quæ comedi non poſſunt, eo quod ſunt malæ.*

Mat. 21. Luc.13. Gene. 3. Ioan.1.c. Hie.24. cap.

Non præteribit generatio hæc donec omnia fiant, &c. quod potius intelligendum eſt, de euerſione ſiue excidio Hieroſolymitano, de quo etiā hoc capite fit ſermo, quàm de die iudicij: quanquam præcedens textus de aduentu ad iudicium intelligatur. Nec eſt inconueniens, vt fiat iſte tranſitus, quandoquidem duabus ſibi propoſitis quæſtionibus reſpōdet Chriſtus, ſcilicet quæſtioni de deſtructione Hieruſalem, & quęſtioni de ſuo aduentu. Atque prius de ſignis præcedentibus euerſionem Hieruſalem dixerat, poſteaq; de ſignis præcedentibus aduentum ad iudicium: & iam non erat de his plura dicturus. Sed quoniam euerſio Hieruſalem ferè aderat, ideò redit ad dicendum de illa, vt oſtenderet, quàm breue tēpus reſtaret ad illam vſq;. Ait ergo. Non pręteribit generatio hęc, &c. hoc eſt: Antequam morian

moriantur omnes,qui nũc viuunt,euertetur Hieruſalem. Et multi qui nunc viuunt,videbunt eã euerſam,quòd facilè de B.Ioan.Apoſt. ac Euangeliſta iudicare eſt.Imò & qui nunc viuunt,euertẽt eam:Nã Veſpaſianus,qui fuit primus princeps, qui cœpit deſtruere Iudęã)ſenex erat,quãdo pugnabat contra Hieruſalẽ.Viuebat & natus erat,quãdo hęc Chriſtus dixit,nã dicta ſunt.40.annis,ante euerſionẽ Hieruſalẽ.Verum quidem eſt,quòd immediatè præcedẽtia dicta ſunt de ſuo aduentu : & hinc tranſit ad dicendũ de excidio ciuitatis Hieruſalẽ : quia de illa poterat magis certificari,quàm de aduentu ad iudiciũ : quia illud propinquũ erat, Aduentus autem magis diſtabat.Cæterùm ne vanas eſſe ac inanes exiſtimarẽt minas ſeu terriculamenta, quæ propheticè dixerat:ſubiunxit,Cœlũ & terra tranſibũt,verba aũt mea non pręteribunt.hoc eſt:Facilius fuerit, cœlũ & terrã corrũpi,quàm verbũ meum falſum eſſe. *Pſal.118. Inæternũ Domine permanet verbũ tuũ.* Cõplebuntur profectò omnia vſq; ad minimũ iota & apicẽ. Sacrã ſcripturam impoſſibile eſt nõ adimpleri.*Ioan.10.Non poteſt ſolui ſcriptura.* Cœlũ & terrã trãſire,nõ abolitione ſui, at ſui immutatione & renouatione, intellige.Nõ quod ſecundũ ſuã ſubſtantiã verè pereant. Quandoquidẽ, Terra inæternũ ſtat, *Eccle.c.1.& Pſal.148.de cœlis dicitur,ſtatuit ea inæternũ,& in ſæculũ ſæculi,&c.* Sed prius futurũ,vt illa pereãt & tranſeãt, quę omniũ maximè ſtabilia ſunt:quam vt tranſeant verba Domini.*Sic Euthymius in Matt.24. & Theophylactus ſimiliter,exponunt.* Hęc priùs demolientur, quàm excidant ſermones mei:citiùs trãſient,quàm verba mea. *Sic Luc.16.facilius eſt cœlũ & terrã præterire,quàm de lege vnũ apicẽ cadere.& Mat.5.Donec tranſeat cœlũ & terra, iota vnũ aut vnus apex nõ præteribit à lege,donec omnia fiant.* Priore loco particula donec,non ſignificat, quid aliquando ſit euenturum, ſed quid minus ſit euenturũ. Alioqui ſignificaretur verba Domini aliquando pręteritura, quanquàm difficilius, & poſterius quàm cœlũ & terra:cùm tamen ſignificarit, fieri non poſſe, vt verba eius tranſeant. Sciamus itaq; verũ eſſe, quod Chriſtus hic dixit, tã de ſubuerſione Hieroſolymorũ,quàm de extremo illo iudicio, & ſicut ſubuerſa eſt Hieruſalẽ, ſic mũdus peribit:ac proptera dixit hęc Chriſtus,antequã fiant,vt ſimus parati.Si domũ cõduceres,cuius tremerent fundamenta,totaq; minaretur ruinã:nónne dares operam,ab ea vt exires,ante illius caſum & lapſum?

Pſal.118.

Ioan.10.

Eccl.1.c.
Pſal.148

Euthymius in Mat.24.
Theoph.
Luc. 16.
Mat.5.c.

Docet te Deus dicens, mundum finiendum eſſe, omneſq; creaturas perituras: quare ergo domum in cœlis non ædificas? Non habemus hîc ciuitatem manentē, ſed futurā inquirimus, ait Diuus Apoſtolus. Maturè proinde ac ſeriò diē illum tremendum, ſupremū inquā illum recogitemus, ad illum nos præparemus, hanc eſſe dæmonis aſtutiam, diuini huius iudicij memoriam ex animis noſtris tollere, certiſſimè nouerimus: quod Pſalmographus ſignificat, cū de peccatore ita cecinit: Inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore: Auferuntur iudicia tua à facie eius. Quādoquidem Diabolus peccatores retrahit, ne de illis cogitent.

Philipp. Diez Cōc. 1. de Aduentu, &c. citat D. Antoniū Paduanum.

Philippus Diez noſtri ordinis, Concione prima Dominicæ 1. Aduentus, D. Antonium Paduanum in ſermone quodam de iudicio citat, appoſitiſſimam in eam rem adferentem ſimilitudinem. In locis, inquit, vbi fit ſericum, ſi tonare & fulgurare contingit, ne vermes deterriti moriantur, tympana & cymbala, & alia huiuſmodi inſtrumenta muſica pulſantur, & ita decipiuntur ac diſtrahuntur, ne ex tonitrui ſtrepitu, aliqua in eis impreſſio fiat. Hoc eodem artificio vtitur Diabolus. Nam cum mortis & iudicij homines recordantur, ſtatim delere has cogitationes ſtudet, voluptatum mundanarum, & delectationum muſica. Cùm agit prædicator de huius diei timore, quàm exacta vitæ noſtræ ratio reddenda ſit monet, & tormentorū minis quę malis ſunt pręparata, deterret: tunc Diabolus tympanis, & mundi vanitatibus obſtrepit, vt eos rapiat ad interitū. Ne itaq; decipi nos à Diabolo ſinamus, ſed ſemper diem hunc noſtros habeamus ob oculos. Antequā verò huic cōcioni colophonem imponam, duo mihi dicenda putaui. Primū

Martini Poloni Chronicon. Honori' Auguſtodunenſis Dominica de Aduentu.

eſt, quòd vt ſcribit Martinus Polonus in ſuo Chronico: B. Petrus primus inſtituit, vt ante Natalis diem, tres hebdomades, & quarta imperfecta, ab omni Chriſtiano populo, celebrarentur ac venerarentur, in cōmemoratione primi & ſecundi aduentus Domini. Alterū eſt, ex Honorio Auguſtodunenſi, quòd Aduentus Domini 4. habet Dominicas, quia à 4. ordinibus prę nūtiatus fuit Chriſtus, A Patriarchis nimirū, Iudicibus, Regib', & Prophetis. Siquidē, id eſt Abel agnū, Melchiſedech panē & vinū, Abrahā item filiū obtulit. 2. Ioſue hoſtes expugnauit, & terrā populo Iſraël diſtribuit. Gedeon vellus expoſuit, in quod ros cœlitus deſcendit, hoſteſq; cum lagenis deuicit ac tubis. Sampſon demum de allophylis triumphauit. 3. Dauid Goliath

proſtra

proſtrauit, Salomon templum ædificauit, & Ioſias paſcha celebrauit. 4. Iſaias de virgine naſciturum, Hieremias, Dauid germen iuſtum ſuſcitandum, atque regnaturum. Daniel denique ſanctum ſanctorum prædixit eſſe venturum. Item ante legem, Abrahæ & Patriarchis eſt promiſſus: Sub lege à Moſe & Prophetis præſcriptus, ſub gratia à Iohanne & Apoſtolis oſtenſus. Adhuc item venturus expectatur manifeſtus, dicente Apoſtolo: Expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei. Hæc autem, nunc quidem ſufficiãt. Rogemus IESVM CHRISTVM, vt, ſicut in Litaniis Catholica orat Eccleſia, Per aduentum ſuum, nos liberare dignetur: Et in die iudicij, idem nos liberet, atque ad dexteram ſuam cum bonis, nos ſtatuat, vt ſine fine, in regno polorum, laudes decantemus cum omnibus Sanctis. AMEN. *Litania Eccleſia.*

HOMILIA XXIX. DOMINICA SECVNDA Aduentus.

Cùm audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Matth. 11. & Luc. 7. *Matt. 11. & Luc. 7. c.*

CVM memoriam Dei filij in hunc mundum aduentus, ſancta mater Eccleſia, hoc tempore celebret: cum nos redempturus aduenit: Euangélia nobis quædam proponit, in quibus certiſſimæ huius veritatis teſtimonia continentur, vt hodiernum, (ſic pius noſter Philippus Diez, exorditur) Huius verò Euangelij initium, magnã nobis admirationem parit, quòd tàm heroicum virum Ioannem Baptiſtam, carceribus Herodianis mancipatum, nobis referat. Quo loco illud Lactantij, lib. 5. cap. 15. vſurpare placet, & ad noſtrum inflectere propoſitũ: Socrates, quia Deorum religiones imprimis, quoniã contrariæ ſunt pietati, euertere tẽtauit, in carcerem coniectus eſt, vt iam tunc appareret, quid eſſet futurum iis hominibus, qui iuſtitiam veram defendere, Deóque ſingulari ſeruire cœpiſſent. *Philipp. Diez Cõcil. Dom. 2. Aduẽtus.* *Lactantius lib. 5. c. 15.*

cœpiſſent. Sic ille. Iam verò non Socratis carcerem, ſed ter maximi illius Præcurſoris proponit nobis ob oculos Euangeliſta, quòd Herodem ac Herodiadem de inceſtis nuptiis
Mar. 6. reprehenderet. Mar. 6. *Non licet, inquiebat Herodi, habere tibi vxorem fratris tui, (adhuc viuentis ſcilicet.)* Cùm, magna libertate Ioannes plurimos redarguiſſet, vt ex Euangelio
Luc. 3. c. conſtat, *dicēdo: Genimina viperarum, quis vos docuit, &c. Luc. 3.* Nemo tamen de eius morte cogitauit, præter Herodem Galilææ tetrarcham & regulum. Nemini tam odioſa veri-
Daniel. 5 tas fuit, vt illi, qui rex dictus eſt. *Memento, quòd vt Daniel. 5. ſcribit: Balthazari Regi apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum, in ſuperficie parietis aulæ Regiæ.* Scribebat autem pœnam & ſupplicium, quod Deus illi præparabat. Magnum certè myſterium, quo Deus ſignificare voluit æquum eſſe, vt in Regiis palatiis parietes ipſi loquantur: cùm homines loqui non audeant: Iuxta illud
Luc. 19. Chriſti, Luc. 19. *Si hi tacuerint, lapides clamabunt.* Iuſtum, inquam, eſt, vt veritas in lapidibus manu è cœlo delapſa ſcribatur, cum ore eam nemo audeat pronũciare. At Ioannes liberè Herodi dixiſſe perhibetur. Non licet tibi, &c. Reges ac potentes omnia ſibi licere putant. Vnde vox illa impudentiſſimæ fœminæ Iuliæ ſcilicet, Nouercæ ad Imperatorem Antoninum Caracallum, Spartiano referēte, (vt aliàs
Spartianus in Ant. Caracallo. nos dicturos ſperamus.) Si libet, licet. Neſcis te eſſe Imperatorē, qui leges aliis dare debet, & à nullo accipere? Non licet tibi, qui Rex es, quod diuinæ legi repugnat. Sic ſanctus ille Domini Baptiſta. Quamobrem in carcerem coniectus, capitéque plexus eſt. O heroicã planè tanti viri cōſtantiam, & animi fortitudinē! *Loquebar de teſtimoniis tuis,*
Pſal. 118. *in conſpectu regum, & non cōfundebar. Pſalm. 118.* De duce Veneto dicitur, eum quotannis mari ſolemni quadam cæremonia veluti deſponſari, & in huius fœderis ſignum, annulum in mare proijcere: quo ſignificat, præcipuam eius curam eſſe debere, nauium & triremium claſſem apparare & inſtruere, quia inde lucrum omne in eam Remp. manat. Sic vir ſtudioſus, & virtutis amans, fortitudini & patientiæ ac conſtantiæ coniugio ſtabili copulari debet. Sic enim
Matt. 5. Matt. 5. *Beati prædicantur à Chriſto, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Sed iam Euangelium audiamus.

Mittens duos de diſcipulis ſuis, &c. Vſus eſt vir ſanctus hac cautela, quatenus hi diſcipuli Domini fierent diſcipuli:

Cùm

Cùm enim diſcipulis Ioannis, Chriſti præclara facinora, egregiáque miracula ac ſtupenda viderẽtur nomen ac famam ſui obſcurare præceptoris, ipſi inuidiâ moti, quęnam melior ſchola eſſet, Chriſti an Ioannis? contendebant. Atque vt hunc errorem ex diſcipulorum ſuorum animis reuelleret Ioannes, ſuos ad Chriſtum miſit, vt ab eo plenius inſtruerentur. Poſtquam Elias igneo curru in cœlum raptus eſt, cùm Prophetarum filij ſcire cuperent, quid de eo factum eſſet: miſit eos Eliſeus per montes & valles, vt eum quærerent, cúmque tres dies & noctes erraſſent, non inuenerunt. Non dubitabat equidem Eliſeus, à Deo raptum fuiſſe Eliam, 4. *Reg.* 2. Sed vt illorum dubitationẽ tolleret, miſit eos, vt quærerent. Ad hunc planè modum, D. Ioannes ſuos ad Chriſtum diſcipulos miſit, vt & ipſi crederẽt, quod ille ſine vlla dubitatione credebat. Idcóque vt D. Hilarius interpretatur Canone 11. in Matth. Tali Ioannes exemplo, non ſuæ, ſed diſcipulorum ignorantiæ conſulit: Ipſe enim venturum in remiſſionem peccatorum prædicauit. Sed vt ſcirent non alium à ſe prædicatum, ad opera eius intuenda diſcipulos ſuos miſit: vt auctoritatẽ dictis ſuis illius opera conferrent, neque Chriſtus alius expectaretur, quàm cui teſtimonium opera præſtitiſſent. Quòd igitur quæritur: Tu es qui venturus es, &c. ratione non ipſius Ioannis, ſed ſuorum dictum eſt diſcipulorum. Paulò enim ſuprà idem ſcribit Hilarius. Ioannes detentus carcere Dominũ ignorat? Et Propheta tantus Deum ſuum neſcit? Atqui venturum vt præitor nunciauit, conſiſtentem, vt propheta agnouit, adeuntem vt confeſſor veneratus eſt: vnde tam variæ & tam abundanti eius ſcientiæ error obrepſit? Sed conſequens de eo Domini teſtimonium ſentiri hoc ita nõ ſinit. Neque ſanè credi poteſt Spirituſſancti gloriam in carcere poſito defuiſſe, cùm Apoſtolis virtutis ſuæ lumen eſſet in carcere poſitis miniſtraturus. Hucuſque ſanctus Hilarius.

4. *Reg.* 2.

D. Hilarius Canone 11. in Matt.

Tu es qui venturus es, &c. Exiſtimo nullam vnquam fuiſſe in orbe quæſtionem maioris momenti, quam iſta. Videbat Synagoga vaticinium Iacob eſſe impletũ, videns ſceptrum à Iuda eo tempore ablatum, ac in alienigenam Herodem tranſlatum, ab illóque vſurpatum. Idcircò per Phariſæos Ioannẽ interrogant, an ſit Meſſias. Idẽ verò Ioannes Chriſtum an ſit ipſe qui venturus eſt? in ſuorum gratiam diſcipulorum, interrogat, dicens. Tu es qui venturus es, an aliũ expectamus? q. d. Túne ille, quem Prophetæ venturum prędixerunt,

dixerunt,quem Sybillæ cecinerunt,quem Patriarchæ figuris adumbrarunt,quem omnia ſecula deſiderarunt:Ille qui venturus es ad Deum placandum,ad homines redimẽdos, ad Angelorum ſedes inſtaurandas,ad Dæmonũ potentiam comprimendam , ad clauſas cœli fores reſerandas,& inferorum ſedes euertendas ? Venturi nomine Meſſias intelli-

Gen.49. gitur.De eo ſiquidem.Gen.49.*dicitur,Donec veniat,qui mittendus eſt,hoc eſt,Meſſias.*Vt ex Paraphraſi Chaldaica ad illũ locum conſtat.Et Propheta de Chriſto,Veniens veniet,ait, & nõ tardabit.Hinc Ioan.6.Hic eſt verè propheta,qui venturus eſt in mundum,&c.Obſerua,vt ſcribit Stella in Luc. 7.ad hæc verba:illud.Qui venturus es exponẽdum eſſe, id eſt,qui veniſti:quod patet,ex c.6.Ioãnis nunc citato. Certum eſt enim , quòd venturus ibi ſignificat,qui iam venit, præſertim cũ demonſtratiuè dicatur, Hic eſt verè propheta.Nec enim veriſſimile eſt, quòd dicerent , qui venturus eſt,ſed,iſte eſt,qui iam venit,ac venturus expectabatur.Sic nunc dicendum eſt, Tu es qui veniſti:Phraſis enim Græca eſt,vti principio de futuro,pro præterito. Exemplar Græcum ita habet σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος; hoc eſt, Tu es ille veniens,ſiue venturus ? Eſt enim Græca vox ad vtrumlibet tẽpus anceps.Poterat dicere interpres,es tu veniens?tamẽ idem ſignificat venturus. Sic noſtri ſodalitij vir eximius Didacus Stella.

Paraphraſis Chaldaica, aliàs Thargũ Onkelos.

Stella in Luc. 7.c.

Vel,non incommodè exponi poſſet etiam de futuro.Tu es qui venturus es?Ex D.Hieronymi in *Matt.11.c.*interpretatione ad illa verba:Tu es qui venturus es,&c. Non dicit qui veniſti,ſed, qui venturus es, vt ſit ſenſus : Ego viuis te monſtraui,num etiam inferis nunciabo te veniſſe,an quia indignus es morte, alium ad moriendum mittes ? Hæc D. Hieronymus.Quæ difficultate non caret.Diuus ſiquidem Chryſoſtomus to.2.Homil.27.in Matthæũ ita habet : Negant nonnulli ea de cauſa ad interrogandum miſiſſe Ioannem , quia totum myſterium ignoraret diſpenſationis Chriſti , ſed ipſum quidem eſſe Chriſtum non ambigebat: vtrum verò ab hominibus morti traderetur, an non dubitabat : præterea etiam interrogabat,dicens : Tune es venturus?id eſt,tu ne ipſe ad inferos deſcendes.

D.Hieronymus in Matt.11.

D. Chryſoſtomus to.2.operum Homil.37. in Matt. 11.c.

Quæ planè videntur eſſe ex D. Hieronymo deſumpta ferè ad verbum , vt patet conferre volenti vtriuſque Doctoris expoſitiones huc tranſcriptas. Sed nulla prorſus hic ſermo ratione (inquit Chryſoſtomus conſequenter) com-

probari poteſt. Non enim ignorabat hoc Ioannes. Ecce, inquit, agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Agnum quippe vocauit, quia in crucis patibulo ſuſpendendum ſciebat, vt non alia quàm per crucem, via peccatum mundi tolleret.

Quid? Ioannes pluſquam propheta ignoràſſet, quod ſciuerunt & prædixerunt omnes prophetæ? Act. 3. *Deus, ait D. Petrus Apoſtolorum columen, qui prænuntiauit per os omnium prophetarum, pati Chriſtum ſuum, ſic impleuit.* Quomodo maior Prophetis Ioannes, ipſa quæ Prophetæ prædixerunt, neſciebat? Quoniam rationis colore hic ſermo ſuſtentari poterit? Aut cur illo modo non interrogauit Ioannes, Tu es qui ad inferos venturus es, ſed ſimpliciter, tu es venturus? Multò autem illud ridiculoſius eſt: Aſſerunt enim ideò à Ioanne quæſitum fuiſſe, vt cùm ad inferos deueniſſet, ibi quoque prædicaret: aduerſus quos illud militat: in inferno ait Pſalmiſta, quis confitebitur tibi? Non igitur præcurſore apud inferos opus erat. Præterea, ſi poſt mortem infideles reduci ad fidem poſſunt, atque ſaluari: nullus vnquam peribit. Fugiamus ergo tales opiniones? Fabulas certè aniles atque inualidas. Hactenus Chryſoſtomus Diuus Thomas in Cathena ad 11. caput Matth. Gloſſam adducit ſic conciliantem prædicta, & ad concordiam reducentem. *Act. 3. c.* *D. Thomas in c. 11. Matt. in cathena aurea.*

Conſiderandum eſt, quòd non ideò Hieronymus & Gregorius dixerunt, quòd Ioannes aduentum Chriſti in infernum prænuntiaturus eſſet, quia eius prædicatione aliqui non credentes conuerterentur ad fidem: ſed vt iuſtis in expectatione Chriſti manentibus, ex vicino aduentu conſolationem adferret. Sic ibi: Audis ſolidum reſponſum, quòd Ioannes deſcenſurus erat ad inferos prędicaturus non damnatis, ſed patribus Chriſti aduentum, ad eorum gaudium.

Ad aliã obiectionẽ, an Chriſtus venturus eſſet in mortis perpeſſionem, an aliũ tranſmiſſurus eſſet? Dicendũ, non in perſona Ioãnis, id ſub dubio propoſitum, verum in perſona diſcipulorum ipſius, quibus ſub quadam inſinuatione ad rogata reſpondit Chriſtus, dicens: Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me, quod ad Chriſti paſſionem ac mortem pertinet. Hic ponenda quoque eſt D. Thomæ Aquinatis ſententia 2.2.q.art.7. ad 2. Sic enim obiectioni, quòd S. Ioannes Baptiſta incarnationis Chriſti myſterium explicitè *D. Thomas 2.2. q 2. ar. 7. ad 2.*

explicitè non cognouiſſe viſus ſit,cùm à Chriſto quæſierit hoc loco,tu es qui venturus es,an alium expectamus? Reſpondet quòd Ioannes Baptiſta de aduẽtu Chriſti in carne non quaſi,quaſi hoc ignoraret,cùm ipſe hoc expreſsè confeſſus fuerit, dicens: Ego vidi & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei: vt habetur Ioann.1.Vnde non dixit, Tu es qui veniſti? Sed, Tu es qui venturus es, quærens de futuro, non de præterito. Similiter non eſt credendum, quòd ignorauerit eum ad paſſionem venturum.Ipſe enim dixerat, Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi: prænuntians eius immolationem futuram.Poteſt ergo dici, ſicut D. Gregorius, homil.6.in Euang.ſcribit, quòd inquiſiuit ignorans, an ad infernum eſſet in propria perſona deſcenſurus.Sciebat autem, quòd virtus paſſionis eius extendendą erat vſque ad eos,qui in limbo detinebantur:ſecundum illud,Zach.9. *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos de lacu,in quo non eſt aqua:* nec hoc tenebatur explicitè credere, antequam eſſet impletum, quod per ſeipſum deberet deſcendere.Vel poteſt dici,ſicut Chryſoſtomus dicit,quòd non inquiſiuit,quia ipſe ignoraret, ſed vt per Chriſtum ſatisfaceret ſuis diſcipulis:vnde & Chriſtus ad diſcipulorum inſtructionem reſpondit, ſigna operum oſtendens.Sic ille.Vt enim per occaſionem videntes ſigna crederent in eum,non quaſi ignorãs interrogat,vt ait venerabilis Beda in Matth.Hîc haudquaquam intempeſtiuũ vel importunum fuerit,de Chriſti ad inferos deſcenſu aliqua fuſiùs pertractare,cõtra graſſantes fanaticorum quorundam hæreſes.Articulus eſt fidei ex Apoſtolorum ſymbolo, mortuus & ſepultus,deſcendit ad inferos, de reali autem deſcenſu ſentiendum eſt, cum Catholica Eccleſia. Nam Eccli.24. *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes,& illuminabo omnes ſperantes in Domino, ait æterna Patris ſapientia.* Quod perfectè impletum eſt,inquit doctus Epiſcopus Ianſenius ad hûc locum, cùm Chriſtus ad inferos deſcendens ſuæ præſentiæ luce perfudit iuſtos mortuos, eorúmque animas ex inferno ſecum eduxit. Hîc quoque Ioannes Baptiſta per ſuos diſcipulos Chriſtum percunctatur. Tu es qui venturus es? ſcilicet ad ſinum Abrahæ) ſic enim Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 4. titulo de ſepulchro exponit, Deſcendit ad inferos,inquit,vt & illinc iuſtos liberaret:Cur enim vellet,viuentes quidem frui gratia, quamuis plurimi ex his ſancti non

D. Gregorius homil. 6. in Euang.

Zach. c. 9.

Beda in Matth.

Eccl. 24.

Ianſeni⁹ ad 24. Eccli.

D. Cyrillus, Catecheſi 4. & 14. de deſcenſu Chriſti ad inferos agẽs.

non eſſent: qui verò cum Adamo à longo tempore concluſi erant, deinceps non potiri libertate? Dauid illic erat, & Samuel, & Iſaias, & omnes prophetæ: ac ipſe Ioannes, qui ad eum per ſuos nuncios dicebat: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Non vis vt deſcendens liberet tales? Et Catecheſi 14. de Chriſti ad inferos deſcenſu agens, eadem repetit: inſinuans ſatis, de deſcenſu illo exponendum eſſe, quod à Ioanne per ſuos proponebatur.

Prædictæ ex Eccleſiaſtico ſententiæ concordat D. Apoſtolus Eph. 4. *Quod autem aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit in inferiores partes terræ?* Neque enim probanda eſt quorundam Hæreticorum contorta ac deprauata illius loci explicatio, aſſerens his verbis tantum denotari primum aduentum Chriſti in terram, aut in D. Virginis vterum. Nam diſertè ſcribit Apoſtolus, Chriſtum non in terram tantùm, ſed in inferiores partes terræ, hoc eſt in ipſa penetralia terræ deſcendiſſe. Deinde antitheſis locorum, quòd aſcenderit ſuper omnes cœlos, & in infimas terræ partes deſcenderit, non obſcurè oſtendit ſummam eorundem diſtantiam ſignificari. Nihil autem à cœlo longius diſtat, quàm infernus. Cauſa quoque aſcenſus deſcenſuſque ab Apoſtolo adiecta, nempe, (vt adimpleret omnia) planè declarat, de deſcenſu ad inferos locum intelligendum eſſe, non enim impleuiſſet omnia, hoc eſt, perfectam & abſolutam regni ſui poſſeſſionem accepiſſet, niſi omnes regni ſui regiones terreſtrem, cœleſtem, & infernalem obiuiſſet, Tripartitum namque eſſe Chriſti regnum, Philipp. 2. *Oſtenditur, in nomine* IESV *omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, ſiue ſubterraneorum.* Nota imprimis, quòd contendunt impiiſſimi Ioannes Brentius & Caluinus, animam Chriſti in deſcenſu ad inferos damnatorum (horreſco referens) ſupplicia luiſſe, ab omni fidei veritate, & pietate Chriſtiana alieniſſimum eſt. Quod dogma nouum, impium, blaſphemum, & innocentiæ Chriſti planè repugnans omnino explodendum venit. Pugnat enim hæc expoſitio abſurdiſſima, deſcendit ad inferos, id eſt, ipſos ſenſit inferni cruciatus, cum propria verborum ſignificatione. Sicut namque nomine aſcenſionis in cœlum intelligimus tantùm profectionem in ſublimem locum omnibus elementis, & cœlis ſpectabilibus ſuperiorem: ſic nomine deſcenſus ad inferos, de lapſum ad inferiores partes terræ, vt loquitur Apoſtolus, poſt Eccleſiaſtic. cap. 24. in Epheſ. 4.

Epheſ. 4. *Philipp. 2. cap.* *Eccl. 24.*

Epheſ.4. Epheſ.4.ca. Certè & Ioannes Brentius, hanc Pauli ſententiam, inter certiſſima & apertiſſima ſacræ ſcripturæ teſtimonia in ſua catecheſi numerauit, quibus articulus Symboli Apoſtolici de deſcenſu Chriſti ad inferos confirmetur & ſtabiliatur. Quòd ſi dicas phraſi ſcripturarum, nomine deſcenſus ad inferos, ſignificari ſupplicia damnatorum, falſiſſimum eſt. Nam inde ſequeretur, Patres veteris teſtamenti, quos ſcriptura indicat deſcendiſſe ad inferos, vt verbi gratia, Patriarcha Iacob, conſpecta filij chariſſimi tunica ſanguine reſperſa, dolore penè exanimatus, dixit:

Ioã. Brentius hereſiarcha.

Gene.37. Geneſ.37. *Deſcẽdam ad filium meum lugens in infernum.* Qui non de alio certè loco, quàm ſubterraneo, vbi ſedes animarum eſt, loqui potuit. Neque per infernum hic ſepulchrum intelligi poteſt. Non enim poterat Iacob, ſuſpicari filium ſuum ſepultum eſſe, quem à beſtia deuoratum credebat. Tunica, inquit, filij mei eſt. Fera peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph. Adde quòd nemo iam mortuus in ſepulchrum deſcendere dicitur, ſed inferri potius. Eſt enim deſcendere viuentium magis quàm mortuorum. Quare de propriè dicto inferno hæc verba intelligenda, Cum ergo illos Patriarchas teſtetur ſcriptura deſcendiſſe ad inferos, & ab inferis extractos: Zachar.9. Conſequeretur etiam inde, excruciatos fuiſſe ſuppliciis damnatorum, quod à vero abhorret. Nam, Luc.16. Qui deſcendebant in ſinum Abrahæ conſolatione gaudebant, & à cruciatibus erant immunes. Imò ſcriptura manifeſtè indicat deſcenſum Chriſti alienum ab omnibus doloribus fuiſſe, ſolutis doloribus inferni, inquit, B. Petrus, Act.2. quibus impoſſibile erat eum detineri. Chriſtus namque ideò ſolutis doloribus inferni ſurrexiſſe dicitur, quia in deſcenſu ad inferos, ſolutus, hoc eſt, immunis ab inferni ſuppliciis permanſit, & alios ab illis liberauit. Iuxta quod impoſſibile erat teneri illũ ab eo (inferno.) Non enim poterat anima Chriſti in ſtatu & beatitudinis & triũphi amplius obnoxia eſſe vllis cruciatibus. Itaque vaniſſima eſt interpretatio Caluini, qui ex his verbis Chriſtum ſuis infernalibus doloribus torſit. Eripuit verò de limbo Patres, qui etiamſi à ſuppliciis damnatorum atque doloribus immunes fuerint, non tamen veriſimile eſt, eos omnis prorſus doloris in illis tenebris expertes permanſiſſe, cum vt minimum ex tanta ſuæ liberationis dilatione, vel leui aliqua triſtitia affecti fuerint. *Spes namque, inquit Sapiens. Prouer.13. quæ differtur, affligit*

Zachar. 9.cap. *Luc.16.* *Act. 2.c.* *Caluin⁹ hæreſiarcha.* *Prouerb. 13. cap.*

affligit animam. Tędium proculdubio animabus iuſtis erat, poſt ſolutionem carnis, adhuc ſpeciem non videre creatoris. Quamuis fiducia certiſſima & expectatione aduentus Chriſti valdè temperabatur. *Abraham, inquit Chriſtus, Ioan. 8. Pater veſter exultauit, vt videret diem meum.* Totam antiquitatem venerandam, ab hac infernali ſententia longiſſimè abfuiſſe manifeſtum eſt, tum quòd omnes Patres deſcenſum hunc ad triumphum Chriſti gloriæ pleniſſimum retulerint, tum quòd perſpicuè docuerint animam Chriſti deſcendiſſe poſt mortem, ac proinde in deſcenſu nullum ſenſum vel leuiſſimi doloris aut triſtitiæ habuiſſe. Quandoquidem cum morte crucis terminus fuit omnium dolorum & paſſionum, quod apertè Chriſtus ſignificauit, cùm dixit? Conſummatum eſt, & cùm in manus patris cœleſtis ſpiritum ſuum commendauit. In cuius manibus, hoc eſt, protectione & patrocinio, non potuit non eſſe tutiſſimus, & ab omni patiendi periculo remotiſſimus. Adde quod, beato latroni diſertis verbis repromiſit dicens, *Hodie mecum eris in paradiſo,* Luc. 23. Verba verò ipſius Chriſti. *Matth. 26.* Hoc ipſum ſatis innuunt atque inſinuant, cùm dixit, *Triſtis eſt anima vſque ad mortem, non poſt mortem.* Non initium doloris, mors iſta, ſed finis eſt. Ratione denique hæc blaſphemia ſolidè euertitur, quòd ſcilicet fuerit damnatorum ſupplicia. Hæc namque catholica eſt demonſtratio. Inferni ſupplicia niſi in damnatos non cadunt. At blaſphemum eſt vel ſuſpicari, nedum perfricta fronte enuntiare, Chriſtum ſeruatorem omnium, maximè verò fidelium, vt ſcribit Apoſtolus, fuiſſe in numero damnatorum. Non igitur in eum conueniunt huiuſmodi ſupplicia. Minor propoſitio ſeu aſſumptio eſt manifeſta. Maior autem facilè perſuadetur, quia inferni ſupplicia intrinſecè oriuntur, ex ſceleribus eorum qui puniuntur, at Chriſtus ab omni peccato fuit immunis, ἀναμάρτητος, ac verè naturâ impeccabilis, vt omnia clamant ſacra eloquia. Ergo Chriſti anima, quæ immunis erat à peccato, non erat inferni ſubdenda ſuppliciis. Item, pœna illa inferni, neceſſariò annexam habet & priuationem diuinæ viſionis, & perpetuam de ſalute conſequenda deſperationem, ſicut contrà beatitudo neceſſariò claram Dei includit viſiônem ac facilem eius conſpectum, atque gaudij perpetuitatem & ſecuritatem. Contrariorum enim eadem eſt diſciplina, & ex Ariſtotele, *Contrariorum contraria ſunt conſequentia.* At verò Chriſti anima,

Ioan. 8. c.

Luc. 23. cap.

Matth. 26. cap.

Ariſtoteles.

anima, perpetuò diuinam contemplata eſt eſſentiam: iuxta illud Pſalmographi, prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper. Atque numquam in deſperationis barathrum cadere potuit, ille per quem nobis ſpes certáque de Dei miſericordia fiducia ineſt, & acceſſum habemus ad Deum per ipſum, qui latroni ſpem ſalutis fecit & pro crucifixoribus orauit, & oblatus eſt, quia voluit quique animam ſuam in manibus tradidit Patris, qui denique non tantùm deſcenſu, ſed etiam morte crucis, omnem potentiam dæmonum, & inferorum fregit & vaſtauit. In ſumma, corporali paſſione, & effuſione ſanguinis Chriſti in cruce liberatio humani generis abſoluta eſt ac conſummata, vt Apoſtolorum Coriphæus diſertè ſcribit priore epiſtola dicens, qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Nota, in corpore ſuo, non ergo in animæ cruciatu,ad perditi damnatíque inſtar, ſuper lignum,item nota, non poſt obitum, & è ligno depoſitionem. Concludo, Peccatum morte Chriſti expiatum eſſe, nihil ergo fuit à morte dominica, cuius gratia pateretur anima Chriſti. Errarunt ergo fœdiſſimè, qui Chriſti animam arbitrati ſunt, nonnihil in deſcenſu ad inferos eſſe paſſam. Quaſi verò ſanguine ſuo non omnia expiarit peccata. Nam ſi aliquid paſſa eſt, propter peccatum paſſa eſt, ergo nondum expiarat peccatum, & proinde inefficax fuerat hoſtia Chriſti ſalutaris. Id qui dicit, indigniſſimè blaſphemat, & meritum paſſionis Domini calumniatur. Verùm hac de aſſertione, in Decadibus noſtris poſteriore tomo, cùm de Myſteriis dominicæ Paſſionis ageremus, latiùs diximus.

Qui autem plura de Chriſti ad inferos deſcenſu ſcire volet, diſputationem Theologicam in Academia Moguntina Catholica, anno D. 1586. publicè poſitam, Reſpondente Henrico Ebinchanſem, perlegere non grauetur, à qua permulta nos mutuatos fuiſſe candidè ac ingenuè profitemur & agnoſcimus. Quis autem niſi infidelis negauerit, apud inferos fuiſſe Chriſtum, ait Diuus Auguſtinus tom.2. Epiſt.99. Sed de his ſit ſatis &c. Chriſtus interrogationi ſibi factæ, per opera reſpondiſſe perhibetur, dicens. *Ite & renunciate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis: Cæci vident; claudi ambulant &c.* Quæret fortaſſe aliquis, cur apertè non reſpondit Chriſtus: Ego ſum ille, qui expectabatur venturus, *ſicut Ioan. 4. Samaritana dicenti, ſcio quia Meſſias venit, ſiue, iam præ foribus adeſt, cùm ergo venerit, ille*

Henricus Ebinchãſem de Chriſti ad inferos deſcenſu.

D. Aug. to.2.epiſ. 99.

Ioan.4.c.

nobis

nobis annunciabit omnia. Diſertè reſpondit dicens, ego ſum qui loquor tecum? Dico Chriſtum apertè ſatis reſpondiſſe, operibus nimirum & factis, non autem nudis verbis. Magis verò perſuadent facta quàm verba. Si ab aliqua arbore interrogaretis, malúſne an pyrus, an nux, an verò prunus es? Satis apertè tacendo reſponderet, ſi pendentes fructus oſtenderet. Ex fructu enim vnaquæque arbor dignoſcitur. Vnde Chriſtus, *Ioan. 10. Iudæis interrogantibus, Si tu es Chriſtus, dic nobis palàm. Opera, inquit, quæ ego facio in nomine patris mei, illa teſtimonium perhibent de me, quòd videlicet ſim Chriſtus in lege promiſſus.* Miracula namque quæ ipſe edidit, qualia ſunt hìc relata, Cæci vident, mortui reſurgunt &c. efficacia ferebant de eo teſtimonia. *Ioã. 10. c.*

Primò, ex modo imperatiuo. Prophetæ enim deprecando mortuos ſuſcitabant, vt Elias *3. Reg. 17. Clamauit ad Dominum, & ait: Domine Deus meus reuertatur, obſecro, anima pueri huius in viſcera eius.* Sancti item non propria virtute miracula fecerunt, ſed Deo in illis operante. At Chriſtus imperando miracula operatus eſt, vt Dominus, in cuius ditione cuncta ſunt poſita, tanquam poteſtatem habens, non ſicut ſerui ſupplicando & petendo; *Luc. 7. Adoleſcens tibi dico ſurge. & Ioan. 11. Lazare veni foras*, atque ita de cæteris miraculis. Itaque ſicut Protogenes Appellem cognouit (Plinio cùm agit de egregiis pictoribus referente) ex vnius lineæ ductu: Tu ſimiliter, Chriſti omnipotentiam facilè ab vno miraculo deprehendere poſſes. Prodit enim artificem, ipſum opus & ſingulare artificium. *3. Reg. 17. cap.* *Luc. 7. c.* *Ioan. 11.* *Plinius.*

Secundò ex multiplicate miraculorum. Etenim Prophetæ non tot miracula fecerunt, ſed vnus vnum miraculum non aliud faciebat. Diuiſiones enim gratiarum ſunt. Chriſtus verò multa & varia fecit miracula, vt hìc dicitur, *Cæci vident, claudi ambulant*, ſurdi audiunt, leproſi mundantur; mortui reſurgunt &c.

Tertiò ex ipſa doctrina qua ſe Deum dicebat, vt cæco nato, *Ioan. 9.* ſeipſum reuelauit, dicens: *Tu credis in filiũ Dei? Reſpõdit ille & dixit. Quis eſt, Domine, vt credam in eum. Dixit ei Ieſus. Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait, Credo Domine, & procidens adorauit eũ. & Io. 10. Ego & pater vnum ſumus. Intellexerunt autem Iudæi, quod ſe Dei filium, Patri conſubſtantialem, & ὁμοούσιον ſe dicere.* Quæ doctrina *Ioã. 9. & 10. cap.*

 niſi

niſi vera eſſet, non confirmaretur miraculis, diuina virtu-
Mar.1.c. te factis. Ideò dicitur, *Mar.1. Quanam doctrina hæc noua: quia in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei?* Hoc etiam loco Chriſtum ac Meſſiam, Dei filium in lege promiſſum, ſe ex miraculis eſſe comprobat atque confirmat. Teſtimonia tua, inquiebat Regius Pſaltes, credibilia facta ſunt nimis. Sic verò reuerſis diſcipulis ſuis, ac viſa miracula renuntiantibus, Ioannes dixiſſe putandus eſt. O ſtulti & tardi corde ad credendum, quid clariùs poterat vobis dicere, quòd ipſe eſſet Meſſias in lege promiſſus, & quòd non ſit alius expectandus? *Iſaias*
Iſai.35.c. *enim cap. 35. de Meſſia dixit, Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebũt. Tũc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Fugite vobis ac cogitate Chriſtum ſic interrogantibus
Iſa.42.c. an ipſe eſſet? Ex Iſaia reſpondiſſe. De Meſſia cap. 42. dicitur, vt aperires oculos cæcorum &c. En ego aperio. Ego
Mar.7.c. igitur ſum Meſſias. *Item cap. 35. Aures ſurdorum patebunt*
Iſai. 61. *&c.* Videtis hæc à me fieri. *Mar. 7. Benè omnia fecit. Surdos*
& Luc. *fecit audire & mutos loqui.* Igitur ſum ille tam diù deſidera-
4.c. tus. *Item Iſai. 61. & Luc. 4. Euangelizare pauperibus miſit me.*
Matt. 5. En prædico beatos eſſe pauperes ſpiritu. *Mat. 5.* & hic. *Pau-*
& 11.ca. *peres euangelizantur.* Ex his ſatis patet, per opera coram ipſis facta, Chriſtum Ioannis diſcipulis ſatisfeciſſe ſuperabundanter. nec vllum dubitandi locum illis reliquiſſe.

Animaduerte differentiam eſſe, latúmque diſcrimen inter vera falſáque miracula, ſeu, vt Apoſtolus nominat, ſigna mendacia, qualia futura ſunt Antichriſti, & fuerunt magicæ præſtigiæ ſeu illuſiones. Inter miracula item, ſub lege Moſis, & in Chriſti Euangelio, vt ſtatim conſtabit. Magorum prodigia, ad curioſitatem tantùm ſunt, vt Symonis magi, de quo in actis Apoſtolicis, Itẽ apud Egeſippum, fit mentio, contra quem D. Petrus Apoſtolorum princeps fortiter ſe oppoſuit, vt in Decadibus noſtris ſa-
Clemens cris, cũ de mortuis à Chriſto ſuſcitatis tractaremus, dixi-
lib.4.re- mus. Zoroaſtres, ait Clemens Romanus lib. 4. Recognitio-
cognitio- nũ, primus magicæ artis inuentor, volens videri Deus, ve-
num. lut ſcintillas quaſdam ex ſtellis producere, & hominibus oſtentare cœpit, ac ſæpiùs id frequentans ab ipſo Dęmone igni ſuccẽſus cõcrematur. In margine hoc habetur Scholiũ. Fulmine ictus interiit. Iamnem & Mambrem, magos Pharaonis, quędam in apparentia ſigna ex oppoſito Moſis feciſſe,

feciſſe, ſacra Exodi narrat hiſtoria: at in tertio ſigno defeciſſe, & exclamaſſe, digitus Dei eſt hic. Dæmonum præſtigiæ, non vera miracula ſunt, quæ in Idolis olim prodigioſè fiebant, ſicut Abdias Babylonicus certaminis Apoſtolici lib. 8. De beato Bartholomæo ſcribit hoc modo. In India erat idolum Aſtaroth, in quo Dæmon talis erat, qui diceret ſe curare languentes, & cæcos, quos ipſe lædebat, illuminare. Hac verò arte illudebat. Faciebat eis dolores, damna, pericula, infirmitates. Dabátque reſponſa, vt ſacrificarent ſibi: & cùm immiſſa remoueret, tanquam ab eo ſanarentur, omnes exiſtimabant. Hoc quippe videtur ſtultis quòd ſanet. Ille autem non ſanando ſubuenit, ſed hoc eſt à læſione ceſſando. Ita cùm deſinit lædere curaſſe putatur. Sic ibi. Non ſunt proinde huiuſmodi vera miracula, ſed impoſturæ & artificia Dæmonis. Neque enim cæcos illuminare, vel, veram de infirmitate aliqua deplorata ſanitatem reſtituere poteſt, aut vllo modo mortuos in rei veritate ſuſcitare valet Cacodæmon. Chriſtus verò per ſeipſum imperiosè, &, vt ita dicam, poteſtatiuè, quod à ſæculo non fuerat auditum, cæcum natum ſputo ſuo illuminauit: *Ioan. 9.* Et Lazarum quatriduanum, iamque fœtidum, de monumento ad vitam reuocauit. *ca.* 11. Apoſtoli autem ſui, & alij ſancti fideles in eius nomine vera ſigna quamplurima ediderunt. *Mar. vltimo. manuum impoſitione ægros ſanarunt, mortuos quoque precibus ſuſcitarunt, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.* Sic enim acta referunt Apoſtolorum. ca. 5. *Per manus Apoſtolorum fiebant ſigna & prodigia multa in plebe.* Nunc de diſcrimine miraculorum in lege & Euangelio expoſtulat ordo, vt dicamus. In lege quidem, omnia eò ferè tendebāt, vt huius ſeculi hominibus propter cordis duritiem timorē incuterent, vt plagæ Ægypti, ſtrages Sēnacherib, ignis tempore Eliæ ſuper quinquagenarios, Vrſi de ſaltu pueros maledicos dilacerātes tēpore Eliſei, diluuiū tēporibus Noë, cōflagratio Sodomorum, ſubmerſio Ægyptiorum, abſorptio Chore & aſſeclarum, ſerpentes igniti in deſerto, afflictio Philiſtinorum à muribus, ob detentā Dei arcā. Et id genus multa olim facta ſigna & prodigia, pro conterendis hoſtibus ad potentiā Dei oſtendēdam & magnificandam. At verò in Euangelio miracula amorē & curam paternam inſinuant, morborum curationes, mortuorum ſuſcitationes, eſurientium refectiones,

Abdias lib. 8. certaminis Apoſtolici.

Ioā. 9. & 11. ca.

Mar. vltim. cap.

Act. 5. c.

& ſimilia,ad Dei honorem & credentium vtilitatem Non ſunt curioſa,non præſtigioſa,ſed quæ Eccleſiam Dei ædificent, reuerentiam ac timorem Dei caſtum & filialem in animis ingenerent,qualia ſunt hic recitata,Cęci vidēt &c. quæ nedum ſigna ſed beneficia ſunt. *Ex epiſtola Ieremiæ Baruc 6.inter cætera contra falſos deos & idola ſic habetur. Hominem à morte non liberant. Hominem cæcum ad viſum non reſtituunt.Viduæ non miſerebuntur,neque orphanis benefaciēt. Quomodo dicendum eſt illos eſſe Deos?* At de Deo in Pſalmis dicitur, *Dominus illuminat cæcos. Pupillum & viduā ſuſcipiet &c.*Verùm de his ſatis.*Cæci vident &c.* Ante Euangelium vel rara vel nulla ſimilia inueniuntur.Vnus Tobias oculos recepit, & hæc fuit Angeli non hominis medicina. Elias mortuum ſuſcitauit,ipſe tamen rogauit,nō iuſſit,vt Chriſtus.Eliſæus lepróſum mūdari fecit, non tamen ibi valuit præcepti authoritas,ſed myſterij figura,dum ſepties lauatur in Iordane. Martinus Polonus in Chronico ſuo de B. Paulo agens ſic ſcribit. Inter Areopagitas Dionyſius credidit. Cùm adhuc cum Apoſtolo diſceptarent fortiter & acriter Philoſophi, tranſiit cæcus coram eis, & ait Dionyſius Paulo, Si dixeris in nomine Dei tui, Vide, & viderit, ſtatim credam. Sed ne vtaris verbis magicis, ego præſcribam tibi formam verborum. Hanc videlicet in nomine IESV Chriſti nati de Virgine, mortui, qui reſurrexit, & aſcendit in cœlum, vide. Vt autem tolleretur omnis ſuſpicio, præcepit Paulus Dionyſio, vt ipſe eadem verba proferret. Quod cùm feciſſet, ſtatim cæcus vidit, & Dionyſius ſe credere confeſſus eſt, & Paulus ipſum Athenienſium Epiſcopum ordinauit. Hactenus ille, Quod & in ſacras Decades noſtras Homilia De cęco nato, ex Hilduino retulimus. Ex quibus patet illud, Cæci vident &c. Hæretici autem cæcos illuminare nequeunt,ſed potius videntes excęcant, quod ſequenti probatur hiſtoria. Gregorius Turonenſis libr. 2.hiſtoriæ, §. 3. Cirola, inquit, Arrianorum Epiſcopus,cuidam ex ſuis, datis 50. aureis, vt ſe cæcum ſimularet, perſuaſit. Clamabat ergo dicens, Graui ſum cæcitate percuſſus, veritatem neſciens verum dicebat. Mox imponens manus excæcauit. Verè, inquit ille, cognoui, quia Deus non irridetur. Idem de gloria confeſſorum, §. 13. quid ſimile narrat de alio, qui acceptis 40. aureis cæcitatem fingebat,ſed impoſita manu Epiſcopi Gothi Arriani,viſū perdidit, &

Chronicū Martini Poloni de B. Paulo.

Hilduinus, De R.Dionyſio apud Surium.

Greg.Turonenſis hiſt.Frā. §.3.

Idem de gloria cōfeſſorum §.13.

dit,& dolū,quem auaritia impellente finxerat,publicauit.

Mortui reſurgunt Apoſtoli mortuos ad vitam reuocarunt,vt ex actis ſatis liquet.Hæretici verò nullum adhuc ſuſcitare valuerunt ex mortuis,tametſi conati ſint,ac non ſemel hoc attentarint, vt fuſiùs in noſtris Decadibus ad Euangelium,volumus ſignum videre,tractauimus. Concludam itaque cum Tertulliano de præſcriptionibus hęreticorum, Apoſtolos, inquit, Gnoſtici hæretici in peruerſum æmulantur. Illi enim de mortuis viuos faciebant, iſti de viuentibus mortuos faciunt. Sic ille. Sequitur in textu: Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me &c. Internuncios percutit. Quia enim ſcandalizabantur, dubitationem eorum non diuulgans, & ſoli eorum conſcientiæ derelinquens, redargutionem eorum latenter induxit. In hunc finem Ioannes diſcipulos ad Chriſtum miſit,metuens ne ſcandalizarentur, ideò diſcipulos ſuos vt Chriſtum audirent, miſit. Hæc autem dicens, Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me, voluit oſtendere, quòd quæcumque verſabantur in cordibus eorum, ab oculis eius effugere nequiuerunt. Ipſi enim erant, qui ſcandalizabantur de eo. Obſerua autem, bene Chriſtum dixiſſe, Qui non fuerit ſcandalizatus in me, ſed, non à me:quia nulli fuit cauſa ſcandali, cuius omne dictum & factum fuit rectum,Fuit autem materia ſiue occaſio, ſcādali,occaſio,inquam,non data, ſed gratis accepta. *Iſai. 8. dicitur,Chriſtus lapis offenſionis, & petra ſcandali.* Petra quidem ex ſe nullum ſcandalizat, facit enim ſuæ naturæ debitum: Multi tamen ſcandalizantur & impingunt (Gall. *choppent ou hurtent leurs pieds*) ad petram, vt qui in eam impingunt & offendunt per negligentiam, vel ſtultitiam, ſuam. Subiunxit hoc Chriſtus, vt præberet occaſionem Ioanni erudiendi,& præmuniendi diſcipulos ſuos, ne ſcādalizentur in Chriſti abiectione & paſſione. Sic Chriſtus ipſe, ſuis inſtante paſſione prædixit: *Omnes vos ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte. Matth.26.* Beatus qui fideliter firmitérque crediderit, quæcumque ſcripta & prophetata ſunt de me: Qui enim non horrui virginis vterum, non vtique horreo mortis ſubire etiam ſupplicium, vt per proprium ſanguinem populum meum à morte liberem æterna. Vnde ſancta mater canit Eccleſia: *Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem,non horruiſti virginis vterum. Tu deuicto mortis aculeo,aperuiſti credentibus regna cælorum &c.*

Tertullianus De præſcript. hæreticorum.

Iſa.8.ca.

Mat.26. cap.

Canticū ſanctorū Ambroſij & Auguſtini, Te Deū &c. Euſebius Emiſſenus in Homi. praſ. Euangel.

&c. Si hoc loco Euſebij Emiſſeni expoſitionem retulero, operæ pretium facturus videor. Ille itaq; homilia Dominicæ tertiæ aduentus ſic verba hæc: Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me, conformiter tanquam ſolutionem ac reſponſionem quæſtionis propoſitæ accommodatè exponit.

Rogans enim Ioannes. Tu es qui venturus es? Hoc voluit, ego quidem vado, ego ad patriarchas & prophetas in infernum deſcendo. Sed nunquid tu quoque ibi venturus es? Debeo te illuc venturum illis annuntiare, ſicut te iam veniſſe mūdo annuntiaui? Deſcendes illuc per te, an alium expectamus à te? Timeo enim hoc credere de te, niſi hoc certū mihi fiat à te. Valde quidē te humiliaſti, an fortaſſe plus te humiliabis? Quid dicam illis? Quid nuntiabo? Interſerere placuit haud diſſimilem magni illius Gregorij explicationem Homil. 6. Miſſus in carcerem Ioannes, an ipſe veniat requirit: non quia ipſum eſſe mundi redemptorem dubitat: ſed quærit, vt ſciat ſi is, qui per ſe in mundum venerat, per ſe etiam ad inferni clauſtra deſcendat. Quem enim præcurrens mundo nuntiauerat, hunc moriendo, & ad inferos deſcendendo præcurrebat. Ait ergo: Tu es qui venturus es? ac ſi apertè dicat, ſicut pro hominibus naſci dignatus es, an etiam pro hominibus mori, & ad inferos deſcendere digneris inſinua, vt qui natiuitatis tuę præcurſor extiti, deſcenſionis etiam præcurſor fiam, & venturum in inferno te nuntiem, quem iam veniſſe mūdo enuntiaui. Vnde & inquiſitus Dominus, enumeratis potētiæ ſuæ miraculis, de mortis ſuę protin⁹ humilitate reſpōdit dicens, & beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me. Quid eſt hoc dicere, niſi aperta voce abiectionem mortis ſuę humilitatēq; ſignare? ac ſi patēter dicat. Mira quidē facio, ſed abiecta perpeti nō dedignor. Quia ergo moriēdo te ſubſequor, cauendū valdè eſt hominibus, ne in me mortē deſpiciant, qui ſigna venerantur. Sic Diuus Greg. ſummus Pōtifex ac Eccleſię celeberrimus doctor. Euſebij nūc verba perſequor. *Beatus qui nō fuerit ſcādalizatus in me.* Q. d. Qui nō horrui virginis vterum, non vtiq; horreo ad inferna deſcēdere. Cloaca mūdi eſt infernus, lux tamē ſterco re nō inquinatur. Deſcēde igitur ſecurè, pręcurſor mihi es. Vade & pręcurre, nūtia gaudiū fidelib. meis: citò ſequar & liberabo eos. Cōſidera modò quāta lętitia locus ille tenebrarū, locus ille mœroris & doloris (explica vt ſ̄. de limbo patrum

D. Greg. magnus Papa in Euangelia, Homil. 6.

patrum annotauimus) conſidera, inquam, quanta lætitia, quantóque gaudio exultauerit, quando ibi beatus Ioannes hæc verba narrare cœpit. Hactenus Euſeb. Emiſſenus, vnde in quodam hymno canit Eccleſia: *Inferni clauſtra penetrans, tuos captiuos redimens, victor triumpho nobili, ad dexteram Patris reſidens.* Partim ergo in Ioannis gratiam, partim etiam in ſuorum diſcipulorum inſtructionem, quęſtio hæc Chriſto propoſita fuit: Tu es qui venturus es? iuxta varium ſenſum interpretum, quos recenſuimus. Vtriſque etiam magiſtro ac eius diſcipulis, Chriſti accommodatur, quadrátque reſponſum, vt ex ſuperioribus facilè colligitur. Sequentia videamus. *Hymnus Eccleſ.*

Illis abeuntibus, cœpit IESVS *dicere ad turbas de Ioanne. Quid exiſtis in deſertum, &c.* Benè autem illis abeuntibus, ait Emiſſenus præſenti Homilia. Si enim illis præſentibus de Ioanne talia loqueretur, poterat fortaſſe de adulatione notari, ab his qui non Deum ſed hominem eum eſſe credebant. Sic ille. Expediebat vt populus optimè de Ioanne ſentiret, propter teſtimonia de IESV. Ideò laudat Chriſtus illum. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat, vt D. ſcribit Apoſtolus. Narrat Plutarchus to. 3. vitarum in Alexandro, eius de Achille dictum. Si quidem beatum dicebat, quòd nactus eſſet poſt fata magnum prçconem intelligens Homerum. Adde quod 1. Reg. 2. *dicit Dominus, Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, Qui autem contemnunt me, erũt ignobiles.* Sed Ioannes honore affecit Chriſtum, Quia confeſſus eſt, & non negauit, vt ſequenti dicetur Dominica. & rurſus: Cuius non ſum dignus corrigiam calceamenti ſoluere. Chriſtus viciſſim Ioannem glorificat, & laudibus extollit. Laudauit quidem Noë Dominus dicens, Te vidi iuſtum coram me: Dauidem ſimiliter his verbis: inueni virũ ſecundum cor meum. Iob item, nũquid conſideraſti, ait ad Satan Dominus, ſeruum meum Iob, quòd ſit vir rectus ac timens Deum, & recedens à malo? Chriſtus Nathanaëlem commendauit, Ioan. 1. c. verum ac ſyncerum eum Iſraëlitã, in quo dolus non eſt aſſerens. Centurionem quoque ob fidem eius eximiam extulit: Matth. 8. *Non inueni tantam fidem, ne in Iſraël quidem.* Petrum item beatum prædicauit: c. 16. *Beatus es Symon Barjona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi &c. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, &c.* De Paulo conſimiliter dixit: Act. 9. *Vas electionis*

Euſeb. Emiſſen. præſ. Homil. *Plutarchus to. 3. vit. in Alexandro.* *1. Reg. 2.* *Ioan 1. c.* *Mat. 8. c. & 16. c.* *Act. 9. c.*

electionis erit mihi iſte, vt portet nomen meũ, &c. Verum enimuerò de Diuo Ioanne Baptiſta, maiora longè, & præclariora hìc & alibi loquitur: Commendans eum ac celebrans à conſtantia, ab auſteritate, à Prophetiæ claritate & excellentia, ab Angelica denique vita, & functione. De quibus pauca quædam dicamus. Quia turbæ opinari poterant de Ioanne quòd in vno tempore cognoſcebat Chriſtum & non in alio, quia miſit interrogare quis eſſet? Ideò Chriſtus ne honor Ioannis iacturam pateretur, pro illo reſpondet: Hoc autem facit, non in conſpectu diſcipulorum Ioannis, ſed vbi diſceſſerunt. Diſcipuli enim magiſtrum ſuum pluris faciebant, quàm decebat, opinantes meliorem eſſe illum ac maiorem Chriſto. Populus verò non ſic: cùm minoris haberet Ioannem, quàm par eſſet, exiſtimans quòd leuis eſſet, & mutabilis. Vtraque horum extrema erant. Non enim tanti habendus erat, quanti diſcipuli cogitabant: nec ita paruipendẽdus, vt populus exiſtimabat. Vtriſque hiſce duobus ſapientiſſimè Chriſtus ſatisfecit, ac prouidit. Ideò coram diſcipulis Ioannis, Chriſtus illum non commendauit ſiue laudauit, quia ſic in errore magis roborarentur. At Chriſtus ſe exaltauit miracula faciens, quæ

Ioan. 10. Ioannes non faciebat, ſicut ſcriptum eſt Ioan. 10. *Ioannes quidem ſignum fecit nullum*: vt diſcipuli Ioannis conſiderarent, quòd Chriſtus & maior & melior eſſet illo. Vbi autem diſcipuli abierunt, Chriſtus pro honore Ioannis reſpondet, eiúſque virtutes coram omni populo deprædicat, in eo præcipuè conſtantiam commendans, quia de leuitate argueretur. Non eſt, inquit, arundo vento agitata, Baptiſta meus, ſed vir firmus, & in ſuis aſſertionibus con-

Eccli. 5. c. ſtans. Ad hanc fidei conſtantiam ſapiens, Eccli. 5 *nos adhor-*

& c. 27. *tatur dicens, Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Eſto firmus in via Domini & in veritate ſenſus tui & ſcientia. &c. Idem cap. 27. Homo ſanctus in ſapientia manet*

Prouer. 10. c. *ſicut Sol. Nam ſtultus ſicut Luna mutatur.* Prouer. 10. *Iuſtus quaſi fundamentum ſempiternum. Fundatus eſt etiam ſupra*

Mat. 7. c. *firmam petram, non ſuper arenam.* Matt. 7. *Non circumfera-*

Epheſ. 4. *mur omni vento doctrinæ.* Epheſ. 4. *Vt quid claudicatis in duas*

3. Reg. 18 *partes?* 3. Reg. 18. *In populo graui, ait Pſaltes Regius, laudabo te.*

Tob. 2. c. Tobię c. 2. *Vitam illam expectamus, quàm Deus daturus eſt ijs,*

Apoc. 2. *qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo.* Et Apoc. 2. *Eſto fidelis vſque ad mortẽ, & dabo tibi coronã vitæ. Vir duplex animo, ait in*

aut in ſua Catholica D. Iacobus, cap. 1. inconſtans eſt, in omnibus viis ſuis. Qui hæſitat ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur. Non eſt profectò D. Ioãnes arundo, ſed benè radicata arbor. Peccator verò arundo eſt: Nam vt illa non in terra ſolida, ſed in ſtagnis & paludibus radices agere ſolet: Ita peccator amorem ſuum in rerum mundanarum luto defixum habet. Et quemadmodum arundo cum ſemel in cœno radices egit, euelli difficilè poteſt: ita & peccator, ſi ſemel ad res tranſitorias animum appulit, magna cum difficultate diuelli poteſt. Arundo foris quadamtenus ſplendet, intus verò vacua eſt. Sic peccator exteriore ornatu ſplendere nititur, animum autem inanem ac vacuũ habet, virtutibúſque deſtitutum. Arundinis tandem fructus lanugo eſt, quam deijcit vẽtus, Peccatoris inanes fructus, ventus aufert: iuſtorũ ſolidi fructus nõ peremit. *Hic* Pſal. 1. *Non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis ſiue gluma & lanugo vel etiam pluma, quam proijcit ventus à facie terræ. Iuſtus verò tanquam lignum quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet proſperabuntur.* Iuſtus non arundo eſt, leuis, mobilis, fragilis, inanis, nodoſa (quę omnia mundi vanitatem aptiſſimè adumbrant) ſed arbor eſt altis radicibus benè plantata ac in fertili ſolo firmata. Sequentia videamus. *Iac. 1. c.* *Pſal. 1.*

Sed quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtitum? &c. Ioannes quia pœnitentiam prædicabat, vt bonus magiſter pœnitentibus in ſeipſo pœnitentiæ exemplum & regulam dabat (ait Euſebius Emiſſenus hoc loco) vnde non immeritò quidam ait: Si vis me flere, dolendum eſt prius ipſe tibi. Sic ille. Si cupis nomen exprimi eius, qui hoc dixit, Horat. in arte Poëtica tibi nomino. Ita enim cecinit. *Euſeb. Emiſſ. præſenti Euang.*

Si vis me flere, dolendum eſt
Primùm ipſe tibi: tunc tua me infortuna lædent.

Et rurſus. *triſtia mœſtum*
Vultum verba decent, iratum, plena minarum:
Ludentem, laſciua, ſeuerum, ſeria dictu:

Hęc ille Lyricus. Hîc de pompa veſtium diceremus plurima, niſi in concione, De epulone, in Decadibus noſtris ſacris iam exſcripſiſſemus, addam, tanquam auctarij vice hæc pauca. Scribitur in vita D. Bernardi lib. 1. c. 6. quòd ſoror eius, ſeculo dedita cum apparatu ſuperbo venit ad eũ, qui non exiuit ad videndam illam. Inſuper frater ſuus Andreas *In vita D. Bernardi li. 1. c. 6.*

dreas ob veſtium luxum, ſtercus inuolutū eam appellauit. Illa verò lachrymans, promiſit ſe omnia factura, quæ diceret Bernardus, qui ad eam cū fratribus ſuis exiit. Vanitatē in pompis ſeculi, veſtitu, & curioſitatibus ei interdixit.

Iſa.3.c. Illa autē depoſuit habitum illum. *Iſa.3.* elegantiſſimam aduerſus muliebrē cultū & exceſſum pompaticū legere poteris inuectiuam. *Et* Amos c.6. *Væ, inquit, qui opulenti eſtis in Sion, ingredientes pompaticè domum Iſraël. Item* Soph.1. *Viſitabo ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina.* Contra muliebrem inſaniam Senecā li.7. De beneficiis ſic declamantem audi: Video, ait, ſericas veſtes, ſi veſtes vocandæ ſunt, in quibus nihil eſt, quo defendi aut corpus, aut denique pudor poſſit. Quibus ſumptis mulier parum liquidò nudam ſe non eſſe iurabit: vt matronę noſtrę ne adulteris quidem plus ſui in cubiculo, quàm in publico oſtendant. Sic Seneca. Quid (amabo) aliud eſt veſtitus inſignis, niſi vexillum ſuperbiæ, & nidus luxuriæ? Ideò tanta hodie ſuperbia eſt, & tanta luxuria, quia homines vitiis ſuprà commemoratis vires addunt, veſtium ſuperfluitate & luxu: Verùm in Homilia De pœnitente peccatrice Magdalena in Decadibus ſatis hac de re dictum comperies. De ſanctis eremum colentibus ſcripſit D.Paulus: Circuierunt in melotis, & pellibus caprinis, &c. quibus dignus non erat mundus. Si vellet Ioannes mollibus veſtiri, nō eremum coluiſſet, ſed regum palatia, ſed aulam inhabitaſſet: non pilis camelorum, ſed pellucidis veſtibus exornatus fuiſſet, vt ſubditur in textu. Qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Quod etiam exponi poteſt de palponibus, paraſitis, & adulatoribus aulicis, quibus ſcitè accommodabitur, quod Valerius, li.4.c.3. De abſtinentia & continentia ſcripſit de Diogene Cynico ad hūc modū. Cùm olera ei lauanti Syracuſis Ariſtippus dixiſſet: Si Dionyſio adulari velles, iſta non eſſes, ſiue, ederes. Imò, inquit, regreſſitque Diogenes, Si tu iſta eſſe velles, Dionyſio nō adulareris. Iure ac meritò aulā Pharaonis D.Paulus, Hebr.11. *temporale vocauit peccatū, de Moſe verba faciens, qui maluit affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem.* Notiſſimus eſt & tritiſſimus, Lucani poëtæ verſiculus,

Amos 6.
Soph.1.c.
Valerius lib.4.c.3
Heb.11.
Lucanus poeta li.8.Belli ciuilis.

Exeat aula,
Qui vult eſſe pius.

In aulicos torqueri ſolet, qui mollitis ſermonibus ſuper oleum vti ſolent. Rectè autem noſter Stella in *Luc.7.* admonuit, quòd ſi mollibus veſtibus vtentes, regū palatia incolunt,

Stella in Luc.7.

incolunt, non oportet monachum vilibus veſtimentis indutum,ac mundo mortuum, aulas magnatum, regúmque frequentare palatia,hâc illácque extra clauſtra inter mundanos circumcurſare.Vel te indue, vt ambulas:vel ita ambula, vt indueris. Hæc ille contra gyrouagos quoſdam errones, & malè feriatos monachos. Ioannes,inquit, Monachorum princeps & patriarcha, non in aulis regum,ſed in deſerto erat. Monachus aulicus & palatij aſſectator,ferè etiam cum cæteris adulator eſt, atque placentia loquitur. Quid exiſtis in deſerto videre? Prophetam? Etiam dico vobis & pluſquam prophetam. Ratio in promptu eſt, quia quem cæteri prænuntiabant, iſte digito ac indice oſtendit, dicens, *Ecce agnus Dei,* Ioan.1. *Fuit homo miſſus à Deo cui nomen erat Ioannes.Hic venit in teſtimonium,vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Hic eſt de quo ſcriptum eſt, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te, &c.* Angelum appellauit, tum ratione officij, tum virginalis munditiæ, ac Angelicæ puritatis. Angelus nomen eſt non tam naturæ, quàm officij, & nuncium interpretamur ex Græco. Commune omnibus, qui iuſſa Dei expediunt,nomen. Sic idem Malachias angelum Domini exercituum ſacerdotem vocauit: quòd legem Dei,eiúſque voluntatem debeat hominibus prædicare. Ioannem ſimiliter angelum, hoc eſt, Chriſti prænuncium, & ante ambulonem, aptiſſimè denominauit, quippe qui proximè ipſum præcederet, illique viam ſterneret, illum indigitaret, *Ecce agnus Dei, &c. Ioan.cap.1.* & iam aduenisse denunciaret. Quid plura? *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.* Mulierum,dixiſſe obſeruant aliqui, non virginis, vt ſe de virgine Sanctiſſima Deipara natum eximeret. Et ſurrexiſſe, dixit, ἐμφατικῶς, vt ipſam ſacroſanctam Dei genitricem etiam exciperet. Pauli de palacio ad præſentē Matthæi locum hæc quæ ſequuntur verba ſunt.q.d. Omnes mortales ceciderunt antequam ambularent. Multi verò ex ea ruina ſurrexerunt: ſed nullus fuit qui primo ictu ex caſu maior ſurgeret,quàm Ioãnes. Tanta enim fuit in ſurgētē gratia, vt Chriſtum puer (vtero matris adhuc incluſus) ſenſerit, puer â virgine ſalutaretur, puer matrem faceret prophetam.Ioãnes ergo inter eos qui ſurrexerunt,ſummus. Quo ex loco, ait idem ibi apertè colligo virginem Mariam in peccatū originale non cecidiſſe. Patet manifeſtè:Ioannes eſt maior

Ioan.1.c.

Ioan.1.c.

Paul. de palacio in Matt. 11.c.

eſt maior omnibus qui ceciderunt, & ſurrexerunt. At, non eſt virgine maior.

Igitur virgo non cecidit. (En apertus eſt ſyllogiſmus, & planè demonſtratiuus.) Fateor, neſcio hoc argumentum

Stella in Luc. 7. c. diſſoluere. Sic de Palacio. Cui Stella in Lucam cap. 7. ſubſcribit his verbis. Vnum hìc obſeruandum eſſe cenſeo, in honorem immaculatæ & puriſſimæ Conceptionis virginis Mariæ: in eo quod dicit, *Non ſurrexit maior Ioanne*, inſinuatur, quòd omnes ceciderunt, antequam reſurgerent, & ambularent: Nam reſurrectio præſupponit caſum & lapſum, *Omnes in Adam peccauerunt*, Omnes in peccato originali concepti ſunt, omnes inquam, ceciderunt, quamuis ſurrexerunt ad ſtatum gratiæ, poſt caſum peccati. Sed nullus ex iſtis, qui ceciderunt, ſurrexit maior Ioanne. Ex quo arguitur ſic, Ioannes eſt maior omnibus, qui ceciderunt & ſurrexerunt,
Sed non eſt maior virgine
Ergo virgo non cecidit.

Præterea iuxta vulgatam regulam, quod veritati magis eſt proximum, vel quod, ſecundum pietatis regulam extat, eſt ſequendum. Quòd autem Maria, non fuerit in peccato originali concepta, iuxta pietatem verius videtur. Hactenus Stella Sanctior fuit Ioannes, ac maior in meritis, omnibus veteris teſtamenti patribus. Apoſtoli verò videntur poſtea perfectiore ſpiritu donati, copioſioréque gratia in Pentecoſte. At nondũ erant Apoſtoli Ioanne maiores, cùm Chriſtus dixit, Inter natos mulierum non ſurrexit maior. Non negat ſurrecturos quoſdam, qui maiores forent, ſed non ſurrexiſſe aliquẽ. Nec obſtat quod

Deuter. vltimo. dicitur: Deuteron. vltimo. *Non ſurrexit vltra Propheta in Iſraël ſicut Moyſes. Ibi enim præfertur Prophetis veteris teſtamenti.* Ioannes autem initium eſt noui, & finis veteris, dicente Euangelio: *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem.* Adde quod, *Non fuit Moſi ſimilis, Quem noſſet Dominus facie ad faciem, in ſignis & portentis in terra Ægypti.* Nec voluit Chriſtus virgine Deipara Ioãnem pronunciare maiorem. Nam fit comparatio cum viris & prophetis, patet ex maſculino genere: Inter natos mulierum, maior Propheta Ioanne

Luc. 7. c. Baptiſta nemo eſt, *Luc. 7.* Nec ſequitur, eum maiorem Chriſto, quia ſermo eſt de puris hominibus, de his qui conſueto naturæ ordine gignuntur ex ſemine viri, quod in Chriſtũ non cadit. Inter natos mulierũ, ait, ſed nõ virginis.

Inter natos, inquit hoc loco D. Hieronymus, qui ex concubitu nati ſunt, eo excluſo, qui ex virgine natus. Hactenus S. Ioannis præclaras virtutes & laudes Chriſti ore prolatas audiuimus. Verum enimuerò ſuboriri poterit cuipiam ſcrupulus ex eo quod Sapiens Eccli. 11. ſcribit: *Ante mortem ne laudes hominem quemquam.* Et D. Maximus Taurinenſis Epiſcopus Homil. 2. In natali S. Euſebij Vercellenſ. Epiſc. ſic habet. Dicit ſermo diuinus, ne laudes hominem in vita ſua. Tanquam ſi diceret: lauda poſt vitam, magnifica poſt conſummationem. Lauda nauigantis fœlicitatem, ſed cùm peruenerit ad portum: Lauda ducis virtutem, ſed cum perductus eſt ad triumphum. Sic ille. Et D. Bernardus Epiſtol. 23. ad Trecenſem Epiſcopum directa; Laudarem vos, inquit, & iure laudarem, ſi non me reuocaret illa ſententia, *Neminem laudaueris in vita ſua*, Eccli. 11. ca. Verùm quomodo me poſſum cohibere à laude illius, qui poſt aurum abire deſiit, & ſperare contempſit in pecuniæ theſauris? De quali nimirum ſcriptura ſic loquitur: *Quis eſt hic? & laudabimus eum?* Eccli. 31. An fortaſſe non eſt quidem laudandus homo in vita ſua, quæ tentatio eſt ſuper terram, nec ideò tamen laudandus non eſt, cùm mortuus peccato viuit Deo? Vana quidem laus & ſeductoria, qua laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, in quo qui me beatificat, in errorem inducit: ſed non idcirco prædicanda, & multùm commendanda non erit illius vita, qui dicere poteſt: *Viuo autem, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* Cùm ergo laudatur homo, in quo iam viuit non ipſe, ſed Chriſtus, non in ſua laudatur, ſed in Chriſti vita, ac per hoc non laudatur contra ſententiam, quæ prohibet hominem laudari in vita ſua. Hæc ibi. Idem ſermone 5. de Sanctis. Nos, inquit, in vita ſua laudare hominem prohibemur. Quomodo namque ſecura laudatio, vbi nec ipſa vita ſecura? *Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit* (ait tuba illa cœleſtis. 2. Timoth. 2.) *Et qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, Matt. 10. & 24.* Neſcis quis ſit perſeueraturus, neſcis qui ſit legitimè certaturus, neſcis quis coronam ſit accepturus. Illorum lauda virtutem, quorum iam certa victoria eſt: illos deuotis extolle præconiis, quorum ſecurè potes adgaudere coronis. Et paulo infrà. Securè laudantur homines, qui non ſua iam viuunt vita, ſed Dei. Nam hominum vtique vita tentatio eſt. Sic diuinus ac melliſluus doctor Bernardus. Stella in Luc. 7. cap. Chriſtus, inquit,

D. Hieronymus in Matt. 11. *Eccli. 11.* *D. Maximus Taurinen. Epiſcopus, homil. 2. in nat. Euſebij Vercellē. Epiſcopi, Kalendis Auguſti.* *D. Bernardus Epiſto. 23. Trecenſ. Epiſcop. Attoni.* *Eccli. 31.* *2. Tim. 2.* *Matt. 10. & 24. c.* *Stella in Luc. 7. c.*

inquit, Ioannem laudauit, eo adhuc viuente. Sic laudauit Deus Abraham ac Moſem, Geneſ. 22. & Num.12. Sic laudauit Iob dicens eum virum iuſtum ac rectum: cap. 1. At dices Moſem, Iob ac Ioannem non laudauit Dominus in facie & coram, ſed abſentes: at verò in facie Nathanaëlem, Petrum, Magdalenam, Chananæam, & Centurionem laudauit. Illud ergo, Ne laudaueris hominem in vita ſua, hoc eſt, in vitiis & peccatis ſuis exponere conuenit, Ex D. Bernardo vbi ſuprà. *Perditio tua ex te, tantummodo in me auxilium tuum*, Oſee cap. 13. Ideò in vita ſua, hoc eſt, in his quæ ſua ſunt, non eſt laudandus, vt multi faciunt, laudantes vitia & peccata diuitum & potentum, ſicut ſcriptum eſt in Pſalm. Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, &c. Igitur, ne laudaueris hominem in vita ſua carnali, mutabili, ad malum prona, & concupiſcentiis plena. Virtutes autem quæ à Deo ſunt lauda in eo. Sicut Chriſtus hîc laudat Ioannem, ob merita nimirum. Honor enim abſque meritis eſt velut gẽma in annulo ferreo. Cato ille maior, cùm ſtatuas aliquorum, abſque meritis videret in foro: Malo, inquit, homines de me quærere, Cur ſtatua non eſt poſita Catoni, quàm cur poſita ſit? Viris itaque probis debetur laus etiam dum viuunt. Sícque Ioannem Chriſtus honore laudéque affecit. Sed de his ſit ſatis. Proinde, vt huic Homiliæ finem imponamus, conſtantiam & animi fortitudinem, atque patientiam ex Ioannis carcere imprimis diſcamus: adulandi vitium, cane peius & angue oderimus. Aulam Pharaonis & Herodis, in qua deridetur iuſti ſimplicitas, & innocentia opprimitur, fugiamus, memores quòd Petrus in atrio pontificis, cum aulicis communicans, ancillæ voce Chriſtum negauit, Angelicum officium, ac ſacerdotale miniſterium nobis quamuis indignis impoſitum, ſtrenuè obeamus, Ioannis inſtar, qui ſpecie quidem homo, ſed gratia Angelus inter natos mulierum interim connumeratus à Domino, recenſetur. Qui viam illi præparauit, vt cum agnitum fide ſuſcipiam᷑, nec præter eum, alium expectemus. Antichriſtum ſiquidem recipient, increduli ac perfidi Iudæi, qui Chriſtum abiecerunt, ſicut idem Chriſtus illis prædixit: Ioan. 5. *Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo (Antichriſtum intelligit) illum accipietis.* Operibus ſe Meſſiam eſſe in lege promiſſum comprobat hîc Chriſtus, ad interrogata, an ipſe eſſet, facto reſpondens potiuſquàm verbo.

Gen. 22. *Num. 12.* *Iob 1. ca.* *Oſee 13. cap.* *Apud Plutarchum in apophtegmat. Rõ. tom. 1. opuſc.* *Ioan. 5. c.*

Imò & ſe prodidit verbo tacitè. Cùm enim ipſe fateatur Ioannem eſſe Angelum, de quo Malachias prædixerat, planè etiam fatetur ſe eſſe illum dominatorem, qui ſtatim poſt illum Angelum erat venturus ad templum ſanctum ſuum. Quod quamuis ſuppreſſerit, ne vel cogitarent in cordibus ſuis, ſi ore & lingua non exprimerent illud: Tu de teipſo teſtimonium perhibes, & teſtimonium tuum nō eſt verum, tamen cogitandum auditoribus reliquit, & credendum ſe verum eſſe Meſſiam in lege promiſſum. Et nos credamus & confiteamur Chriſtum IESVM in carne veniſſe, 1. Ioan. 4. *Vt credentes vitam habeamus in nomine eius,* 1. *Ioan.* 4.
Ioan. 20. Faxit ita Deus, AMEN. *Ioan.* 20.

HOMILIA XXX.

De immaculata Sanctiſsimę Deiparæ Conceptione.

De qua natus eſt IESVS, *qui vocatur Chriſtus, Matth.* 1.

GENEALOGIAM Saluatoris, iuxta B. Matt. cap. 1. Euang. quod hodie in ſancta recitatur Eccleſia, ſecundum tres Teſſaradecadas, aliquando (Deo benè propitio) nos interpretaturos de integro ſperamus: nunc poſtremam hanc periodum, de qua natus eſt IESVS, &c. ad præſens inſtitutum adaptabimus. Hoc vnum præfati, præſentis diei Conceptionis perpetuæ virginis Mariæ Feſtum, totius extitiſſe humanæ ſalutis exordium, cunctarum etiam noui teſtamenti feſtiuitatum initium: Primum enim fuit virginem concipi, proximum verò ex ea Dei filium carnem aſſumere, & in ea mundum expiare. Hodie Deipara virgine concepta, ſummum illud humanæ redemptionis opus inceptum eſt. Duo autem celeberrimi dies habentur, cùm templum aliquod ingens, aut inſigne opus conſtruitur: Alter, cùm opus incohatur, alter cùm abſoluitur ac perficitur. Hodie diua virgo concipitur, de qua carnem aſſumere Deus decreuerat, & ſecūdum verba thematis, De qua natus eſt IESVS, &c. Ex quo efficaciter colligitur eius conceptionem fuiſſe puriſſimam, &

peccati expertem: Quia cum Redemptor venerit,vt nos à peccato liberaret, æquum erat huius redemptionis principium,ac primum omnium opus,eſſe ab omni peccato alienum. Opus tam admirabile, à principio tam vili (vt eſt in peccato concipi)incipiēdum non erat. Quamuis autem de ea ſanctiſſima Deipara,nihil aliud,quàm iſtud, De qua natus eſt IESVS, ſcriptum extaret,hoc vnum ſufficeret,quia Matris Dei nomine omnia continentur. Mater ſiquidē relationem ad filium habet,ex quo illius excellētia infertur, cum ad altiſſimum hunc finem electa fuerit. In omnibus ſcientiis primum aliquod principium ſtatuitur,ex quo cætera probantur, & eiuſdem ſcientiæ cōcluſiones deducuntur.Spirituſſanctus hoc nobis tanquam primū principium poſuit,De qua natus eſt IESVS, &c.Hinc verò deducitur, Tanti filij tantam matrem ſine peccato fuiſſe conceptam, totiúſque peccati fuiſſe omninò expertem , cùm ad finem hunc præſtantiſſimum ſelecta fuerit,ab æternóque prædeſtinata. *Cùm referret Dauid impenſas in ædificium templi præparatas,& vniuerſum populum hortaretur, vt quæcunque poſſet offerret, addidit cauſam dicens. Opus enim grande eſt, neque homini præparatur habitatio,ſed Deo.1.Paral.29.cap.vltimo.* Si igitur Dauidi videbātur omnes illę impenſæ,quas ad templi ædificium præparatas habebat,ſatis non eſſe,& omnes hortatus eſt, vt offerrent donaria , quia non homini, ſed Deo, præparabatur habitatio, quas ſpirituales diuitias æquum erat ſanctiſſimam hanc virginem habere , vt Dei mater eſſet ? Laudum ac præconiorum Virginis cumulus in eo conſiſtit, quòd Dei mater eſt. Hinc *Matth.1. De qua natus eſt,& cap.2. Inuenerunt puerum cum Maria matre eius, &c. Luc. 1. Exclamauit Elizabeth. Vnde hoc mihi , vt veniat mater Domini mei ad me? cap. 2. Fili, quid feciſti nobis ſic? &c. Ioan.cap.2.Vocatus eſt* IESVS, *ad nuptias, & mater eius,&c. cap.19.Stabat iuxta crucem* IESV,*mater eius.* Vnde Catholica Eccleſia tanti fecit hoc præclariſſimum Deiparæ vocabulum,vt in concilio generali ac œcumenico Epheſino,B. Virgo declarata fuerit contra Neſtorium hæreticum , *θεοτόκος*,hoc eſt,vera,propria, & naturalis Dei mater.Nam B. Virgo tanquam vera mater,Chriſtum Dei filium,Spirituſſancti opere concepit , ac peperit, atque ex eius puriſſimis ſanguinibus , corpus Chriſti organizatum ac formatum eſt,in ſacra virginis aluo Spirituſſancti operatione,vt Diuus Ioannes Damaſcenus libris de orthodoxa fide ſcripſit.

1. Para. 29 id eſt vltimo.c.

Matth.1. & 2 Luca 1.& 2. Ioā.2.& 19. cap.

Epheſinū Cōcilium cōtra Neſtorium.

D. Ioan. Damaſcenus.

Hinc

Hinc colligere licet, quod cùm Chriſtus Mariæ filius ſit ſanctus ſanctorum, ſuper quem Spirituſſancti ſeptiformis gratia requieuerit, ex conſequenti etiam mater Dei ampliſſimis inſignita eſt gratiis & excellentiis. Tanta profectò eſt materna hæc dignitas, vt planè excedat, non ſolum omnium hominum, verumetiam angelorum excellētiam, cùm longè ſit præſtātius matrem eſſe Regis regum, quàm miniſtrum & famulum: Ad quem Angelorum aliquando dixit Deus, mater mea tu, Vel, filius tuus, ego? Sicut Chriſtus matrem ſuam Diuam Virginem honorauit, vt ſuprà in Euangelio ſic nominatam recenſuimus? De Angelis autem in Pſalm. dicitur, Qui facit angelos ſuos Spiritus, & miniſtros, &c. *Igitur Diui Pauli, Hebr. 1. argumento, Tantò maior Angelis effecta eſt ſanctiſſima Deipara, quantò præſtantius excellentiúſque præ illis nomen hæreditauit; & conſecuta eſt.* Omnipotentis Dei matrem omnimoda puritas, ob ſingularem huius nominis dignitatem, decet. Cùm enim beatam Virginem Angelis puriorem dicimus; meritò id de ea profitemur, cùm non ſolùm hominis ſed Dei matrem eam Catholicè & orthodoxè imprimis confiteamur. Dicamus de ea quod *Cantic. 4. ſcribitur; Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Sponſus loquitur ad amicam, immaculatus ad immaculatam, & incorruptam. Pulchra quidem eſt Maria intus; *Pſalm. 44. Omnis gloria filiæ regis ab intus*, & pulchra eſt foris. Intus in corde, & foris in corpore: Intus rubicunda, & foris candida: Rubicunda per charitatem, candida per caſtitatem; ſicut de dilecto ſuo, *Cantic. 5. ſcribitur quoque. Dilectus meus candidus & rubicundus. Tota ergo pulchra eſt.* Totum quod in te eſt, Maria, pulchrum eſt, in toto grata, in nullo ingrata, in toto places, in nullo diſplices.

Hebr. 1. *Cant. 4.* *Pſal. 44.* *Canti. 5.*

Tota pulchra es, pulchra per naturales corporis dotes, pulchrior per gratiam, & pulcherrima per gloriam. Quid plura? Auguſtæ prærogatiua maxima ex legibus habetur. l. 31. D. de legibus ſenatúſque conſultis.

Principes eadem Auguſtæ priuilegia tribuunt, quæ ipſi habent. Mater Auguſti ſeu Imperatoris Auguſta etiam vocatur. Meritò itaque mater Meſſiæ canebat dicens. *Luc. 1. Fecit mihi magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.* Cùm igitur Auguſtus filius eius, *princeps regum terræ*. Apocal. 1. & orbis Imperator vniuerſi, atque cœli; eodem atteſtante: *Matth. vltimo. Data eſt mihi omnis poteſtas in*

l. 31. ff. de lege. Senatúſque conſ. *Luc. 1. c.* *Apo. 1. c.* *Matth. vltimo.*

ſtas in cœlo & in terra,&c. ſit ſine macula, & abſque omni peccato: reliquum eſt vt & Auguſta mater Meſſię Maria, omni etiam careat, macula, ac peccato. Vt ſicut filius impeccabilis eſt ἀναμάρτητος per naturam, ſic & mater ſit per gratiam, & ex priuilegio impeccabilis, ex præuentione nimirum atque præſeruatione, in ſua ipſius conceptione. In laudem cedit virginis Deiparæ, dicere eam præſeruatam. *Digna eſt igitur ea laude, quia canit Eccleſia, quòd eſt omni laude digniſſima.* Quod ſi tantum fuiſſet ab originali in vtero S. Annæ matris ſuæ expurgata, non etiam præuenta atque præſeruata, in nihilo ſuperaret Ioannem Baptiſtam (qui adhuc ex vtero matris ſuæ repletus eſt Spiritu ſancto, *Luc. 1.*) Vel etiam Hieremiam (qui in vtero ſanctificatus eſt & antequam de vulua educeretur, ac huius lucis vſura frueretur, à peccato mundatus legitur, *cap. 1.*) Conſtat autem Virginem matrem ex D. Anſelmo Cantuarienſi, de conceptu Virginali, cap. 18. decuiſſe, vt ea puritate, qua maior ſub Deo nequit intelligi, virgo niteret futura Dei genitrix. Fuit igitur ab omni peccato, etiam originali, nedum actuali, immunis, & exempta. Vnde Beatus Auguſtinus tom. 7. de natura & gratia contra Pelagianos, c. 36. Excepta, inquit, ſancta virgine Maria, de qua propter honorem Domini, nullam prorſus cum de peccatis agitur, habere volo quæſtionem. Agitque ibi indiſcriminatim contra Pelag. tam de originali peccato, quàm etiam actuali: Sit proinde Sanctiſſimę Deiparæ hoc priuilegium, quòd ſingulariter ex omnibus, & præ cæteris ex maris & fœminæ concubitu congreſſuque procreatis, ipſa ſit originali labe præſeruata. Quadrátque illud, *Heſter, cap. 15. Non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt.* nempe, Decretum illud ac ſtatutum omnes concernens, *Omnes naſcimur filij iræ. Omnes in Adam peccauerunt, &c. In peccatis cõcepit me mater mea.* Item, *Nemo mundus à ſorde, nec infans, cuius vita, vnius diei eſt, ſuper terrã.* Ab illa generali regula, vt infrà dicemus, Virgo ſanctiſſima excepta creditur. *Et macula nõ eſt in te, Cant. 4.* Quo de loco Galatinus noſter lib. 7. c. 5. de arcanis Catholicę veritatis ſic ediſſerit: Mater Meſſię turturi cõparatur & colũbę in canticis Salomonis: Hęc autẽ volatilia ab initio ſine felle condita fuerunt. Et Andreas Apoſt. vt in eius paſſione legitur, ad Ægeã procõſulẽ Achaię dixiſſe fertur: Quomodo de immaculata terra, factus fuerat homo primus, qui per lignũ pręuaricationis

Eccleſia. *Luc. 1.* *Hier. 1. c.* *D. Anſelmus Cantuarienſis, De concep. virg. cap. 18.* *D. Aug. tom. 7. de na. & grat. cõt. Pelag. c. 36.* *Heſter 15 cap.* *Cant. 4.* *Galat. li. 7. c. 5.* *Paſſio beati Andreæ Apoſtoli.*

nis mũdo mortẽ intulerat, ita neceſſariũ fuit, vt de immaculata Virgine natus Chriſtus, vitam æternam repararet. Sic ille. *Ro. 5. De Adamo dicitur, Qui eſt forma, ſeu figura futuri*, id eſt Chriſti, qui tempore Adami protoplaſti futurus erat, & in mundum venturus. Iam verò, cùm hæc Apoſtolus Romanis ſcriberet, in carne venerat, Sicut ergo in primo Adam factum eſt, ſic decuit in ſecundo Adam, hoc eſt, Chriſto, fieri: vt figuratum figuræ correſpondeat. Prędicatorum Patriarcha B. Dominicus in tractatu corporis Chriſti ibidem à Galatino citatur, in hæc verba: Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, & nunquam maledicta formatus, ita decuit in ſecundo Adam fieri. Itẽ Mahumed dixiſſe illic refertur: Nullus naſcitur de filiis Adam, quem non tangat Satan quando naſcitur, præter Mariam & filium eius. Sic apud Galatinum. Concludo igitur, ex lib. 6. Reuelationum S. Birgittæ, cap. 49. vbi mater Dei ſic loquitur: Veritas eſt, quòd ego concepta ſum ſine peccato originali, & non in peccato. Et quidem Virginis conceptio minimè in Eccleſia Catholica, Apoſtolica & Romana celebraretur, niſi eſſet ſancta. Non fit enim in Eccleſia feſtum, niſi alicuius ſancti. Conceptio itaque Mariæ, quam ex Concilij Tridentini decreto comprobauit, & celebrari mandauit in Eccleſiis ſummus Pontifex Pius V. ſancta & immaculata eſt, Antequam per centũ annos, Xiſtus 4. ex ordine noſtro ad apicem Pontificatus ſummi aſſumptus, celebrari conſtituerat, vt in Extrauagantibus, communibus, De reliquiis & veneratione Sanctorum habetur. Is anno Domini 1466. Immaculatæ Virginis Conceptionem inſtituit cum Octauis, atque celebrantibus indulgentias conceſſit. Quinimò in Venerabilis Bedæ Martyrologio 6. Idus Decembris, Conceptio Sanctæ Mariæ perpetuæ Virginis memoratur. Narrat inſuper Trithemius, in Hildephonſo Toletano Epiſcopo, qui floruit anno D. 674. quòd Conſtituit vt celebraretur ſolemnitas Virginis Mariæ ante natalem Domini, quę iam obtinuit, vt per vniuerſam Eccleſiam in honore puriciſſimę conceptionis illius celebraretur 6. Idus Decembris. Ipſe ſanctus Epiſcopus Toletanus ſuis in ſcriptis tenet Virginem non contraxiſſe originale peccatum, (vt in ſequentibus latius, *σὺν θεῷ* explicabimus.) Apud Grȩcos etiam, nedum apud Latinos à multis annis, ex Conſtitutione Manuelis Comneni de feriis, in Decembri genetricis Dei conceptio ce-

Ro. 5. ca.

B. Dominicus.

Mahumed.

Reuelationes S. Birgittæ, li. 6. c. 49

Extrauagãtes cõmunes.

Beda in Martyrologio.

Trithemius de ſcriptoribus Eccl. in Hildephonſo Toletano.

Cõſtitutio Manuelis Cõneni de feriis.

Kalẽdariũ Græcorum. lebrabatur. Et in menalogio ſeu Kalendario Græcorum nona Decembris inſcribitur & indicitur: Conceptio beatæ Annæ Dei & Domini auiæ. quod exponendum arbitror actiuè, hoc modo: Conceptio Annæ, id eſt, quando beata Anna concepit Virginem. Non eſt ergo recens aut nouitium inuentum, ſanctiſſimæ Deiparæ Conceptionem celebrare, in vtraque tam Latina quam Græca Eccle. Ex quo validum elicitur argumentum, ipſam ſingulari quodam priuilegio fuiſſe à peccato præſeruatam. Vnde non incongruè diceret illud Pſalmographi: Singulariter ſum ego donec tranſeam. Nullus ſiquidem virorum ſiue mulierum, ex vtroque parente progenitorum, ſicut virgo ſingularis, ac ſemper vnica auis (Phœnicem intelligo) tanta puritate enituit. Quod Deus facere potuit, & ipsũ decuit, quod & voluit, qui parentes honorare præcepit, matrémque ſuam dum hic viueret, honorauit, id Dominus fecit. Sed potuit Deus præſeruare virginem matrem, & decuit. Itaque id effecit. Nunc Origenem Eccleſiarum magiſtrum ac Doctorem, à D. Hierony. olim appellatum, audiamus. Is Homilia 1. ex variis locis. Hæc mater virgo Maria, inquit, digna digni, immaculata ſancti immaculati, vnici vnica fit. Accipe eam ſicut regis cœleſtis ſponſi domum immaculatam. Quæ neque perſuaſione ſerpentis decepta eſt, neque eius afflatibus venenoſis infecta. Hæc ibi. Diuus etiam Cyrillus in S. Ioannis Euangelium, libr. 6. cap. 15. ſic conformiter habet: Cæcus à natiuitate dicitur, quia omnes homines, (excepto illo, qui virgine natus eſt, & ſacratiſſima etiam Virgine, ex qua Deus homo prodiit in mundum, exempta,) cum peccato originali naſcimur, & grauiſſima cæcitate depreſſi, in mundum venimus, quam quidem cæcitatem de radice primi parentis contraximus. Subſcribit & ſanctæ Eccleſiæ doctor, immortali fama dignus (iuxta nomen ſuũ) D. Ambroſius in Pſalm. 118. ad verſiculum, Erraui ſicut ouis, quæ periit, &c. Maria virgo, ait, per gratiam ab omni integra labe peccati. Reuoca in memoriam, quæ ſuprà, ad verba illa: Non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta, &c. obſeruata ſunt. Ex quibus Galatinus, lib. 7. c. 5. Hãc formauit argumentationẽ. Qui in originali peccato concepti ſunt, prius ceciderunt, & poſtea ſurrexerunt: Ex his nõ ſurrexit maior Ioan. Baptiſta. Virgo eodẽ maior eſt. Ipſam igitur in originale nõ cecidiſſe neceſſariò conſequẽs eſt. Hic notabis,

Origenes Homi. 1. ex varijs locis.

D. Cyrillus in Io. li. 6. c. 15.

D. Ambroſius i Pſal. 118. in illud, Erraui ſicut ouis, &c.

Galatinus li. 7. cap. 5.

bis ſāctificatos in vteris maternis per aliquod tēporis momentū ſeu inſtans,peccato originali ſubiacuiſſe, & ex vtero adhuc,ab illa contagione peccati emundatos , ſanctificatóſque ac repurgatos fuiſſe.Mariam verò,ne per inſtans quidem , peccato maculatam vel infectam fuiſſe : vnde nec ſanctificata ſeuerè loquendo , ſed propriè præſeruata dicitur & ſine peccato concepta. Sicut auibus aquila quadrupedibus leo,piſcibus delphinus,arboribus palma: floribus denique lilium candidiſſimum præſtare cenſetur: Ita (ſi magnis modica componere fas eſt) ſanctos omnes illa antecelluit , quæ nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem. *Sedulius poëta.*

Pondera hæc thematis verba : de quā natus eſt IESVS, &c. Et animaduerte , illos quos Deus ad aliquid elegit, ita præparaſſe ac diſpoſuiſſe , (qui omnia diſponit ſuauiter)vt ad id quod eliguntur , inueniantur idonei : ſecundum illud. 2. *Cor.3. Idoneos non fecit miniſtros nouit teſtamēti.* At B.Virgo fuit diuinitus electa,vt eſſet mater Dei : Et ideò non eſt dubitandum,quòd Deus per ſuam gratiam, eam ad hoc idoneam reddidit. Vnde Angelus ad eam ait: Inueniſti gratiam ante Dominum.Ecce concipies in vtero & paries,&c.Non fuiſſet autem idonea mater Dei , ſi peccaſſet aliquando : tùm quia honor parentum redundat in prolem,ſecundum illud.*Prouerb.17. Gloria filiorum , patres eorum.* Vnde & per oppoſitum , ignominia matris ad filium redundaſſet : Et ideò ſimpliciter & categoricè fatendū eſt,quod beata virgo, in nullum incurrit peccatum. Si Chriſti conſulamus honori, quid minus congruit , quā talem illi aſſignare parentem, quæ peccati ſerua & mancipium,Dei inimica,& maledicto obnoxia , ipſique Dæmoni aliquando ſubiecta fuiſſe credatur ? Vt igitur (ait Ludouicus Granatenſis Conc.1.in Conceptione B. Virginis) magnum filij dedecus eſt,ex accuſanda matre naſci:Ita nō vulgaris eius honor eſt , de honeſtiſſima genitrice gloriari. Quocirca ſi filiis in manu eſſet , vt matrem eligere,aut efficere poſſent,haud dubium quin eam ſuprà cunctas fœminas ornatiſſimam & honeſtiſſimam eligerent. Cùm igitur Dei filius hanc tanta poteſtate prēditus eſſet , (qui ſolus & matrem eligere , & talem facere poſſet, qualem vellet,nec hoc ipſum maioribus expenſis , quàm ſola voluntate efficere poſſet)quis iam dubitare queat,eum matrem ſupra creaturas omnes excellentiſſimam atque ſanctiſſi-

2.Cor.in 3.cap.

Prouerb. 17.cap.

Ludouic. Granatē ſis,Conc. 1. De Cō cep.B. Virg.

mam elegiſſe? Quis enim rem adeò pretioſam, tam facili pretio, hoc eſt, ſolo voluntatis nutu comparare nolet? Hanc verò ſummam virginis dignitatem & Gabriel Angelus, & beata Elizabet Spirituſancto acti, facilè confirmant: qui conſona eiuſdem ſpiritus voce, illam inter omnes mulieres, hoc eſt, ſupra omnes mulieres, benedictam appellarunt. Vnde etiam conſequens eſt, vt Dei filius, qui de patre Deo gloriatur, talem ſibi matrem eligeret, de qua etiam meritò glor:ari poſſet: atque ita demum ex vtroque parente eſſet verè nobilis & glorioſus. Sic ille. Vir æquè pius ac doctus. Rurſus ea de re, Conc. 2. agens: Naturæ cõditor, inquit, ſolertiſſimè hoc prouidit, vt auiculę, quę nidos ex luto paleiſque in ſublimi poſitos nectunt, pennis aut lanugine ſiue blanda aliqua materia, aſperitatem niduli molliant, ne pulli adhuc implumes luti duritie, vel ſtipularũ aculeis lędantur. Si hac ergo naturę conditor indulgentia erga pullos auium eſt vſus, quale quęſo domicilium vnigenito ſuo in viſceribus beatiſſimę Virginis paraſſe credendus eſt, vt nihil ibi eſſet, quod illum ſummæ puritatis autorem, vel leuiſſima in re offenderet? Ergo ſingulare ei quoddam priuilegium conceſſum eſt, vt videlicet cœleſtis gratia in eam pleniſſimè effuſa non ſolùm animã eius ornaret (quò pulchra eſſet vt Luna, electa vt Sol) ſed ipſam etiam carnem ſic afficeret, vt à Spiritus lege nũquam diſſentiret, nullúmque rebellem aduerſus eum motum excitaret: Quod quidem donum, nec Apoſtolis ipſis (qui plenitudinẽ Spiritus acceperunt) nec alicui Sanctorum poſt Adę lapſum, conceſſum fuit. Hęc Granatenſis.

Idẽ, Cõc. 2.

Vnicum forſan excipias, Ioannem Baptiſtã, de quo in hymno Eccleſia canit: *Antra deſerti teneris ſub annis, Ciuium turmas fugiens petiſti, Ne leui ſaltem maculare vitam, famine poſſes*

Hymnus Eccle. de S. Ioan. Baptiſta.

Annõ miraculo egregio Cõceptionis celebritas innotuit? prout in Breuiario Lingonẽſis Diœceſis me dũ ibi 1579. cõciões haberẽ aduẽtuales, legiſſe memini. De feſto Conceptiõis quod celebratur cũ Octauis, Anſelm⁹ ita Coepiſcopis ſuis de origine & inſtitutiõe hui⁹ feſti reſcripſit. Cũ Helſin⁹ quidã Abbas, à Dacia ĩ Anglia nauigaret. Horrida tẽpeſtas, cœlũ cõmouit & vndas, (vt ait Poëta.) Apparuit aũt ei quidã è cœlo dicẽs, Vis maris periculũ euadere? Id fiet, ſi diẽ cõceptiõis Virg. 6. Idus Decẽbris celebrabis, & celebrã dũ prædicabis. Ita periculũ euaſit, ac in Angliã incolumis perue

Breuiariũ Lingonenſe.

Virgilius in Aeneide.

peruenit. Mantuanus Carmelita poëta elegans, to. 2. operum, de ſacris diebus, concorditer ſic cecinit: *Baptiſta Mãtuanus to. 2. De ſacris diebus.*

A Dacis veniens Abbas Heliſinus ad arua
Angelica, &c.

Deinde concludit.

Fluxit ab hac maris irati formidine feſtum.

Petrus de natalibus, Anſelmum Monaſterij Becenſis in Normania priorem ſiue abbatem, poſtmodum Cantuariẽſem Archiepiſcopum, propter hoc in mari factum miraculum, celebrationis huius feſti Conceptionis ſanctiſſimæ Deiparæ exiſtimat dediſſe initium & exordium. Manet ergo, tot rationum momentis ſatis confirmatum hoc axioma, Virginem abſque peccato originis conceptam eſſe, quod etiam Mahumeti Alchoranum, ca. ſiue Azoara 5. non diffitetur, quo in loco Angeli Mariam ita alloquuntur: O Maria omnibus viris & mulieribus es mundior atque purior. Sic. *Beatam dicunt Mariam (quod in ſpiritu futurum ipſa præuiderat, Luc. 1.) omnes generationes*, etiam impiorum ac profanorum Agarenorũ (Sarracenos vulgò vocamus.) *Alkorã. Azoara 5. Luc. 1. c.*

Supereſt, vt oſtendamus omnes fideles teneri ad celebrandum diem feſtum immaculatæ conceptionis B. Virginis ſub ipſo Conceptionis titulo. Non autem ſanctificationis, quod pulchrè euincit Catharinus Epiſcopus Minorienſis, deinde Archiepiſcopus Compſanus, ex prædicatorum ordine aſſumptus, parte 2. Pro immaculata Cõceptione ſuis in opuſculis Romæ 1552. impreſſis, à quo ſequentia mutuatus ſum. Immaculatæ conceptionis Beatiſſimæ Virginis feſtum, à Rom. Eccleſia fuiſſe ordinatũ & inſtitutum, ſecunda Decretalis Xiſtina, Graue nimis, &c. poſt 7. annos à prima conſtitutione eiuſdem Xiſti Quarti, ſummi Pontificis, Cùm præcelſa, &c. edita, irrefragabiliter manifeſtat. *Catharinus Senẽſis par. 2. Pro immaculata Conceptione, in opuſculis.*

Quòd ſi particularium quarundam Eccleſiarum auctoritas, apud D. Thomam, (cuius temporibus nondum Rom. Eccleſia hoc feſtum immaculatæ Conceptionis admiſerat) tanti valuit, dum hanc tractaret quæſtionem: Vtrum B. Virginis Conceptio fuiſſet immaculata, & ſancta? vt pro affirmatione argumentatus ſit in hunc modum. Non celebratur feſtum niſi de aliquo ſancto. Quædam autem Eccleſiæ celebrãt feſtum Conceptionis B. Virginis. Ergo, &c. Quid de S. Rom. Eccleſię autoritate cenſuiſſet, in promptu eſt æſtimare. Sic nãque propoſitæ quæſtioni ſuis in quodlibetis, reſpõdit: Licet, inquit Romana Eccleſia nõ celebret, *B. Thomas in quodlibet.*

tolerat

tolerat tamen conſuetudinem aliquarum Eccleſiarum illud feſtum celebrantium. Vnde talis celebritas non eſt totaliter reprobanda. Hæc ille. Nota eam celebritatem non recepiſſe tunc Rom.Eccleſiam, & tamen (teſte ſancto Doctore) non fuiſſe totaliter reprobandam. Hoc verò quia tolerabatur in quibuſdam Eccleſiis ab Eccleſia Romana. Quid noſtris diebus diceret, quando tota prorſus Eccleſia ſub eo Conceptionis nomine celebrat, & ipſa quidem Romana imprimis, ídque iam tanto tempore? Dices. Ad B. Thomas retulit eam celebritatem ad ſanctificationem à peccato. Fateor: Sed hoc olim, quando locus erat interpretationi ac coniecturæ, quia Romana Eccleſia nondum ſenſum ſuum declarauerat.Nunc autem cùm ſenſum ſuùm; verbis clariſſimis, poſt tot diſputationes & hinc & inde rationes matura conſideratione diſcuſſas, in ſuis decretis declarauerit, præcluſus eſt omnis euadendi locus. Putabat enim S. Doctor ideò Rom. Eccleſiam; ſub nomine Conceptionis non celebrare, quia haberet hanc fidem, videlicet conceptam ſub peccato. Sic enim ait expreſſe in quod.6.ar.2.his verbis. Nam Rom. Eccleſiam & plurimæ aliæ conſiderantes Conceptionem Virginis in originali peccato fuiſſe, feſtum Conceptionis non celebrant: Hæc ille. Ecce quomodo hic locus ab autoritate Romanæ Eccleſiæ, à qua ipſe pendebat,decidit è manibus, aduerſariæ partis opinantibus. Adde quod Tridentina Synodus vnanimi omnium Patrum conſenſu, Xiniſtas illas conſtitutiones renouauit & confirmauit. Quid hìc amplius excuſationis manet illis? Omnes enim Epiſcopi id concorditer egerunt & concluſerunt,nec fuit quiſquam qui ſeſe oppoſuerit. Non eſt igitur vobis integrum dicere: Illæ conſtitutiones fuerunt Xiſti 4. qui fuit ordinis minorum: (& nunc qui Sedet Xiſtus 5. ex eodem eſt ordine aſſumptus) quandoquidem eas vniuerſalis S. Synodus confirmauit,in qua erant plures Epiſcopi ordinis Prædicatorum, qui nequaquam reclamauerunt. Attendite fratres, quàm ſit euidens & certiſſimum argumentum, hìc eſſe digitum Dei. Nam cum anni iam quadringenti fluxerint, ex quo cœpta eſt Lugduni, & in aliis Eccleſiis ſenſim hæc feſtiuitas celebrari, nunquam prorſus facta eſt vlla intermiſſio, ſed in dies altiores egit radices, cùm tamē interim tot ſancti, tot Magiſtri ab initio eam reprobarent:inter quos D. Bernardus Abbas, qui tā vehementer in eam excanduit. Tantum autem

D. Tho. quodlibeto 6.ar.2

autem abeſt, vt quicquam hi omnes profecerint, vt contrà omninò, quantò prohibuerunt ſeuerius, & fortius clamauerunt, tantò magis amplificatus eſt, & vbique creuit hic cultus. Id verò qua poterat virtute fieri, niſi diuina, & Dei ſpiritu? Sic nunc, & in poſterum perpetuò eueniet, quantò vos altius clamabitis, tantò magis ſtabilietur hæc veritas. Sed, quid cauſæ eſt, cur B. Bernardus hoc feſtum omnino reſpuerit? niſi ab authoritate atque exemplo Eccleſiæ, quæ tunc ritum illum neſciebat? Erat enim eo tempore recens huiuſmodi celebratio. Rurſum, B. Thomas hoc feſtum tolerãdum duxit, quia tunc tolerabat Eccleſia. Neceſſariò ergo fateri cogimur, ſi Romana Eccleſia DD. Bernardi & Thomæ temporibus, hoc feſtum ea ſolemnitate recepiſſet, quemadmodum citra hæſitationem nunc recipit, & celebrat, ambos fuiſſe etiam toto corde illud pœnitus amplexuros. Si enim Abbas ille Sanctiſſimæ Deiparæ deuotus, propter Eccleſiam reſpuẽdum cenſuit, B. Thomas item propter Eccleſiam tolerandum, certè ambo etiã propter Eccleſiam, quæ illud poſtmodũ ſuſcepit, humiliter ac deuotè cenſuiſſent recipiendum. Ob hoc enim ille Abbas continuò adiecit. Nã ſi ſic videbatur, conſulenda erat prius Apoſtolicæ ſedis authoritas, & nõ ita præcipitanter atque inconſultè paucorum ſequenda ſimplicitas: Hæc ille. Et adiecit. Ego quod ab illa accepi, ſecurus & teneo & trado. Quod verò non, fateor. ſcrupuloſius admiſerim. Hæc ille deuotiſſimus Abbas. Quinimò totam quæſtionem in hæc verba concluſit: Quæ autem dixi abſque præiudicio ſanè dicta ſint: ſanius ſapientis Romanę præſertim Eccleſiæ auctoritati atque examini totũ hoc, ſicut, &c. quæ huiuſmodi ſunt vniuerſa, reſeruo: ipſius, ſi quid aliter ſapio, paratus ſum iudicio emendare. Sic ille. Schiſmaticus ille Lutheri Hæreſiarchæ ſpiritus illam inſignẽ inter alias Blaſphemiã ex illius ore euomuit: Nullum feſtum magis odi, quàm feſtum corporis Chriſti, & Conceptionis B. Virginis. Hinc ſatis intelligi poteſt, quid ſpiritus veritatis & vnitatis ab Orthodoxis S. Catholicę & Apoſtolicæ Eccleſiæ filiis, pro Matre Dei poſtulet ac deſideret, de qua verè ſcriptum eſt: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. B. Anſelmum dixiſſe ferunt: Non puto eſſe verum amatorem Virginis, qui feſtum eius Conceptionis colere reſpuit, addo, præſertim poſt S. Rom. Eccle. determinationem. Thomas Argentinas, Generalis ordinis Heremitarũ S. Auguſt. tutatus

B. Bernardus.

Lutherꝰ hæreſiarcha, Mariæ maſtix.

B. Anſelmus.

Thomas Argentinas.

tutatus eſt hanc B. Virginis prærogatiuam, cùm aliis rationibus, tum hac potiſſimum: quia Rom. Eccleſia illam ſuo tempore incœperat celebrare. Vix autem in Eccleſia Dei vllum eſt argumentum validius, quàm quod ab inſtitutis Patrum ſumitur in cultu diuino. Vnde B. Paulus, quò contumaces confunderet, hoc vnum tanquàm cæteris potentius ſeruauit ſibi telum (& hoc eleganter notat B. Thomas) ritum videlicet & cõſuetudinem Eccleſiæ. *Dixit enim: Si quis videtur eſſe contentioſus, nos talem conſuetudinem non habemus, nec Eccleſia Dei.* Hoc vno lapide Orthodoxi Patres hæreticorum frontem perfregerunt ſemper, & plurima euicerunt. Aduerſus Anabaptiſtas, quid robuſtius valuit, ad confirmãdum puerorum baptiſmum, quàm Eccleſiæ conſuetudo? Purgatorium itidem, quo medio euidentiùs comprobatur, quàm à ſacrificio & precibus, quas pro mortuis fundit Eccleſia, & ſemper fundere conſueuit? vt ex B. Auguſt. circa libri de cura pro mortuis agenda, exordia, ſatis conſtat, atque ex aliis Eccleſiaſticis doctoribus.

1. Cor. 11.

D. Aug. lib. de cura pro mort. agenda.

Vniuerſitas Pariſienſis.

Producimus pro nobis etiam legem illius celeberrimæ & doctiſſimæ Vniuerſitatis Pariſienſis, quæ piaculum aliter opinari ſeueriſſimè ſtatuit. (Huic adijcio & iſtud, articulo de immaculata virginis conceptione, Anno D. 1569. cùm licentiarum tempus iam inſtaret, me in proximo licentiandum, cùm cæteris commilitionibus meis, pro veteri facultatis Theologicæ more, ſubſcripſiſſe.) Sunt qui dicant Romanam Eccleſiam olim celebraſſe de Sanctificatione, non de Conceptione, quòd ideò fingunt, vt matrem ſuam de inſtabilitate ſugillent, quaſi prius illis fauerit, ac deinde ſententiam mutarit, vt minor ei fides adhibeatur. Sed nunquam ita ſe res habuit: quoniam Eccleſia natiuitatem virginis celebrabat, in qua ſanctificatio in vtero celebrabatur, ſicut teſtatur B. Bernardus. Sic ſanctificatio B. Ioannis Baptiſtæ honoratur, dum eius celebratur natiuitas. Nunquam ergo celebrauit ſub nomine ſanctificationis, ſed dies ille infeſtiuus olim, in illa Eccleſia tranſibat, & in aliis multis: Sicut & dies natiuitatis eius feſtiuus, qui diuturno temporis curſu ſiluit. Deus enim pedetentim hæc in ſuam Eccleſiam introduxit, vt omnia maturè fiant. Feſtum autem ſanctificationis poſtea ſuperfluè eſt introductum ad æmulationem aduerſus Eccleſiam, quæ ſub nomine Conceptionis celebrabat, ab iis qui falſam celebrationem illam putabant. Ne autem ea die omninò ſilerent,

rent,

rent, Sanctificationis feſtum nulla Eccleſiæ auctoritate probatum inuenerunt: quod ſolum apud noſtros,nec hoc in toto,ſed in dimidiato ordine (prædicatorum nimirum, ex quo erat Catharinus,qui ſcripſit hæc) durat. Verùm citò Domino procurante ſpero & confido ceſſaturum,poſtquam omnis prorſus eſt illis ſublata excuſatio. Dicebant enim ab initio. Ecce Romana Eccleſia non celebrat. At nunc contrà opportunè in eos dicitur:Ecce iamdudum (à centum videlicet annis & ſuprà) cœpit celebrare Rom. Eccleſia.Dicebant:non inſtituit illam celebrationem, ſed tantùm permiſit: Et nos:Ecce nedum permiſit, ſed etiam iam ſolenni Decreto inſtituit, & quod ipſa inſtituit tãdem generale Concilium Tridentinum nemine reclamante comprobauit.Dicebant,in Eccleſia S.Mariæ maioris in vrbe celebrari ſub nomine ſanctificationis.Demus fuiſſe verum olim (quod tamen nequaquam legitimè probatur, nec ego,ait Catharinus, puto verum) Ecce nunc iam mutatus eſt ritus. Celebratur enim ibi palàm de Conçeptione. Cur igitur vos pariter cum illa, poſtquam eius nobis auctoritatem obijcitis,ritum veſtrum non mutaſtis? Aiebant ſimiliter apud ordinem Catthuſiẽſium obſeruari celebritatem ſanctificationis,non Conceptionis.At hoc iam antiquatum eſt. Celebrant enim nunc omnes totius Chriſtianitatis Religioſorum ordines de Cõceptione, hac vna (vt veros filios decet) auctoritate permoti,quia ſic magiſtra omnium Eccleſiarum Romana Eccleſia celebrat. Nec enim ſomniculosè audierunt B.Bernardi ſententiam aientis,Ego quod ab illa accepi,ſecurus & teneo,& trado.Vultíſne videri pro eodem deuoto Abbate feruentiùs zelantes, quam ipſiuſmet ordinis profeſſores? Nam & Ciſtercienſes & Clarauallenſes, ad quos pertineret ſuum doctorem & patrem defendere, illud feſtum immaculatæ Conceptionis celebrant. Potius enim ad mentem ſui Abbatis, quàm ad argumenta aſpicientes,illius Epiſtolæ concluſionem prudenter conſiderarunt, & ad quos ille remittebat, eius voci paruerunt,nimirum Eccleſiæ Romanæ, vt securè tenerent, quicquid ab ea acciperent. Omnes nũc Eccleſiæ ritum celebrationis Romanum amplexatæ ſunt. Quin & ipſe noſter ordo (Prædicatores intellige ſiue Dominicanos) ſecum minimè conſtat,cum Tranſalpini fratres noſtri ordinis ſapientiſſimè concedant,& morem vniuerſalis Eccleſiæ ſequantur,ſub nomine Conceptionis celebrãtes: inter

B.Bernardus.

inter quos tamen non deſunt doctiſſimi Patres, & magiſtri, qui in lectione B. Thomæ Italis non cedunt. Quòd ad excuſationem ſoletis obiicere, Rom. Eccleſiam non deciſiſſe quæſtionem hanc ſed vnumquemque permittere in ſuo ſenſu abundare, non vos releuat à iuſta duræ ceruicis reprehenſione: multo autem minus quoſdam à temeritate & arrogantia, eſto enim fuerit olim hoc vobis matris benignitate donatum. At dies ipſa, ideſt temporis diuturnitas, Iam diu per ſe vos admonebat, vt aliquando cōſiderantes veſtram opinionem ab omnibus Eccleſiis & Religioſorum omnium cœtib⁹ deſeri, & vos ſolos in ea remanere adhuc diuiſos, libentes & volentes poſtpoſito veritati pudore, decederitis de ſententia. An putatis, (& iſtud omnino conſideratione dignum eſt) Romanam ipſam Eccleſiam, quam reliquæ omnes (vt par eſt) ſectantur, poſtquam ſemel eam celebrationem ex certa ſcientia ſuſcepit, & aliis ſuſcipiendam tradidit, vlla ratione probare poſſe, quicquid illi palam vel priuatim aduerſetur? Et ob eam cauſam (ſi vultis veritatem capere) non aliud expreſſo pontificis verbo, vobis indulgetur, quàm oppoſitam partem abſq; hęreſis nota tenere, cùm hoc vnum, quòd ſcilicet hæretici ſitis, nondum à Romana Eccleſia & Apoſtolica ſede ſit deciſum. Hoc, inquam, vnicum eſt, quod indulſit vobis Pontifex, vt ex verbis Decretalis animaduerti poteſt. At quod oppoſitum vel prædicetis vel doceatis, nec permittitur vobis, nec ſtante illo decreto permitti poteſt, quoniam in Apoſtolicę ſedis iniuriam & Spiritum eius, ad nutrienda zizania & ſchiſmata redundaret. Quòd ſi rurſum obiicitis, cur ergo vel nunc nobis permittitur celebrare de ſanctificatione non de Conceptione, ſic oſtendentes alium cultum reprehenſibilem eſſe? Reſpondeo, ait Catharinus, vtinam non multa eſſent alia ſcandala, quę ſpeculatores non corrigūt: & iſtud vnum eſt illorum, cuius grauitatem (quæ iam nimia eſt) non ponderant. Deinde, multa ad duritiā noſtram tolerant, ne deteriora contingant. Ob eam cauſam tolerati ſunt olim Iudęi in ſuis cæremoniis, donec mortiferæ factæ ſunt. Contrarium tamen & falſum cultum, certa ſcientia, in ſua Eccleſia tolerari, Dei prouidentia non patitur. Nam vos qui ſanctificationem celebratis, nihil falſi exprimitis. Nemo enim ſanctificationem negat, & quidem à peccato. Sed à nobis diſcrepatis in ſenſu, non in verbo: quoniam à peccato incurſo vultis ſanctificatā. Nos autem

ab eo

ab eo quod incurrere debuit, ni præſeruata fuiſſet: quod ſanctificationis genus longè dignius eſt. Ad veſtrum erat à communi cultu non recedere, nec nouum vobis, quaſi ſoli ſaperetis, contra Eccleſiam fingere, quę in vos hac parte meritò conqueritur, Spreuerunt me iuniores tempore. Hactenus Catharinus, ex quo hauſimus, & quæ hìc ſunt contractiùs breuiúſque & conciſiùs prolata, tranſcripſimus, ſuis ipſius verbis, nullo immutato, vt patet conferre volenti cum opuſculo Romæ 1551. in lucem emiſſo, pro immaculata Concept. B. Virg. 2. parte.

Catharinus 2. parte opuſc. pro immaculata Conc. B. Virg. Romæ 1551. impreſſi.

Eia igitur deuoti B. Mariæ, Chriſticolæ & orthodoxi, eò feruentiùs immaculatæ Conceptionis diem feſtum celebremus, quo Lutheranis ac modernis hæreticis Hugnoſticis, inuiſus eſt magis & exoſus. Verba blaſphemiæ ipſius Lutheri ſuprà protulimus, Nullum feſtum, inquit, magis odi, quam feſtum corporis Chriſti, & Conceptionis B. Virginis. Sic & matris prolíſque benedictæ, ſe iuratum hoſtem & apertum aduerſarium non obſcurè profitetur. O monſtrum, in extremas terras, vel potiùs, ad tartara, ad orcum, ad inferni barathum, (vt credere par eſt) meritò deportatum. Hìc obſerua, ex Ludouico Granatenſi Dominicano, Conc. 1. fer. 4. Cinerum fuiſſe maximam olim Eccleſiæ curam, ne vlla in re cum hæreticis commune aliquid fideles haberēt. Quare Melchiades Papa ſacrilegum eſſe duxit Dominicis diebus, & quintis feriis ieiunare, quod iis diebus Gentiles & hæretici ieiunarent. Leo quoque ſummus Pontifex prohibuit, ne Dominicis diebus, atque die Natalis Domini quis ieiunaret, quoniam Priſcilliani hæretici his ipſis diebus ieiunabant, vt Chriſtum veram carnem non ſuſcepiſſe ſacrilego hoc ieiunio profiterentur. Sic ille. A ſimili nihil certè Chriſtiano homine dignius eſſe poteſt, quàm deuotionis ſuæ erga ſanctiſſimam Deiparam ſinceritatem, in Hæreticos verò odium, & in Eccleſiam Apoſtolicam ac Romanam omnium fidelium matrem ac magiſtram, Diuique Petri Apoſtolorum principis cathedram, obſeruantiam, ac filialem reuerentiam & obedientiam, huius Conceptionis immaculatæ celebratiōe teſtari. Exſcribere placuit, ex ſupra commemorato opere Catharini Minorienſis Epiſcopi pro veritate immaculatæ Conceptionis ad ſanctam Synodum Tridentinam, prima parte eiuſdem opuſculi hæc quæ ſequuntur. Quid, inquit, prohibet Deum Patrem diſpenſaſſe cum illa, quam

Lutheri blaſphemia.

Ludouicus Granatenſis Conc. 1. fer. 4. Cinerum.

Catharinus 1. parte opuſc. de Concept. B. Virginis.

præparauerat futurum filij ſui genitricem, & ſingulariter dilectam ſponſam & filiam? Quid hîc reſponſuri ſunt aduerſarij? Dicturíne ſunt Deum non potuiſſe, vt negent omnipotentiam, aut non voluiſſe, vt derogent pietati? Doctor noſter B. Thomas, Poteſt, inquit, aliquid creatum inueniri, quo nihil purius eſſe poteſt in rebus creatis, ſi nulla contagione peccati ſit inquinatum. Et talis fuit puritas beatiſſimæ virginis, quæ à peccato originali (Nota ſedulò) & actuali immunis fuit. Fuit tamen ſub Deo (puritas illa) inquantum in ea erat potentia ad peccandum. Hæc ille. Idem & nos docemus, & hãc illi tribuimus puritatẽ, quæ ſub Deo eſt. Hæc itaque immaculatæ conceptionis ſententia, à B. Thoma aliquando fuit probata, quod neque Capreolus omninò negare eſt auſus, neque Caietanus. Nimis certè potens eſt veritas. Etenim (& id ſanè accipi pro miraculo poteſt) quod attinet ad hunc articulum, fateri neceſſe eſt B. Thomam noſtram aliquando admiſiſſe ſententiam, quum dedit virgini eam puritatem qua ſub Deo maior nequeat intelligi, & eum gradum, quo eſſet propinquiſſima Chriſto. Nunc addo (ait Catharinus) & eundem, in expoſitione ſalutationis angelicæ vbi dixit: Ipſa enim puriſſima fuit, quantum ad culpam, quia nec originale, (Nota valde) nec mortale nec veniale peccatum incurrit. Ita enim, in multis codicibus antiquis communiter legebatur. Hæc Catharinus. Ego verò D. Thomæ opuſcula euoluens, comperi in opuſculo octauo Deuotiſſimam ſalutationis angelicæ expoſitionem, vbi inter cætera dicit: Peccatum aut eſt originale, & de iſto fuit mundata in vtero, aut mortale aut veniale, & de iſtis libera fuit, vnde Cant. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*. Paulò poſt, Chriſtus, inquit excellit beatam virginem in hoc, quod ſine originali conceptus & natus eſt. Beata autem virgo, in originali eſt concepta, ſed non nata. Et aliquammultis interiectis: Ipſa, ait, puriſſima fuit, & quantum ad culpam: quia ipſa virgo nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. Item quantum ad pœnam, &c. Sic ibi ad verbum, non habetur autem in antiqua illa impreſſione Octauiani Scoti, Venetiis 1498. nec originale, (peccatum incurrit) prout Catharinus citauit ex multis antiquis codicibus. Nec ſibi ipſi cõſtare potuiſſet D. Thomas, in vno & eodem opuſculo tam repugnantia loquutus. Niſi fortè diceretur, hoc in articulo immaculatæ

D. Thomas in sẽtentiis. Nota.

D. Thomas in expoſitione ſalutationis Angelicæ opuſculo 8. Nota.

Cant. 4.

Conceptio

Conceptionis, doctorem ſanctum (iuxta nomen ſuum) fuiſſe geminum, ancipitem ac dubium. Sic enim, Thomas Didymus ſiue geminus exponitur.) Expende, quæſo, quæ idem 1. parte quæſt. 25. art. 6. ad 4. argum. reſpondet Humanitas Chriſti, ait, ex hoc quod eſt vnita Deo: & beatitudo creata, ex hoc quòd eſt fruitio Dei: & beata virgo ex hoc quòd eſt mater Dei, habent quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod eſt Deus: & ex hac parte non poteſt aliquid fieri melius eis: ſicut non poteſt aliquid melius eſſe Deo. Sic ille. Vnde meritò quis colligere poſſit ac inferre, per dignitatem illam ex bono infinito, aliquatenus infinitam, à peccato etiam originali immunitatem. Sic namque F. Petrus Dore Dominicanus, ac Pariſienſis Doctor (piæ memoriæ) in libro Gallico, imago Virtutis ſeu Idea, inſcripto, De beatiſſimæ Virginis conceptione agens, diſertè ſcripſit: quaſi corollarium ex præfata D. Thomæ auctoritate ſubinferẽs. *Et pourtant la beneiſte vierge Marie, qui a eu plus grande approximation de noſtre Sauueur, autheur de grace & de ſalut, que ne pourroit auoir autre pure creature, a prins & receu de luy plus de grace & perfection, & par conſequence, immunité de peché originel. Car qui eſt, ou pourroit eſtre plus pres de Dieu, que d'eſtre mere de Dieu? Y a-il proximité plus grande? certainement non. Pourtant c'eſt vne ſur tous & toutes, doüee de graces & perfections en ſa conception immaculee, exempte de la ſubiection des autres, & toute ſeule priuilegiee. N'en cerchez point deux, il n'y en a qu'vne. Dont biẽ dict l'Eſpoux aux Cantiques.* Vna eſt columba mea, perfecta mea. Hæc præfatus ſcriptor totidem verbis Gallicè ſcripſit. Idem rurſus cap. 2. *Heureuſes ſont les ames nettoyees de peché originel par le Bapteſme. Plus heureuſes ſont celles, qui ont eſté ſanctifiees deuant que l'homme ſoit nay, comme au ventre de leur mere, ainſi que Hieremie le ſainct Prophete de Dieu, & ſainct Iean Baptiſte. Mais tresheureuſe eſt noſtre Dame, ſanctifiee par grace ſi abondante, que iamais ne contracta peché originel. Ainſi l'a eſcrit ſainct Thomas d'Aquin en ſon Opuſcule de l'expoſition de la ſalutation Angelique, & au premier liure des Sentences, diſtinction 44. Article 3. & ſolution du 3. Argumẽt. La Vierge a eſté ſans peché originel, veniel, & mortel &c. Voila que determine ſainct Thomas en ſes Sentẽces, combien qu'apres il ait dict auec les autres opinion contraire. Mais pour lors n'eſtoit diffini par l'Egliſe, comme il eſt auiourd'huy,* (Scripſit author iſte anno Domini 1540. cùm eſſet doctor

D. Thomas 1. par ſumma quæſt. 25. art. 6. ad 4. arg.

L'image de Vertu par F. P. Doré. ch. 1.

Chapitre 2. de l'image de Vertu.

D. Thomas opuſc. de exposſ. ſalut. Ange. vt ſuprà. Item lib. 1. Sen. diſt. 44. ar. 3. in ſolut. ad 3. argum. pro concept. immaculata.

Regés in cõuentu Dominicanorũ Luteti*ę*.) *Que noſtre Dame en ſa cóception eſt immaculee*. Eiuſdẽ ordinis Gulielmum Pepin illo antiquiorem, opere De imitatione ſanctorum, Sermone de Cõceptione intemeratæ Virginis, adiungam, qui ſic ſcribit: Duas tantùm cõceptiones colit Eccleſia, videlicet Chriſti 25. Martij in feſto Annũciationis B. Mariæ. Et hodie, 8. Decembris, cõceptionẽ eiuſdẽ Deiparæ digniſſimæ. Cui⁹ ratio eſt, quia tantũ hi duo cõcepti ſunt ſancti, & abſq; labe originalis peccati (quod benè notabis.) Lõgè tamẽ differũt hæ duæ cõceptiões. Primò, quia prima facta eſt ſine virili ſemine, ſecunda verò ex viro & muliere, ſcilicet ex Ioachim & Anna, per opus coniugale. Secundò, quia Chriſtus mox conceptus animatus fuit, adeò quod ſtetit nouem menſium ſpatio, plenus vita intellectiua in matris vtero. Virginis autem corpus (ſicut & cætera humana corpora) prius fuit ſub forma vegetatiua: deinde ſub forma ſenſitiua: & poſtremò ſub forma intellectiua: ſicut de Embrione dicunt Phyſici. Feſtum quod hodie facimus de Conceptione virginis Mariæ, non eſt referendum ad diem præſentem determinatè: hoc eſt, ad diem, quod primo concepta eſt & genita ex Ioachim & Anna: potiſſimè cum huiuſmodi Embrio ſiue materia adhuc eſſet res inanimata, quæ gratiæ capax non eſt. Sed referendum eſt huiuſmodi feſtum ſecundum intentionem Eccleſiæ, ad illum diem, in quo primò caro virginis ſuſcepit animam rationalem. Et quia talis dies, nondum innotuit Eccleſiæ: nec aliter innoteſcere poteſt, niſi per diuinam reuelationem: ideò Eccleſia accepit diem certum, ſcilicet & hodiernum pro incerto. Quæ ſi eſſet certa de die illo: ſicut forſitan aliquando fiet: nequaquam hodie, ſed tunc celebraret feſtum huiuſmodi Conceptionis. Tertiò differunt prædictæ duæ Conceptiones: eò quòd conceptio Chriſti non potuit aliter eſſe, quàm ſancta, pura, & immaculata. Conceptio autem virginis Mariæ, niſi diuinitus, & ex ſpecialiſſima Dei gratia fuiſſet præuenta & præſeruata, vtique fuiſſet vitioſa, polluta & maculata, ſicut & conceptiones cæterorum hominum.

Gulielmus Pepin lib. de De imitatione Sanctorũ ſerm. De concept. B. Virg.

Et ideò ipſa in recognitionem tanti priuilegij ac beneficij dicere potuit humiliter, quod Phariſæus dicebat arroganter. *Gratias tibi ago, Domine, quia non ſum ſicut cæteri hominum*, Luc. 18. In hoc tamen conueniunt duæ prædictæ Conceptiones, quòd vtraque fuit ſancta & ſimiliter

Luc. 18. c.

de vtra

de vtraque feſtum colit Eccleſia, deinde ſubiungit: Maria nunquam ſubiacuit peccato: ſed ſemper fuit plena gratia: etiam ab inſtanti Conceptionis ſuæ (quòd benè obſeruabis, & accuratè adnotabis) Rurſus ſubdit: Deſignatur illa per rubum, *Exod. 3. qui comburi non debebat per culpam*, ſed ſemper in virore gratiæ permanere debebat ab inſtanti Conceptionis ſuæ. Poſtea addit: Comparatur Palmæ & Roſæ, Palma deferri ſolet in ſignum victoriæ. Roſa autem pulchra eſt & munda, quamuis procedat ex ſpinoſa arbore. *Exod. ca. 3.*

Sic virgo Maria habuit victoriam, contra ſerpentem antiquum: ne morderet ipſam per originalem culpam. Et hæc, (quod canit Eccleſia.) *Eccleſia.*

Sicut ſpina roſam, genuit Iudæa Mariam.

Subiicit poſtmodum. Fundauit eam Dominus in ſua Conceptione; ſuper ſolidum fundamentum, gratiarum & virtutum: excidendo in ea columnas ſeptem, id eſt, 7. dona Spiritus ſancti, vel 7. pulchras virtutes, quarum tres ſunt Theologicæ, & 4. morales.

Ibidem iterum addit, In ſcriptis præcipuorum Eccleſiæ doctorum Dominus refert beatiſſimam Chriſti matrem immunem fuiſſe ab originali culpa in ſua glorioſa Conceptione. Primò nempe aquila doctorum Auguſtinus, in lib. De natura & gratia (ſuprà prolatum eſt eius teſtimonium.) Secundò, barbatus ille Hieronymus confirmat idem propoſitum dicens: Nullum dubium eſt de matre Domini quin talis debuerit eſſe, quæ de peccato redargui non poſſet: cùm hoc ad improperium filij ſui fuiſſet. Tertiò B. Ambroſius in quodam ſermone de eadem Virgine dicit ſic: Maria eſt in qua nec nodus nec cortex culpæ fuit. Anſelmum, qui ante 500. annos floruit, ſuprà citauimus lib. De conceptu virginali cap. 18. Cæterùm B. Thomas, ait Pepin. conſequenter, in primo Sent. diſtinct. 20. art. 3. in ſol. ad 3. dicit, quòd B. virgo fuit immunis ab originali & actuali peccato: Et quamuis in 3. parte aliter ſenſerit, nihilominus excuſandus, eo quòd tunc loquebantur vt plures. *D. Hieronymus.* *B. Ambroſius.* *B. Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus.* *D. Thomas in Sent. vt ſuprà.*

Tunc enim temporis erat problema neutrum; dicere virginem Mariam in originali peccato fuiſſe conceptam. Cuius quidem problematis vtraque pars olim famatos Doctores habuit. Hodie autem (ſcripſit autor anno Domini 1525.) alma Theologorum facultas Pariſina,

in qua (quamuis indignus) profeſſionem feci pro conſtanti tenet opinionem B. Thomæ in primo Sententiarum, vt ſuprà allegatum eſt, videlicet, quòd Chriſtifera Maria immunis fuit ab originali. Ecce ergo, quomodo Dominus narrat in ſcripturis maiorum Doctorum Eccleſiæ, B. Virginem, ab originali labe in ſua conceptione ex ſpeciali priuilegio fuiſſe præſeruatã. Inſuper B. Anſelmus in epiſtola ad epiſcopos Angliæ ſcribit dicens: Non puto verum amatorem Mariæ virginis, qui reſpuit celebrare feſtum ſuæ Conceptionis. Hactenus Pepinus Dominicanus Ebroicenſis. Quoniam quidem in ſuperioribus, comparationem Virginis cum Roſa protulit: illuſtrandæ eius rei gratia quod cecinit Sedulius presbyter Carminum lib. 2. circa exordia, ſubiiciam.

Facultas Pariſienſis Theologica.

B. Anſelmus in Epiſtola.

Sedulius preſbyter li. 2. Carminũ circa exordia.

Et velut in ſpinis, mollis roſa ſurgit acutis,
Nil quod lædat habens, matrémque obſcurat honore:
Sic Eua de ſtirpe ſacra veniente Maria,
Virginis antiquæ facinus noua virgo piaret.

Nunc Sannazarij, De partu virginis, lib. 1. Sententiam exponamus: qua oſtendit congruum decénſque fuiſſe: vt per Virginem Deiparam, ratione partus & prolis fieret Euæ virginis reparatio, per quam heu! nimium credulam, omnes in Adam perieramus.

Sãnazarius li. 1. De partu virginis.

Quúmque caput fuerit, tantorúmque vna malorum
Fœmina principium, lacrymáſque, & funera terris
Intulerit: nunc auxilium ferat ipſa modúmque,
(Qua licet) afflictis imponat fœmina rebus.

Sic ille. Aptè itaque dicitur de ea in themate, de qua natus eſt IESVS, qui vocatur Chriſtus. Sed Catharini interruptum diſcurſum vbi ſuprà, tempus eſt, vt continuemus ac proſequamur. De beata Virgine, inquit, Diuus pater Auguſtinus ita ſcribit: Inde ſcimus quòd ei plus gratiæ collatum fuit, ad peccatum ab omni parte vincendum, quæ illum concipere & parere meruit, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum. Sic ille. Scimus dixit, non opinor, nec ſcio, innuens hunc debere eſſe omnium Catholicorum ſenſum. Et declarans vnde hoc ſciret, ſubdit: Eò quòd concipere & parere illum meruit, quẽ conſtat nullum habuiſſe peccatum. Loquitúrne de actualibus tantum? Abſit. Hęc igitur ratio quę vtrumque peccatum & actuale & originale à Chriſto (de quo fiebat ſermo) excludit, vrget pariter, vt vtrumque à matre per

Catharinus 1. parte pro immac. Cõcep. virg.

D. Aug. cont. Pelag. De nat. & grat. ca. 36. to. 7.

illum

illũ excludatur. Si enim immunis ideò dicitur ab actuali, quia ipſa meruit ipſum cõcipere & parere qui venerit tollere actuale, cur non ab originali ſimiliter immunis dicatur, cũ illũ meruerit concipere & parere, qui debuit tollere etiam originale, imò ipſum maximè? Certè vrget prorſus hęc ratio. Decuit immunem eſſe ab omni prorſus peccato, quę meruit illum concipere, qui nullum omninò habuit peccatum. Denique accipe totus huius ſententientiæ rationem: Propter honorem Domini, inquit, cùm de peccatis agitur, de Virgine Maria, nullam prorſus volo habere quęſtionem. Nullam, prorſus, ἐμφατικῶτατῶς dictum. Ad honorem ergo Domini pertinet immunitas B. Virginis à peccato. Quod verò contradicentes aiunt, ſuſceptam ibi de actualibus tantùm cum Pelagio diſputationem, falſum eſt omnino. Siquidem prima ac maxima cum illis quęſtio reuera erat, De originali peccato. Nam de actualibus obiter ſermo, propter ipſum originale incidit: quod quidem peccatum negabat ille hæreticus, Pelagius videlicet?

Pręterea beatus Thomas, cùm Virginem matrem immunem ab omni actuali facit in tota vita, iſtam ſolummodò rationem affert: Aliàs, inquit, non fuiſſet idonea Dei Mater. At hęc ipſa ratio non minus virium habet contra originale peccatum. Ipſe enim corroborat eam rationem 4. mediis. *D. Th. 3. parte, q. 27. ar. 4. in corpore quæſt.*

Primum eſt, alioqui ignominia matris redundaret in filium. Secundum eſt, ſingularis affinitas, qua alligabatur cum filio, cui erat carnem datura. Quapropter longè ab ea debuit eſſe peccatum, quia ſcriptum eſt: Quę cõuentio Chriſti ad Belial? Tertium, ſingularis inhabitatio Chriſti in illa corporaliter. Vnde prędictum fuit: Non habitabit in in corpore ſubdito peccatis. Quartum, auctoritas illius ſcripturæ: Tota pulchra es, cuius implementum deſideraretur, niſi hìc in aliqua perſona verificaretur perfectè, cui adiungitur Eccleſię ſanctæ auctoritas in illo ſenſu ad beatiſſimam Virginem applicantis.

At hæ cunctę rationes non minus, imò magis concludunt de originali, quàm de actuali peccato (veniali tamen) cùm illud multò maioris ſit ignominię, & maiorem conſtituat affinitatem cum Belial, & magis ſubditum corpus reddat peccato, maioreque macula fœdet animam, Cùm faciat hominem iniquum, impium, impu-

 rum,

rum, Deo inimicũ, captiuum denique Diaboli & peccati: ad quod expiandum oportuit pati filium Dei & crucifigi. At nihil horum fit à veniali, quod ſtat cum pietate & amicitia Dei. Vltra, Eccleſia illa ſponſi vocem, Tota pulchra es &c. aptauit iam non ſolùm ad actuale peccatum, verumetiam ad originale: imò ad originale peculiariter, vt patet in diuino officio, ab ipſa Romana Eccleſia ante Trident. Concilium etiam ordinato, & in ſolemnem cultum recepto. Totum ordinem Minorum diuturno iam tempore, hanc de intemerata & immaculata virginis Deiparæ Conceptione doctrinam toto pectore amplexum eſſe ac tradidiſſe, quis ignorat? Omnes qui poſt Ioannem Scotum eiuſdem ordinis, (cuius laus quanta ſit in Eccleſia & meritò, ſoli praue affecti mente non conſpiciunt) omnes, inquam, qui in ſacra Theologia profecerunt, & cum laude ſcripſerũt, B. Virginis prærogatiuam tenuerũt ac tutati ſunt: Deinde Dionyſium Carthuſienſem ſuper 3. ſententiarum diſt. 3. producit Catharinus teſtem ſic ſcribentem: Horremus mulierem quæ caput ſerpentis erat contritura, quandoque ab eo contritam, atque Diaboli filiam fuiſſe, Matrem Domini fateri. Inſuper & Dominam Angelorum ſeruam fuiſſe peccati, atque amantiſſimam Dei patris filiam, quandoque fuiſſe filiam iræ. Auctoritates & rationes in contrarium adductæ faciliter poſſunt ſolui. Nam conſtat puriſſimam Virginem à multis ſacræ ſcripturæ Regulis, quæ vniuerſaliter promuntur, fuiſſe exceptam vt eſt: In dolore paries filios. Et multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. Item, non eſt homo qui non peccet. Et: puluis es, & in puluerem reuerteris &c. Nec alicui hoc mirum videatur, cùm piiſſimus filius nihil omiſiſſe credendus eſt, quod ad optimæ Matris ſuæ honorem ſpectabat, ſicut ipſe nobis iuſſerat honorare parentes. Contulit ergo matri ſuæ quicquid potuit ac decuit. Potuit autem eam præſeruare, & decuit eam præſeruari, & ideò eam præſeruauit. Nec in hoc filij derogatur excellentiæ: quoniam ipſe Dominus IESVS in peccatum originale incidere non potuit: MARIA autem potuiſſet, niſi præſeruata fuiſſet. Et matris honor refertur vtiq; in filium, à quo habet, quicquid habet. Hęc ille. Quid his poterat veriùs, quid elegantiùs, quid preſſiùs dici, & copioſiùs ad ſatisfaciendum omnibus contradicentium argumentis? Concilium Baſilienſe (quod fuit legitimum ab ini

Ordo F. Minorũ.

Ioannem Scotus.

Dionyſi' Carthuſianus li. 3. Sentẽ. diſt. 3.

Baſilieſe Cõciliũ.

ab initio) producerem, niſi quidam ad maledicendum promptuli, ſtatim obiicerent, quòd dum illud ſtatuit ac determinauit præfatum Concilium ſiue congregatio, erat acephalum. Illud interim animaduertendum, quod etſi non fuerit eo tempore ibi auctoritas Synodi, erat tamen auctoritas virorum Doctorum ac ſapientum. Nec parui eſt momenti Concilium illud (quod ad hanc determinationem pro immaculata Conceptione beatæ Virg. attinet) à nonnullis nationibus eſſe receptum: quòdque magnopere eſt conſiderandum, non reclamante ſummo Pontifice, & ſede Apoſtolica minimè reprobante. Fuit & vir ampliſſimæ auctoritatis Beatus Hildephonſus Hiſpanus, cuius verba Vincentius in ſuo hiſtoriali recitat: Beatiſſima virgo, inquit, niſi in vtero matris ſanctificata eſſet, minimè eius natiuitas colenda eſſet. Nunc autem quia ex auctoritate totius Eccleſiæ veneratur, conſtat eam ab originali peccato immunem fuiſſe, per quam non ſolùm maledictio Euæ matris ſoluta eſt, verumetiam benedictio omnibus condonata. Nullis ergo quando nata eſt delictis ſubiacuit nec originale peccatũ in vtero ſanctificata contraxit. Hæc ille, prout Catharinus exſcripſit. Ego conferens cum beati Hildephonſi Toletani Archiepiſcopi operibus, recens impreſſis, quæ ſuprà citata ſunt, comperi ſequentia, libro contra eos qui diſputant de perpetua virginitate S. Mariæ, & de eius parturitione, nunc primùm in lucem edito, operà F. Franciſci Feuardentij noſtri ordinis Pariſienſis Theologi anno D. 1576. apud Sebaſtianum Niuellium. Floruit autem præfatus ſanctus Hildephonſus, anno Domini 674. proindéque ante nongentes annos. Ibi ergo ſic habetur. Quomodo Spirituſancto virginem Mariam replente, non ſine peccato originali (ipſa) fuit, ex præſuppoſitione agit, cuius etiam Natiuitas glorioſa, Catholica in omni Eccleſia Chriſti, ab omnibus fœlix & beata prædicatur? Enimuerò, ſi non beata eſſet & glorioſa, nequaquam tam feſtiua celebraretur vbique ab vniuerſis. Sed quia tam ſolemniter colitur, conſtat ex authoritate Eccleſiæ, quòd nullis quando nata eſt ſubiacuit delictis, nec contraxit in vtero ſanctificata originale peccatum. Prænominatus amicus noſter Feuardentius hoc adiunxit ſcholion. Auctoritate Eccleſiæ conſtat beatam Mariam peccatum originale non contraxiſſe. Sequitur deinde in textu. Nullius igitur natiui

B. Hildephonſus, apud Vincentium ſpec. hiſtoriali.

F. Feuardentius. Minorita.

Nota valde.

tiuitas celebratur in mundo, niſi Chriſti & eius, atque B.Ioannis.Ioannis autem,quia & ipſe in vtero ſanctificatus legitur : Sic & beata virgo Maria, niſi in vtero matris ſanctificata fuiſſet, vt ſuprà vſque ad illud, verumetiam & benedictio omnibus condonatur. Ibi habetur & ſcholion. Peccatum originale nullum in beata Maria. Et poſt multa ibidem ſubditur. Virginem ab omni contagione primæ originis, (oportet) confiteri alienam. Hæc Hildephonſus,qui,vt cernis, & in præfatione eiuſdẽ Feuardẽtij,adnotatum comperies,B.Deiparæ puritatis,ſummus profeſſor & aſſertor fuit, qui Conceptionem immaculatam credit,& palam defendit:cùm eam ab omni contagione primæ originis alienam, imò totius Eccleſiæ auctoritate conſtare, eandem in matris vtero ſanctificatam,peccatum originis non contraxiſſe (quod bene notabis,& quomodo ſanctificata dicitur, quia ſcilicet à labe originali præſeruata fuit.Sic ego) ita definitè & apertè docet, vt Eccleſiæ auctoritati eos aduerſari neceſſe ſit, qui contrarium quomodocumque defenderint.Hæc ille.Rurſus Hildephonſus ſermo. primo,De purificatione ſanctiſſimæ Mariæ inſcripto, circa finem.Nullum,inquit peccatũ primæ originis,vt cruciaretur (in ſacro illo puerperio) viguit,in Maria virgine.Virgo concepit ſine ſemine, Virgo peperit ſine dolore, & gemitu, & permanſit fœcunda prole.Sic ille.Non præteribo,inquit Catharinus Fridericũ Nauſeam Epiſcopũ Viennẽſem? Hic enim manifeſtè Matris Dei priuilegium, abſque vlla titubatione defendit & prædicat.Hæc Catharinus.Ego verò,apud eum ita legi,in feriis glorioſiſſimæ Deiparæ Conceptionis prima Centuria.In re apud authores olim varia, ad ipſam ſanctam Eccleſiam (*vt olim Iudæi ad Synagogæ ſeniores*) curremus,quærentes ab ipſa,veritatis columna, 1. *Timoth.3.* Quo pacto diua virgo Maria ſit concepta,an vel, cum, vel ſine peccato originali? Certè, *quum charitas in re pia omnia credit* 1.*Cor.13.* Reſpondet *Cant.2. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Id eſt, etſi ex lege naturæ omnes filiæ humanæ ſpinoſæ,id eſt,in peccato cõceptę ſint, Maria tamẽ ſanctiſſima virgo,per legem gratię immaculata mãſit; haud ſecus atq; lilium inter ſpinas, quæ etſi ſint vel quãlibet horridæ, aſperæ, rigidæque,creſcit tamen ſubter ipſas ſine macula lilium ipſum ſpecioſiſſimum, nihil ſuæ virtutis amittens. Deinde ſubiungit : Per gratiam Dei omnipoten

F. Feuardentius ĩ præfatiõe B. Hildephõſi Archiepiſc. Tolet.

Idẽ Hildephonſus ſer. 1. De purificat. in fine.

Friderici Nauſeæ prima Cẽturia, Hom. 8. De ſanctis.

Deut. 17. & Act. 15. cap.

1. Tim. 3. cap.

1. Co. 13. cap.

Cãt. 2. c.

poten

potentis immunis fuit virgo Maria, tàm à peccato originali quàm ab actuali: *Nimirum quæ tota pulchra, Cant. 4. (vt canit Eccleſia) & macula in ea non fuit. Et ſanè ſicut lilium inter ſpinas, ſic ipſa inter filias reliquas, in peccato conceptas fuit.* Id quod piè cum Eccleſia credendum eſt, (ait ille vir pius æquè ac doctus) *tum quòd apud Deum non eſt impoſſibile omne verbum,* tum quia abſurdum eſſet credere Mariam fuiſſe aliquando in indignatione Dei, *quales fuimus nos, Epheſ. 2.* Quæ Dei mater fuit chariſſima. 3. Cùm ipſa fuerit ſpeciale Dei tabernaculum, ergo ſpecialiter præparandum, quale non fuiſſet, ſi ipſa in peccato originali extitiſſet. 4. Quia quod Deus facere potuit, & ipſum decuit, fecit. Sed Deus potuit præſeruare virginem Mariam & decuit, ideóque fecit. 5. Quoniam nulla dignitas erat ab ea auferenda Virgini conſona, qualis fuit à peccato originali præſeruatio. Quod verò ex aduerſo obijci queat, diſſoluitur reſpondendo, verum eſſe lege ordinata & naturali. Nec obſtat, quia indiguerit redemptore, nimirum quæ redemptore præſeruationis, non peccati indiguerit. Ea propter piè credamus & dicamus cum Eccleſia Baſileæ olim in Spirituſancto legitimo concilio congregata: Glorioſam virginem Mariam, præueniente & operante diuini muneris gratia ſingulari, nunquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato, ſed immunem ſemper fuiſſe ab omni originali & actuali peccato, ſanctámque & immaculatam. Háncque ſententiam tanquam piam & conſonam cultui Eccleſiaſtico, fidei Catholicæ, rectæ rationi, & ſacræ ſcripturæ, ab omnibus Catholicis approbandam fore, tenendam & amplectendam, proindéque rectè de ea dici: Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias, id eſt, quemadmodum ſpecioſum lilium inter ſpinas aculeatas, ſine labe & offendiculo naſcitur & creſcit: ſic amica mea (inquit Spiritus ſanctus) virgo Maria, inter filias, peccato originali, vel etiam actuali defœdatas, dono gratiæ meæ, ſine labe concepta & nata eſt, ſimúlque vitam puram egit.

Cant. 4. c. & 2. c.

Epheſ. 2.

Baſilienſe Concilium.

Hactenus Fridericus. Fuit & acutiſſimi ingenij (ait Catharinus) ac non vulgaris doctrinæ Dominus Nicolaus de Cuſa Cardinalis. Et hic in libro octauo Excitationum, hanc ſententiam vt piam & Catholicam adeò extollit, vt ferè nihil addi poſſe videatur. Sic Catharinus de illo. Ego autem reperi apud Nicolaum Cuſanum præfatum vbi

ſuprà.

Nicolaus de Cuſa Cardinalis lib.8. Excitationum, ex ſermone, Sicut liliū inter ſpinas; &c.

ſuprà. Ex ſermone, Sicut lilium inter ſpinas, quæ ſequuntur. Hoc, inquit, cedit ad laudem Dei & virginis Mariæ matris, quòd ipſa ſub principatu auctoris mortis, nullo vnquam tempore fuit, in qua vita debuit incarnari. Non indiguit Virgo liberatore, qui ipſam abſolueret à ſententia in Adam & in poſteros, ex voluptate carnis lata, cui nunquam ſubiacuit, quia præuenit ſuccurrere miſericordia, electæ matri miſericordiæ: qui concipitur & naſcitur liber, non indiget liberatore à ſeruitute, in qua nunquam fuit. Prælibératorem enim Virgo ſancta habuit, cæteri liberatorem & poſtliberatorem. Chriſtus enim ſic omnium liberator, quòd & Virginis liberator & prælibérator, cæterorum verò liberator & poſtliberator. Ipſa ſola poſt Adæ lapſum, non indiga, ſed plena originali iuſtitia, (interpretor de æquiualenti, nempe gratia infuſa, atque in Conceptu eidem collata) vt Eua, & multò magis creata fuit: Sicut Chriſtus ſecundum humanitatis naturam, in omni plenitudine iuſtitiæ multò magis quàm Adam creatus.

Sola ipſa electiſſima Dei mater hoc habet, quód in initio eſſendi, ſub ſeruitute maligni deficere nequiuit, puta: quod in creatione rationalis animæ in corpore, & in ſeparatione à corpore, in poteſtate maligni nunquam fuit. Sola igitur glorioſiſſima Virgo, non reperitur tempore vllo, peccato originali ſubiacuiſſe (Nota iſta) Anima eius creata, non in vmbroſo ex Adam corpore, indiguit luce vitæ, quæ copiosè creationi abſque mora vlla coaffuit. Non eſt Maria deleta de libro mortis, principis mortis; quia nunquam in eo ſcripta fuit, ſed inſcriptio eius, ex æterna præfinitione, antequam concepta, ad librum vitæ peruenit. Hucúſque Cuſanus. Et Rurſus lib. 5. Excitationum. Ex Sermone, cœlum & terra tranſibunt, Verba autem mea non tranſient.

Idē lib. 5. Excitationum, ex ſermone, cœlū & terra trāſibūt, &c.

Sic de Maria ſcripſit: Etſi ipſa concepta fuit ex virili ſemine, via propagationis ab Adam, & quantum ad ſuum initium indiguit liberatore, quia in Adam niſi liberentur aut præſeruentur, omnes moriuntur, vt in Chriſto omnes viuificantur: tamen ſicut anima eius rationalis, nullo tempore fuit, antequam eſſet corpori vnita, ita ipſa dum crearetur, ſancta creata fuit, ſic etiam quòd nulla duratione fuit verum dicere, Virginem fuiſſe ſub peccato. Secundum enim inſtans naturæ, ipſa ex Adam non fuit, vti

omnes, indigens gratia, quam aſſequuntur quando poſſunt, ſed non poſſunt, niſi prius ſint capaces, hoc eſt poſt infuſionem animæ, quæ ſola eſt capax gratiæ. Gratia igitur affuit ei in creatione, quando ipſa fuit capax eius: Ita ordine naturæ, non priùs fuit, vti omnes ex Adam, ſed aſſecuta eſt prius omnibus gratiam. Nam Ioannes Baptiſta, & Hieremias ſanctificati in vtero, citiùs ſanctificari potuerunt, Virgo autem non. Vnde in nullo inſtanti aut naturæ aut temporis, quod ſequitur inſtans naturæ, poſt vnionem animæ & corporis, fuit ſub peccato: Et cætera quæ ibi ſequuntur. Tandem ſubditur: Confuſa fuit, & in glorioſa Virgine, quando anima infuſa fuit, ſuperaddita gratia, quaſi ignis illuminans & ornans, & penitus non admittens fontem concupiſcenriæ. In aliis verò ſanctificatis, poſt animæ infuſionem, ſuperaddita eſt gratia, quaſi ignis conſumens & exſiccans fomitem concupiſcentiæ, & purificans atque expellens, contagioſam fœditatem. Sicut ſi vino in vas fœtidum infuſo, ſtatim pòſt ſuperueniret fragrans odor, omnem, vaſis fœtorem expellens. Nam ſicut anima, ſuperueniens poſt corruptionem materię, vnit ſibi ipſam, & efficit ſibi eam viuam, & corpus ab omni putrefactione fœda conſeruat, & ea recedente corporis vnitas ſoluitur, & putreſcit: Sic ſe habet gratia in anima rationali. Sic ille. Nihil profectò, ſolidius, nihil apertius pro immaculata Virginis Conceptione dici potuit. Trithemius autem præfatum Cuſanum vitã cum morte commutaſſe, vel potius ad meliorem vitam, ex hac ærumnoſa commigraſſe illum, ſub Friderico Imperatore 3. Anno D. 1464. ſcribit: De quo nunc plura non addam. Prænominatus Catharinus vbi ſuprà Magno, inquit, admirabilis Dei miraculo factum eſt, vt fratres noſtri (de Prædicatoribus ſiue Dominicanis ſermo eſt) imprudenter in celebratione huius feſtiuæ diei, huic doctrinæ noſtræ aſtipulentur, qui nomine ſanctificationis celebrant illum diem, quando animæ infuſio eſſe non poterat, & conſequenter nec ipſius ſanctificatio.

Trithemius.

Quare ergo illa die celebrant ſuam ſanctificationem; quam ſi Phyſicis credant, poſt duos ab ea die menſes veniſſe, id eſt, octogeſima die, à primo conceptu fateri debent? Ecce quomodo eos oportet, ſi congruè illa die celebrare velint, ſanctificationem carnis intelligere, quæ ad animæ ſanctificationem præparatio quædam fuit. Et

hæc

Nota Thomiſta.

hæc benè notabis tu Thomiſta (vt Caietani verbis vtar.) Notatione dignum eſt , duplicem eſſe Conceptionem, quarum prior eſt , dum in coëundo ſemina coaleſcunt in vtero ad generationem. Altera eſt,dum elapſis multis diebus infunditur anima, & fit homo.

Prior in ſcholis Conceptio ſeminum , poſterior verò Conceptio vocatur naturarum : quando anima , quæ eſt natura quædam ſiue eſſentia ſpiritualis , corpori debitè organizato (quod eſt materiale quid , ſiue natura corporalis) vnitur , ac infunditur : in prima Conceptione dum dicitur virgo ſanctificata , præſupponitur fuiſſe B. Virgo. Quod autem non eſt quomodo poteſt ſanctificari ? At in conceptu primo nondum exiſtebat, cùm nondum eſſet anima infuſa.Reſpondendum,quòd erat iam in eo, concepto ſemine aliquo modo,ſiquidem quod eſt ſic inchoatum,accipi ſolet perinde ac ſi eſſet. Talis eſt modus loquendi & frequens. Vnde quidam de obſcœna mollitie dixit. Quod perdis, homo eſt. Et B. Auguſtinus de iis qui concepti in vtero perduntur , ita ſcripſit : Aliquando euſque peruenit hæc libidinoſa crudelitas, vel libido crudelis, vt etiam ſterilitatis venena procuret, etſi nihil valuerit , conceptos fœtus intra viſcera aliquomodo extinguat,aut fundat,volendo ſuam prolem prius interire, quàm viuere.Prolem vocat,quæ nondum erat,niſi in ſemine. Sic exponit Catharinus.Ego vt de meo aliquid adferam , indicare volui vnde ſumptum illud ſit:quod perdis,homo eſt:hic mihi ex Martiali lib.9. epigram. 102. ad librum vſurpare liceat , & ad meum trahere inſtitutum, hoc diſtichon.

D. Aug. de nuptiis & concupiſcẽtia.

Martialis poëta li.9.epig. 102. ad librum.

Multum,crede mihi,refert,à fonte bibatur
Qui fluit,an pigro cùm ſtupet vnda lacu.

Idē Lib.9 Epig.42. in Ponticum.

Idem eodem lib.Epigrammate 41.In Ponticum,obſcœnè nimis ac mordaciter cecinit atque inuectus eſt , cuius hi ſunt duo poſtremi verſus:

Ipſam crede tibi naturam dicere rerum,
Iſtud quod digitis,Pontice,perdis,homo eſt.

Nunc Catharini pono intermiſſa verba : Hic conſidera, ait , quàm conuenienter ſacroſancta & veritatis Magiſtra Romana Eccleſia , & cæteræ totius orbis omnes Dei ſpiritu directæ,illum diem meritò colant, quo primùm concepta fuit ; quia præſeruationis illius eſt feſtum , quæ præſeruatio manifeſtata eſt , in ipſa fœtus ſanctificatione ab initio ſuæ conceptionis. Tunc enim inchoata eſt ſanctificatio

catio in carne, vt tum demum in ſpiritu terminaretur, & tempore ſuo conſummaretur. *Hanc arcam Dei ſemper benedictam, à diluuio aquarum (ſicut ſuam paradiſum) conſeruaſſe, iam minimè dubitandùm eſt.* Non enim diluuio interire poterat Henoch, id eſt, dedicatus, nec ſine loco manere poterat. Hic eſt Chriſtus Dominus noſter & Redemptor. Nec eſt ambigendum, quin virgo, ſublimiori ſanctificationis genere mundata ſit, quàm Ioannes & Hieremias. Sublimius autem genus ſanctificationis, oportet intelligere, quod à peccato præſeruat. *Gen. 7. c.*

Ergo ſicut Chriſtus immaculatus, ſic & mater eſt immaculata, quamquã aliter. Quia Chriſtus id ſuo iure habuit: Maria verò tanquàm precario, & ex gratia. Nulli autem dubium, quin totum ad gloriam laudémque filij pertineat, quicquid dignæ genitrici ſuæ impenſum fuerit, atque attributum. Quod ſi obieceris, Chriſtum eſſe omnium redemptorem, ac ſpecialiter B. Virginis Saluatorem, vt de illo ipſa profitetur in ſuo Cantico: Luc. 1. *Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Reſpondet idem Catharinus, vbi ſuprà intelligendum eſſe virginem à captiuitate redemptam, eam, inquam, captiuitatem, quam erat ex natura rei incurſura. Iſtud verò redẽptionis genus omninò maius eſt: Ego autem, inquit ille, (gratia ſit beatiſſimæ virgini) expertus ſum, qui cum eſſem à latronibus in itinere, cum tribus comitibus circumuallatus, ſolus miro modo captiuitatem de facto euaſi, tametſi comites illi capti & ſpoliati, poſtmodum dimiſſi fuerint, & propterea deteriore modo liberati. Hoc verò factum erga me, gratiæ ipſius Diuæ Virginis aſcripſi, cuius tum nomen deuotè in corde meo ab vrgenti periculo excitatus, inuocaui, vt me ita in eo diſcrimine redimeret, ſicut ego illam redemptam credidi. Gauiſus itaque ſum vehemẽter me alia protectione, quàm comites, à manu latronum liberatum. Nam vel ipſe Philoſophus meliorem fortunã diceret, eam qua malum imminens propelleretur, quàm qua malum adiacens expelleretur. Melior namque eſt medicina præſeruans, quàm quæ poſt incurſum morbum hominem ſanat. Sunt etenim duo officia medicinæ, alterum quo ſanatur infirmus, alterum verò, quo ſanitas cuſtoditur: ita ſunt duo dona gratiæ, vnum quod aufert carnis cupiditatem, aliud quod facit animæ perſeuerantem virtutem: Ita vt vterque indigeat medico, & qui eſt infirmus, vt infirmitas ſanetur, & qui poteſt *Luc. 1. c.* *Catharinus vbi ſuprà.*

D. Auguſtinus lib. de vera innocentia. poteſt infirmus fieri, vt ſeruetur in ſanitate. Quod ex B. Auguſtino in lib. de vera innocentia deſumptum eſt. Acutè, ſanè, hæc à Catharino propoſita ac reſoluta quiſquis fuerit piè erga ſanctiſſimam Deiparam affectus, illíque deuotus, exoſculatur, ſuſcipit, firmiter credit, conſtanter profitetur, & tota libertate poſt ſacroſanctæ Synodi Tridentinæ deciſionem, prædicat, nihílque hæſitat. Definit ſiquidem hæc S. Synodus hoc modo: Seſſione 5. vbi habetur Decretum de peccato originali concludendo. *Tridenti na Synodus Oecumenica Seſſ. 5.* Declarat hæc ſancta Synodus, non eſſe ſuæ intentionis comprehendere in hoc Decreto, vbi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam (nota diligenter) virginem Mariam, Dei genitricem: ſed obſeruandas eſſe conſtitutiones fœlicis recordationis Xiſti Papæ quarti, ſub pœnis in eis Conſtitutionibus contentis, quas innouat. *Nota ſedula.* Actum 1546. Iunij 16. Sãctum Concilium immaculatam appellat, quod etiam veneranda approbauit antiquitas. Obſerua, quòd per huius Decreti verba (vt ſcribit Philippus Diez Conc. 1. in feſto Concept.) poſſumus ſecurè fateri liberam fuiſſe virginem, & immunem ab vniuerſali illa D. Pauli ſententia, Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, in quo omnes peccauerunt.* *Philip. Diez Cõc. 1. in feſto Cõcept. B. Virg. Rom. 5. cap.* Item, Seſſ. 6. Canone 23. Si quis dixerit hominẽ poſſe in tota vita peccata omnia, etiam venialia, vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quẽadmodum de Beata virgine tenet Eccleſia, anathema ſit. *Cõc. Tridẽt. Seſſ. 6. cap. 23* Hinc prædictus Diez vbi ſuprà, colligit, quòd qui eã venialiter peccaſſe affirmaret, anathemate feriendus eſſet. *Nota.* Magna ſiquidem irreuerentia eſſet, dicere, quòd ex ea matre carnem Chriſtus aſſumpſerit, quæ veniale habuit peccatum. At cùm maius malum ſit originale peccatum, quàm veniale: conuenientiſſimè itaque dicimus omnibus caruiſſe, originali nimirum & actuali, mortali, atque veniali. *Epheſ. 2. Pſal. 50.* Veniale peccatum, non facit animam iræ filiam, vt originale: *Epheſ. 2. & Pſal. 50.* & tamen Eccleſia tenet (ſicut ſanctum atteſtatur Concilium Trident. prolatum & citatum) virginem venialiter non peccaſſe. quis igitur audeat eam originali labe infectam pronunciare? *Ariſtoteles in Topicis.* Si quod magis videtur ineſſe, non ineſt: & quod minus videbitur ineſſe non inerit. Ex Topicis Ariſtotelis. Et optimè ſequitur, ait idem Diez Concione 2. huius feſti, ex eo quòd peccato actuali caruerit, originali etiam caruiſſe. *Diez Cõcione 2. in hoc feſto, & Conc. 3. D. Aug.* Quod argumentum eſt D. Auguſtini, quo probat: Si Chriſtus

Redemptor

Redemptor noſter originale habuiſſet peccatum, actuale etiam habuiſſet: & ideò non habuit actuale, quia non habuit originale. Rurſus Concione 3. idem refert, quod de Germanis in hiſtoriis legitur, quòd cum pugnaturi erant, ſtabant à tergo vxores in curribus eos ad pugnam clamoribus hortantes. Eia viri fortes, pugnate fortiter. Vincite, ne nos Romanorum captiuas videatis. Quæ voces tantos illis animos addebant, vt cùm iam inclinaret acies, & propè vincerentur, facto impetu in hoſtes ruerent, & victoriam propè iam deſperatam reportarent, & hoc faciebant, ne eorum vxores in hoſtium poteſtatem captiuæ venirent. Nam quamuis ſcirent eas ſe redimere poſſe, ne tamen ea ignominia afficerentur, occumbere in acie liberi malebant. Quod ſi hoc gentiles faciebant, quid vnigenitum Dei filium facere æquum erat, ne eius mater (ne puncto quidem temporis) diaboli captiua eſſet? Sic noſter Philippus, non indicato loco vel ſcriptore, ex quo tam celebris de Germanis deſumitur hiſtoria. Ego interim, vt meum conferrem hac in materia ſeu argumento ſymbolum, volui vnam & alteram attexere hiſtoricam narrationem. Scribit Ammianus Marcellinus libr. 26. quomodo Conſtantij filia paruula, cum matre Fauſtina & in agminibus; & cum propinquæ acies ſtarent, lectica circumferebatur, vt pro imperiali germine pugnarent audentius. Sicut aliquando, ait idem, dimicaturi Macedones cum Illyriis, regem adhuc infantem, in cunis locauere poſt aciem, cuius metu ne traheretur captiuus, aduerſarios fortiùs oppreſſerunt. Quæ valdè affinis eſt, ſuperiori de Germanis hiſtoriæ narratio. Quod ſi, pro, quia, ab eiuſcemodi Gentibus, ne imperiale germen captiuum, néve rex infans poſt aciem collocatus, traheretur captiuus, tam acriter decertatum eſt, aduerſus hoſtes, tam ſtrenuè impreſſionem in contrarias acies ac phalanges fecerunt cordati milites Regi ſuo benè affecti: quid de filio Dei, erga matrem chariſſimam, ſacerrimam nempe θεοτόκον, æſtimare conuenit? CHRISTVM eius filium, illam nimirum, ne diaboli vllo temporis momento captiua vllo modo foret imprimis conſeruaſſe, ac prouidiſſe, vt in illa hoc compleatur elogium: *Ipſa conteret caput tuum*, Geneſ. 3. cap. Caput ſerpentis meritò peccati originalis macula & reatus, exponitur. Verè anima illa in originalem culpam, vt cæteræ omnes incidiſſet, niſi eius filius eam liberaſſet.

Ammia. Marcelli n°. li. 26.

Geneſ. c. 3.

C Vnde

Luc.1.ca. Vnde dixit ei S. Elizabeth. Luc. 1. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Vbi particula illa, Et,
Theophy- non eſt copulatiua, ſed cauſalis, vt ibi annotauit Theo-
lactus in phylactus, & ita ſignificat: Benedicta tu, quia benedictus
Luc. 1. c. fructus ventris tui. Sic namque ſcribit: Conſueuit ſcriptura coniunctionem, Et, pro, Enim accipere, vt hoc loco. Verùm in decadibus noſtris ſacris, Tom. priore, Homil. poſtrema, quæ eſt De virginis Annunciatione, fuſiùs id pertractauimus. Nunc vt ad finem pergamus, aliqua non pœnitenda hic congerere, operæpretium viſum eſt, vt abſoluta huius celebritatis immaculatæ Conceptionis, habeatur tractatio. Longiore verò Homilia, præter morem noſtrum hoc in opuſculo ſeruatum, vtendum duxi, vt multis noſtri ſeculi curioſis lectoribus, aliqua ex parte, pro virium noſtrarum modulo, ſatisfacerem. A Guaguino igitur annalium Francicorum haud inerudito ſcriptore dicendi exordium ſumam. Is in Carolo 6. lib. 9. hæc ſcriptiś conſignauit, quæ eo conſilio huc tranſcripſi, non maledicendi animo, vel vllo contentionis ſtudio, (Deus ſcit) verùm vt ante centum & octoginta annos vel circiter, in noſtra Gallia hanc de immaculata Conceptione ratam habitam, ac communibus deuotorum Francorum anteceſſorum noſtrorum ſuffragiis probatam ac receptam doctrinam euincam, & luce meridiana clariùs commonſtrem.

Guaguin⁹ in Carolo 6. Francorum rege lib. 9. fol. 185.

Sic itàque ſcribit prænominatus Guaguinus. Per hanc tempeſtatem Ioannes Monteſonus ordinis Diui Dominici, Theologus magni nominis doctor, ad populum de Diui Mariæ Virginis puritate concionatus: eam originali contaminatione, reliquæ humanæ propaginis inſtar, fuiſſe infectam diſſeruit: quem alter eiuſdem ordinis Theologus imitatus, cùm Rothomagi de re ipſa ſermonem haberet: Ego, inquit, niſi palàm oſtendero Chriſti matrem paternæ originis labem dum conciperetur contraxiſſe, Huetus appellari non recuſo. Eſt enim id apud Francos nomen ridiculũ. Eam ob rem diu in conſuetudine fuit, vt eius ordinis Fratres Hueti à pueris paſſim vocarentur. Diſcuſſa in præſentia Pontificis Innocentij ſeptimi, qui circa annum D. 1403. ſedit, & 2. annis Pontificatum adminiſtrauit: ante Baſilienſe Concil. 29. annis, veritate, procurante maximè Pariſienſi Schola: Monteſonus Pariſium redire, & quæ de virgine temerè prædicauerat retractare compellitur. Sic ille. Vides, quòd Papa coëgit prædicatorem illum immacula

Innocentius 7. ante Baſilienſe Cõcil. 29. an deceſſit, aut circiter.

immaculatam Deiparæ Conceptionem oppugnantem, recantare? Atque Pariſienſem Scholam id laudabili erga matrem Dei puriſſimam zelo, ſedulò ac gnauiter procuraſſe? Omnem denique populum illius temporis, (ne pueris quidem exceptis) id tanquam orthodoxum, & pietati conſentaneum dogma tenuiſſe? Virginem nimirum, abſque vlla peccati originalis culpa, labe, maculáve, conceptam fuiſſe? Qui verò oppoſitum tenuerint, patet ſatis, haud ſine publica contradictione, vulgíque offenſione & ſcandalo, auditos eſſe illos, vſque adeò inuiſa, & debilitata, & exploſa, ac quodammodò eiecta eſt penitus opinio aduerſariorum. Inter opera Magiſtri, 1557. Lutetiæ impreſſa ſub finem, pag. 421. & ſeq. habentur excerpta principalium articulorum tractatus cuiuſdam, contra errores F. Ioannis de Monteſono, ordinis Prædicatorum Pariſiis condemnati, pag. 425. Ex ſecundo principali, Propoſitio decima, hæc eſt: Non omnem hominem præter Chriſtum contraxiſſe ab Adam peccatum originale, eſt expreſsè contra fidem. Sic prænominatus. Cenſura autem ſubiungitur in hęc verba Hæc propoſitio damnatur, reuocanda tanquam falſa, ſcandaloſa, & piarum aurium offenſiua, & præſumptuosè aſſerta, non oſtante probabilitate quæſtionis. Vtrum Beata Virgo fuerit in peccato originali concepta? Vndecima propoſitio præfati Dominicani, beatam Mariam virginem & Dei genitricem non contraxiſſe peccatum originale eſt expreſsè contra fidem. Cenſura. Et hæc condemnatur, reuocanda tanquam falſa, ſcandaloſa, præſumptuosè aſſerta, & piarum aurium offenſiua.

In fine operũ Magiſtri ſentent. pag. 421. & 425.

Duodecima, tantum eſt contra ſcripturam ſacram, vnum hominem eſſe exemptum à peccato originali, præter Chriſtum, ſicut ſi decem homines ponerentur exempti. Cenſura. Et hæc condemnatur ſicut præcedens, reuocanda tanquam falſa, ſcandaloſa, præſumptuosè aſſerta, & piarum aurium offenſiua.

Tertiadecima, magis eſt expreſsè contra ſcripturam ſacram, beatam virginem non eſſe conceptam in peccato originali, quàm aſſerere ipſam ſimul fuiſſe beatam & viatricem ab inſtanti ſuæ conceptionis, vel ſanctificationis. Cenſura iſtius etiam ibi ponitur.

Ex tertio principali. Ex D. Thoma ponitur, quòd in ſecunda ſentent. ſimiliter in 4. tenet quòd omnis homo, præter Chriſtum, concipitur in peccato originali, & in primo

D. Thomæ varia & anceps nec ſatis ſibi conſtans ſententia ſeu opinio.

tenet quòd beata Virgo non fuit concepta in peccato originali, & tamen pars aduerſa, prædictus nimirum Dominicanus, aſſerit ſecundum, de immaculata virginis Conceptione, expreſsè eſſe, imò expreſſiſſimè, contra fidem, & ideò habet concedere, quod doctrina S. Thomæ, in hac parte eſt in fine erronea.

Nota quòd hoc argumentum eſt ad hominem (vt loquuntur) nempe contra Thomiſtam illum, virginis Deiparæ Conceptionem impugnantem: aduerſus quem Alma Theologica facultas Pariſienſis litem intentauit: vt plenius in opuſculo illo ad calcem Magiſtri ſententia. poſito, continetur, ad quod (ſi velis) recurrere poteris. Addo & iſtud, à doctiſſimo Caniſio libro 1. De Maria Deipara Virgine, capit. 7. obſeruatum, De ſcholis Catholicis, inquit, nihil attinet dicere, quæ libenter etiam imitantur Theologos Gymnaſij Pariſienſis, quos quidem in Europa, tot iam ſeculis maximè ſpectabiles & Doctorum vbique ſermone prædicatos commendatóſque videmus. Extat autem Decretum Scholæ Pariſienſis, quo planiſſimè definitur, quòd mater Domini Maria, per nullum inſtans vel momentum originali culpæ ſubiecta, ſed ſpeciali priuilegio, ab omni macula immunis fuerit præſeruata. Cuius Decreti obſeruandi Pariſienſes tanto ſtudio, tantáque religione tenentur, vt in ordinem Theologorum cooptari neminem ſinant, niſi ſanctè iurantem, ſe in aſſerenda virginis Matris illibata Conceptione conſtanter perſeueraturum. Sic Caniſius. Idem rurſus, capit. 10. lib. 1. De Maria Deipara circa finem capitis, illud profert, quòd Mahometani, quantumuis Chriſtianæ religionis expertes, conſtanter affirmant: Multi perfecti fuerunt ex viris, nulla perfecta vnquam ex mulieribus, niſi Maria, mater Yſæ (ſiue, IESV) Sicut Ebumuce ex Mahomet Propheta (ſcilicet) cognouit. Non quòd cuiuſuis Mahumetanæ doctrinæ authoritate nitamur, abſit ſtulta perſuaſio, vanitáſque pudenda: ſed Pauli ſectamur exemplum, qui vanorum & impiorum Poëtarum, vt Menandri, Epimenidis, & Arati dicta ſuis Epiſtolis miſcuit. Et obiter hoc vno Turcarum exemplo indicatum volumus, Sectarios in opiniones tam abſurdas incurrere, vt qui à Chriſtiana religione, non tamen à rationis lumine ſunt alieni, commodius aliquando ſentire ac minus à verò aberrare, & de iſtorum etiam ſtultitia pronūciare poſſe videantur

Caniſius lib. 1. c. 7. De Maria Deipara Virgine.

Caniſius li. 1. c. 10. De Deipara circa finem.

Mahumetani.

videantur. Ac rectè docet D. Hieronymus in Epiſtola ad Magnum oratorem, Eccleſiæ candorem, ſecularium literarum ſententiis & exemplis, id eſt, Ethnicorum ſordibus, non pollui: quum & nonnulla in libris Moſaicis atque propheticis de Gentilium ſcriptis aſſumâtur, & Paulus apud Athenienſes in Martis curia diſputans, Aratum teſtem adducat. Sic apud Caniſium hactenus.

D. Hieronymus Epiſtol. ad Magnũ oratorẽ.

Memoria digniſſimum eſt, quod Bernardinus de Buſtis ordinis noſtri, in officio Conceptionis immaculatæ à ſe edito, & à Sanctiſſimo D. N. Xiſto 4. Pontifice maximo ex eodem ordine ad Apoſtolatus apicem aſſumpto, approbato & confirmato, anno D. 1480. Lectione 4. eiuſdem officij ita notauit. Quodam tempore Religioſi quidam in tãtam Conceptionis altercationem proruperunt, vt ordinis minorum fratres Hæreticos affirmarent, quia Dei genitricem ſine originali macula conceptam ſuis in prædicationibus proteſtabantur. Ea de re Apoſtolico iuſſu in Pariſiẽſi ſtudio publica diſputatio peracta eſt. Ad quam dicti accuſatores, cum innumeris penè ordinis eorum Doctoribus cõuenêre. Dominus verò noſter IESVS Chriſtus, ad protegendam dilectæ matris dignitatem, Scotum ordinis minorum Doctorem eximium, ad ciuitatem illam protinus deſtinauit, qui aduerſariorum fundamentis argumentíſque omnibus inconuincibili ſermone confutatis: ita Conceptionis Dominæ innocentiam clariſſimè comprobauit, quòd omnes illi fratres ſubtilitatem eius plurimum admirati, obmuteſcentes in diſputando defecêre. Quapropter opinio Minorum à Pariſienſi ſtudio illicò approbatur.

Bernardinus de Buſtis, in Marial., lect. 4. officij de Concept. Mariæ.

Scotus verò Doctor ſubtilis propter hoc appellatus, victor ad altiſſima veræ Sophiæ ſtudia remeauit. Illi autem tam multi accuſatores à pauciſſimis ſuperati, obſtupeſcentes receſſêre. Hæc ibi. Idem autem, lect. 7. De Homilia, Octauæ diei Concept. eiuſdem virg. ſic ratiocinatur. Si B. Virgo Maria originali fuiſſet vitio maculata, non poſſet dici ſimpliciter virgo.

Scot⁹ cur doctor ſubtilis appellatus.

Quia ſicut per luxurioſam commixtionem corrumpitur caro: ita anima per peccatum. Si ergo originalis infectio glorioſæ Dei genitricis animam ſordidaſſet, Virgo non eſſet ſimpliciter, ſed ſecundum quid tantummodò nuncupanda. In contrarium autem canit Eccleſia: *Sancta & immaculata Virginitas.* Ergo concluſio veriſſima. Sic ille.

Bernard. de Buſtis Octauæ diei Concep. Lect. 7. De Homil.

Eccleſia.

Addo, *vt ſi virgo ſancta corpore, & ſpiritu: qualem 1. Corint 7.*
1.Cor. 7. *deſcribit Apoſtolus*, vt eſt intemerata virgo, & porta clauſa, fónſque, ſignatus, ac liber ſigillatus (quoad integritatem carnis) ſic eſt impolluta, atque immaculata, & abſque næuo originalis culpæ, (quoad virginitatem, & integritatem puritatémque Spiritus ac animi virginitatem pertinet) Si corruptio carnis dedecet matrem Chriſti, quanto magis ab omni macula peccati eius anima immunis eſt, & aliena cenſenda? cùm maior ſit puritas mentis, quàm carnis, ac compertum eſt; Deum plus diligere puritatem mẽtis, quàm corporis, quia omnes illã tenentur habere, non autem corporalem. Quibus præſuppoſitis, Dico quòd cum Deus elegerit integritatem & puritatem vteri virginalis, quem nunquam voluit pollui: ſed ſemper intactum ab omni pollutione ſeruari: Ergo à fortiori credendum eſt, ipſum elegiſſe in virgine puritatem internam animæ eius innocentis. Virgo autem erat, Deipara, non ſolum corpore, ſed & mente, quod falſum eſſet, ſi anima eius per peccatum originale eſſet fornicata. Abſurdum planè eſſet dicere, matrem Dei ſolùm virginem eſſe quoad corpus, & non quoad animam. Nam ſicut anima eſt dignior corpore, maior etiam iniuria ei fieret, ſi pollueretur, quàm ſi corpus macularetur: Cùm iniuria æſtimetur tanto acrior,
Bern. de quantò dignior eſt res cui irrogatur. Et proinde ſi viliori
Buſtis in parti, id eſt, corpori datum eſt priuilegium virginitatis, à
Mariali fortiori debet eſſe conceſſum nobiliori, videlicet, animę.
ſer. 8. de Idem Bernardinus de Buſtis ſermo. 8. de Concept. parte
concept. ſecunda eiuſdem, producit Decretum Baſilienſis Concilij,
part.2.e- pro Conceptione Deiparæ immaculata, Datum anno Do-
iuſdem mini 1439. 15. Kalend. Octobris. De quo extat Romæ, in-
ſerm. Ex quit ille, Bulla plumbata & authentica, atque nunquam
Conc. Ba reuocata.

ſilienſi, Determinauit quoque vniuerſitas Pariſienſis, anno Do-
& deter mini 1383. Mariam Matrem Domini, per nullum inſtans
minatio- vel momentum Originali culpæ ſubiectam, ſed ſpeciali
ne vni priuilegio ab omni macula immunem fuiſſe præſeruatam.
uerſita- tam. Hæc ibi. Idem iterum, ſermo. 6. De Conceptio. parte
tis Pari- ſecunda eiuſdem. Priuilegia, ait, noui Teſtamenti exce-
ſienſis. dunt vetuſta ſiue antiqua. In principio autem ſiue mundi
Idẽ ſer.6 exordio, fuit vna mulier ſine peccato, in ſtatu innocentiæ.
par.2. e- Ergo decuit ſimiliter vnam in noui Teſtamenti primor-
iuſdem. diis immaculatam exiſtere virginem, & totius peccati

exper

expertem,in ſtatu gratiæ.Item, ſicut Chriſtus comparatur ad Adam,ſecundum humanitatem,1.*Corinth.15.Primus homo de terra terrenus,ſecundus homo de cœlo cœleſtis,&c.* *1.Cor.15. cap.*

Sic mater Domini ad Euam in ratione excedentis ſimpliciter,quantum ad omnem innocentiam. Ergo, &c. Iterum,ſermon.4. De Conceptione.parte tertia eiuſdem. Petrus de Candia, ex ordine Minorum ad Pontificatum ſummum euectus,& Alexander quintus denominatus immaculatam virginis conceptionem approbauit in 3. ſent. diſtinct.3.& exiſtens in Pontificatu hanc opinionem dicitur terminaſſe in ciuitate Piſarum:anno D.1411.atque ſtatuiſſe vt ab omnibus teneri deberet. Vnde magiſter Ioannes Varzo (qui fuit Magiſter ac præceptor Scoti)in 3.ſentent. diſtinct. 3. inquit, Sanctiſſimus Dominus Papa Alexander 5.approbauit opinionem Minorum quoad immaculatam virginem Conception. Sic ibi.Concludo itaque, horrendum eſſe piis auribus atque à vera pietate maximè alienum,dicere B. Virginis animam,fuiſſe vnquam, cæterorum hominum inſtar, iræ filiam, aut Deo exoſam, ob peccati labem & culpam, Vel,diſplicuiſſe aliquando oculis diuinæ maieſtatis. *Itē ſerm. 4.par. 3. eiuſdem.* *Alex. 5. ex ordine minorum ad ſummũ Pontificatum aſſumptus.*

Non ergo peccato originis actualiter vnquam ſubiacui,ſed ab eo exempta, præuenta, atq; præſeruata fuit.Et quod mirabilius eſt,Dicunt Iudęi,(vt infrà annotabimus) quòd Meſſię mater debet eſſe ſine peccato originali,id ſatis innuunt & adumbrant heroinæ illius ac Viraginis Iudith,& alterius cuiuſdam fœminę,(de qua Iudicum c. 9.) præclara facinora.De priore dictum eſt: *Vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo regis Nabuchodonoſor.* Iã Holofernes iacet,& caput eius non eſt in illo. Domus Nabuchodonoſor, infernus eſt, qui pudefactus ac confuſus eſt, quia eam (Mariam nimirum,per Iuditham figuratã,)omnes Tartareæ virtutes inquinare nequiuerunt. Peccati caput abſcidit B.Virgo,caput contriuit ſerpentis. Ad oſtium turris(quod eſt conceptio virginis)Abimelech,id eſt, Diabolus flammas originalis culpæ iniicere niſus eſt : Sed vna mulier (Virgo ſingularis) nulli nempe comparabilis,lapidem molarem,id eſt, Chriſtum, concepit in vtero, & iecit in Satanam. Quid plura? Deficeret me tempus enarrare ac explicare volentem ſimiles ex Sacris Bibliis depromptas figuras, in Theſaurum præconiorum Deiparæ auguſtæ,ac perpetuæ Virginis Mariæ accumulandas. Su- *Iudic.ca. 9.*

pereſt hoc vnum ac reliquum eſt, vt obiectiones aduerſariæ partis breuiter diluamus ac diſſoluamus. Chriſtus, inquiunt aduerſarij, vniuerſalis eſt redemptor. Ita namque in hymnis ſancta concinit Eccleſiá. *Chriſte redemptor omnium*, &c. At verò, redemptio præſupponit culpam ſiue captiuitatem. Cùm igitur virgo actualem non habuerit, ab originali ſaluatam eſſe ac redemptam dicere neceſſe eſt. Reſpondeo per diſtinctionem. Siquidem duplex eſt redemptio, Vna ſubleuatiua, Altera præſeruatiua, & hæc illa longè nobilior eſt, atque præexcellit. D. Bernardus ſer. 22. in Cantica Salomonis. Qui erexit, ait, hominem lapſum, dedit ſtanti angelo, ne laberetur, ſic illum de captiuitate eruens, ſicut hunc à captiuitate defendens: Et hac ratione fuit vtrique redemptio, ſoluens illum, & ſeruans iſtum. Sic Diuus Bernardus. Maria ſanctiſſima excellentiſſimè redempta fuit, per præſeruationem à caſu, non per ſubleuationem poſt lapſum, quia nunquàm cecidit, ſed ne in via lubrica caderet, filij ſui merito præuiſo ſuſtentata eſt, & manu Domini magnificè ac glorioſè confortata. Sic & nos pretioſo Chriſti ſanguine, à morte ęterna, in eum ſenſum redempti dicimur, non quia actualiter ipſam æternam mortem perpeſſi, Chriſto vindice & aſſertore de illa erepti ſimus, ſed ne laberemur, & in æternam incurreremus damnationem (ob peccati demeritum) præſeruati ſumus. *Sic ait Dauid, Pſalm. 85. Eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* qui locus eſt damnatorum. Quomodo hoc fieri poſſit, cùm *de inferno nulla ſit redemptio? ſicut ex Iob colligit ſancta mater Eccleſia.* Niſi dicatur, (& ita dicere neceſſe eſt) id ſic intelligendum, præſeruaſti me, ne caderem, propter homicidium & adulterium perpetratum, & alia crimina mea, in gehennam, prout demerueram. Sic & apud Eccleſiaſticum, dicitur, de patre filium corripiente: quòd virga percutiens filium, Animam eius de inferno liberabit, non quòd ibi actu ſit, vel antea fuerit, ſed per paternam diſciplinam & correptionem pręſeruat de inferno filium. Si inſtent aduerſarij. 2. *Corint.* 5. *Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt, ait Apoſtolus.* Qui omnes dicit, neminem excludit, Ne virgine quidem excepta, omnes igitur in peccatis inuoluuntur. Omnes in Adam peccauerunt. Reſpondeo. Tritum eſt ac omnium ore circumfertur illud: Nulla eſt tam generalis regula, quæ exceptionem aliquam non patiatur. Et vnius priui

Hymni Eccleſiaſtici. *D. Bernardus ſerm. 22. ſuper Cãtica.* *Pſal. 85.* *Eccleſia.* *2. Cor. 5.*

priuilegium,non tollit vel abrogat legem. Iure autem ac meritò,à communi omnium lege & ſtatuto,eximitur, eſtque priuilegiata ſanctiſſima Deipara, vt ſuprà fuſius tractatum eſt. Adde quod Diuus Anſelmus ibi diſertis verbis id aſſerit dicens:Omnes mortui ſunt in peccatis,nemine prorſus excepto, dempta matre Dei,ſiue originalibus, ſiue etiam voluntate additis,vel,ignorando, vel, ſciendo nec faciendo quod iuſtum eſt. Sancti Ambroſius & Cyrillus,quos ſuprà retulimus, imò, & Diuus Auguſtinus ſanctiſſimam Deiparam, cùm de peccatis agitur, ſemper volunt exceptam.Imò & Iudæi,referente Galatino, lib.7.ca. 2.Pro immaculata virginis Conceptione, ſententiam dixerunt:Amore IESV & Mariæ, Deus mundum creauit, aiunt illi,ex Rabbenu Haccados(Magiſtrum noſtrum ſanctum interpretatur)& ex Rabbi Anchelos,in Gloſſa Chaldaica, ad illud Geneſ.1. Propter ſapientiam creauit Deus cœlum & terram,hoc eſt,Galatino interprete,amore intemeratæ virginis (quæ eſt mundi ſapientia) creauit Deus cœlum & terram: vel amore Meſſiæ filij ſui,cui in diuinis ſapientia attribuitur. Non ſolùm autem totus mundus amore beatiſſimæ virginis conditus eſt, ſed etiam ſuſtentatur. Mūdus enim ipſe ob noſtras prauas actiones, nullo pacto conſiſtere poſſet,niſi ipſa glorioſa Virgo, eum ſua miſericordia & clementia, pro nobis orando ſuſtineret. (Quidpiam ſimile apud Venerabilē Bedā,in quodam ſermone de eadem virgine me legiſſe memini.)Ex his etiā ſequitur,ipſam & filium eius,ab Adæ peccato omninò immunes fuiſſe.Rurſus,cap.4.idem Galatinus ſic concludit: Non obſtantibus igitur Doctoris ſancti argumentis, remanet in ſuo robore concluſionis priſcorum Thalmudiſtarum veritas,De immaculata beatiſſimæ Matris Meſſiæ Conceptione.Sic ille.Tempus eſt,vt tā prolixæ tractationi (ne tædio Lectorem afficiam)imponam: Eandem intemeratam virginem(vt ex Liturgia D.Ioan. Chryſoſtom.Leone Tuſco interprete, habetur in laudem genitricis) Quoniam omnibus facturis pręſtantior exiſtit, collaudare dignè non valentes,gratis illam efflagitemus, vt miſereatur noſtri.Hoc eſt, à Chriſto filio ſuo nobis miſericordiā imploret atque impetret, cum ſancta Dei Eccleſia ſimul rogantes:Dignare me laudare te virgo ſacrata:Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.Immaculatam Conceptionem tuam malignè impugnantes, aduerſus id quod de te, ô

D.Anſelmus in 2. Cor.5.c.

Galatinus Frāciſcanus li.7.ca.2.

Rabbenu Haccados.

Rabbi Onchelos in Tharгum.

Gen.1. verſu.

Beda Venerabilis in quodā ſermone de B.Virgin.

Galatinus. c.4. prafati libr.

Ex Thalmudiſtis.

Liturgia Chryſoſtomi Leone Tuſco interprete.

ſanctiſſima atque immaculata virginitas,) Pſalmographus pulchrè ac eleganter cecinit: *Quaeretur peccatum illius, & nō*
Pſa.9.circa finē. *inuenietur: Tota ſiquidem pulchra eſt, & macula non eſt in te.*
Cāt.4.c. *De qua datus eſt* IESVS, *qui vocatur Chriſtus, ille per virgi-*
Mat.1.c. *nem matrem, immaculatè hauddubiè conceptam,* cōcedat no-
Eccleſia. bis *ſalutem, & pacem. Nos cum prole pia benedicat virgo Ma-*
Verſus. *ria.* Amen.

HOMILIA XXXI. DOMINICA TERTIA Aduentus.

Miſerunt Iudaei ab Hieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es? Et confeſſus eſt, & non negauit: & cōfeſſus eſt, Quia non ſum ego Chriſtus, &c.

IOAN. CAP. I.

LEgationem pompaticam & cum apparatu, ad Ioannem Baptiſtam mittunt Iudaei, an ſit ipſe Chriſtus exquirētem (cuius hîc noſter Euangeliſta Ioannes meminit) vt amplius conſtituat, quod de eodem Baptiſta, paulò antè dixerat: *Non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Et lux vera, quae illuminat* Ioan.1.c. *omnem hominem, venientem in hunc mundum.* Cognoſcitur verò aliqua legatio magna eſſe, ex eo quòd magnus eſt, qui eam mittit. Locus item magnus eſt, ex quo mittitur. Perſona etiam ipſa magna eſt, quae legatione fungitur, is inſuper inſignis & eximius habetur, ad quem legatio ipſa mittitur. Res denique, de qua legatio fit, non parui eſſe cenſetur momenti. Iam, inſignes erant, qui eam legationem mittebant, Nempe Iudaei, è ciuitate ſancta ac regia emiſſi nimirum, ab Hieroſolymis. Qui verò ipſa fungebantur legatione, praeclari viri erant, Sacerdotes videlicet ac Leuitae, primores vtique populi. Deinde, ad Ioannem Baptiſtam, clariſſimam ſanè perſonam mittebantur.

Tum demum, res quæ nuntiabatur, maximi erat ponderis ac momenti: An ſcilicet ipſe eſſet Chriſtus: Vbi obſerua, Diuum Ioannem tanta virtute fulſiſſe, tanta vitæ potius Angelicæ quàm humanæ puritate enituiſſe, tanta denique integritate ac ſanctitate ab omnibus commendatum fuiſſe, vt abſque vllis miraculis, (*Ille ſiquidem dum hic viueret, nullum ſignum fecit*) tantam de ſe apud Iudæos excitarit admirationem, tantámque ſui nominis opinionem longè latéque ſparſerit, per vniuerſam Iudæam, vt ipſum Meſſiam in lege promiſſum eſſe poſſe exiſtimarint, eámque ob cauſam interrogatum à legatis deſcribat Euangeliſta: *Tu quis es?* Patet autem ex eo quod reſpondit, Non ſum ego Chriſtus. Legatos hunc illi honorem detuliſſe, Meſſiæ nimirum, ſi acceptare non recuſaret. Adeò magna erat apud omnes de Ioanne opinio, quod *Luca Euangeliſta, cap. 3. verbis, facilè ſuadetur, ait enim. Cogitantibus omnibus de Ioanne in cordibus ſuis, ne forte ipſe eſſet Chriſtus.* Non vt ad Chriſtum contemptibiles, mittunt, nimirum, miniſtros & Herodianos, ſed Sacerdotes & Leuitas, ex Hieroſolymis, hoc eſt, honorabiliores. Sic enim Iudæis exprobrauit Chriſtus, Ioan. 5. *Vos miſiſtis ad Ioannem, & voluiſtis ad tempus exultare in luce eius, id eſt, obtuliſtis ei honorem Meſſiæ.* Verùm, Non ſine admiratione quæritur hoc loco, Cur tàm exactè, adeóque ſolemniter, rogant iſti de Ioanne Baptiſta. *Ioan. 10.* *Luc. 3. e.* *Ioan. 5. e.*

An ſit Chriſtus? Cùm nec minimum ſignum eorum, quæ Prophetæ de Meſſia prædixerunt, illi conueniat? Non enim ille ex tribu Iuda ortus eſt, Non ex matre virgine & puella, natus eſt, Nec in Bethlehem, ſed in Montanis Iudææ naſcendi locum habuit: Non adoratus à Magis, non vocatus ex Ægypto, ſed ex deſerto, nullis clarus miraculis hominibus innotuit, ſed baptizando in aqua ad pœnitentiam omnes conuocauit, & ad Chriſtum, (qui in aqua & Spirituſancto baptizat) præparauit: Ille de tribu ſacerdotali, ex matre ſterili & anu natiuitatem ſortitus, à teneris vnguiculis Eremum petiit.

Tunc vltrà mirari ſubit, Cur Phariſæi, homines minimè boni, ſed multis nominibus in Euangelio malè audientes, hominem tam ſanctum, illorúmque moribus omninò diſſimilem, ac planè *contrarium, qui eos genimina viperarum, tanta cum libertate appellabat*, vellent interim Ioannem vt Meſſiam & prælatum recipere? Reſpondeo, *Luc. 3. e.*

Tantam

Tantam fuiſſe Phariſæorum ſuperbiam, ac publicæ exiſtimationis deſiderium, vt plus in iis potuerit, opinionis ſanctitatis ſibi apud populum & plebem hoc nomine conciliandæ & comparandæ ſpes, quàm Diui Ioannis ſeueritatis ac integritatis apprehenſio & timor. Atque ita, quoniam à populo ſe haberi ſanctos exiſtimabant; ſi talem ſibi Meſſiam deligerent, legatos in eum finem ad eum miſerunt. Conſidera (amabo) quàm vana ſit noſtræ mortalitatis conditio. Ad Ioannem miſerunt, ad Chriſtum verò nullos deſtinarunt legatos.

Quòd ſi dixeris, Eò factum, quia nondum Chriſtus inclaruerat, quippe qui ignotus tunc temporis erat, ſicut & in præſenti habetur Euangelio: *Medius veſtrum ſtetit,* (*aiebat de Chriſto idem Ioannes*) *quem vos neſcitis, &c.* Sed quid poſt hoc adeò celebre Ioannis de eo teſtimonium? Non ſum ego Chriſtus. Qui autem poſt me venit, ante me factus eſt, mihi haud dubiè prælatus, Cuius non ſum dignus corrigiam calceamenti ſoluere, &c. quid poſt miraculum in Cana Galilææ editum? poſt miraculum aliud in Capernaū nobiliſſimo Galilææ emporio, (*de quo Matth. 8. & Luc. 7.*) Cur obſecro, non ſe flexerunt Iudæi, vt ſi non aliam, ſaltem illam facerent legationem, quam Ioanni deſtinarunt? Nullam equidem cauſam inuenio, niſi quòd vanum & ſuperbum eſt humanum ingenium. Indignabantur, ſanè, ſe ſubdere Chriſto, & affectabant ſe ſubijcere Ioanni.

Ioan. 1. c.

Ioan. 2. c.

Matt. 8. & Luc. 7. ca.

Chriſtum quippe vilem putabant, fabri filium illum reputantes, Ioannem verò magnatem, & magnatis filium. Itaque vt vmbratiles, veritatem ſpernebant, & vmbras amabant. Veritatem, inquam, nihili ducebant, at quod ipſi confinxerant mendacium, pluris faciebant. Cæterùm, is ipſe Baptiſta, quam Iudæi prætermiſerunt, Chriſto fecit, & ad illum direxit legationem, mittens duos ex diſcipulis ſuis (vt ſuperiore diximus Dominica) ſciſcitaturos, Es tu, qui venturus es, an alium expectamus? Hoc loco ſubit animum meum recordatio Æſopici canis, qui carnis vmbram in aqua apparentem perſequutus, cùm veram carnem eſſe putaſſet, illam mordicus comprehendere adnitens, veram ac ſolidam carnis ſubſtantiam, quam tenebat, diducto ore ac hianti, in profluentem aquam, cadere permiſit ſicque ea caruit, vmbrâ ſolâ potitus. Quæ Æſopica fabula, omnibus, vt opinor, peruulgata, Iudæis iure

Fab. Æſopica.

optimo

optimo adaptari poteſt, qui ſolam vmbram Meſſiæ conſe-ctati, ipſum verum Chriſtum abiecerunt, ſolo Ioanne(qui tantùm præcurſor regis, non autem rex ipſe, vox tantùm, non etiam ipſum verbum, lucerna, non autem ipſa lux erat indeficiens) contenti eſſent; nec Chriſtum ipſum curaſſent, ſi delatum ſibi Meſſiæ honorem Ioannes acceptare voluiſſet. Interrogant igitur Iudæi, Tu quis es? Verùm enimuerò, cùm Ioannes Baptiſta eſſet illis quàm notiſſimus, atque eius natales illis eſſent celebres, Luc.1. *Factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorum, & ſuper omnia montana Iudæa diuulgabantur omnia verba hæc, &c.* Non ergo congruens eſſet interrogatio, Tu quis es? Si enim mihi notiſſimum hominem interrogarem, Tu quis es? qui me illum deridere potiùs, quàm verum ab eo exquirere velle non arbitraretur, & meritò? huiuſmodi namque interrogatio, ad ignotas perſonas defertur, vt ex illa innoteſcant. Baptiſta autem ex natalibus etiamnum notus erat, & baptiſmatis nouitas illum fecerat illuſtriorem. Eò igitur ſpectat legatorum interrogatio, Tu quis es? An ipſe ſcilicet eſſet Chriſtus à Iudæis expectatus? Hoc namque exquiſierunt. *Luc.1.c.*

Adhæc, ſi de perſona Ioannis ſolùm, non etiam de Meſſiæ honore, interrogaſſent legati, prompta erat reſponſio: Ego ſum Ioannes Baptiſta. Vnde Euangeliſta non dicit, legatos interrogaſſe Ioannem: Tu quis es? Sed duntaxat ait, quòd miſſi ſunt vt interrogarent Ioannem quiſnam eſſet? Itaque docet Euangeliſta his nunciis iniunctam fuiſſe legationem, ſuper quæſtione hac, quiſnam eſſet Baptiſta? At non inquit legatos hoc interrogaſſe, ſed ſolùm reſponſionem exponit Baptiſtæ, confitentis ſe non eſſe Chriſtum, vt ex reſponſo, qualis fuerit interrogatio diſcamus.

Confeſſus eſt ſe non eſſe Chriſtum, ait Euangeliſta, *Confeſſus eſt, & non negauit*, quaſi dicat. Et affirmauit, Equidem non negare, eſt affirmare, & confeſſus eſt, nempe tertiò, Non ſum ego Chriſtus. Igitur ter affirmat ſe nō eſſe Chriſtum, vt ex hac trina confeſſione diſcamus, Baptiſtam vehementiſſimè affirmaſſe, ſe non eſſe Chriſtum. Nam quæ valdè volumus aliis intimare, illa repetito ſermone, ad auxeſim ſiue exaggerationem & amplificationem inculcamus. Hinc promptū eſt colligere hos legatos multis prætendiſſe Baptiſtam pertrahere in eam confeſſionem, vt ſe

Chriſtum

Chriſtum ac Meſſiam profiteretur: Quandoquidem Baptiſta tei repetita confeſſione, negat ſe eſſe Chriſtum, ſæpè repetendo veram confeſſionem, vt illorum retunderet moleſtam & importunam interrogationem. Neque putes, velim hoſce legatos Ioannem nudè interrogaſſe, quin potiùs hoc orationis cõtextu legationem iſtam exorſos crediderim. (Ita namque Michaël de Palacio Granatenſis, eruditus Theologus, ſuper Ioannem, ad præſens Euangelium adnotauit) Magiſtratus Hieroſolymitani, admodum venerande nobis Baptiſta, ſcientes te prænuntiatum eſſe ex Angelico oraculo, & ſcientes te cœleſtem potiùs quàm humanam agere vitam, ſcientes inſuper tempora à Daniele definita, de Aduentu Chriſti iam impleta: ad hæc apud turbas fama increbruit, te eſſe, quem expectabamus, Chriſtum. Ex quibus omnibus cauſis, Magiſtratus prænominati decreuerunt nos ad te deſtinare legatos, vt exploremus ex te huius rei veritatem: Si tu es, qui venturus es, an ſit expectandus alius? Hac ratione exiſtimo moderatam fuiſſe horum legationem, aut alia huic ſimili. Sic De Palacio præfatus.

Michaël de Palacio, ſuper Ioannem præſenti Euang.

Captioſam eſſe hanc interrogationem facilè crediderim, vt malitioſi erant Phariſæi, & ex Euangelio ſatis conſtat, eos ſæpiſſimè ad Chriſtum, vt illum comprehenderent in ſermone, acceſſiſſe: ſic ergo nunc quoque vt obliquè Chriſto detraherent, illique apud plebem negotium faceſſerent, in ſuam naſſam pertrahere conantur, atque in ſuos caſſes & retia Ioannem pellicere, ac Chriſto veluti opponere. Neque enim ignorabant iſti D. Ioannem, non eſſe Chriſto mundo promiſſum. Nam cùm Herodes de Meſſia interrogaſſet legiſperitos, Matth. 2. Reſponderunt illum in Bethlehem naſciturum, citato Propheta: *Et tu Bethlehem terra Iuda, &c.* Ad inuidiam ergo & odium Chriſto conflandum, eos Ioannem interrogaſſe facilè mihi perſuaſerim. Obſerua autem, quòd malitioſi hominis interrogatio eſt, *Tu quis es?* At verò, Quis ego? Hominis Deum timentis interrogatio eſt, ait Philippus Diez minorita Conc. 1. Dom. 3. Aduentus. Maligni hominis eſt, aliorum vitam & mores inquirere, & alios, non ſeipſum ſpectare: At verò, qui Deum timet, ad ſeipſum oculos (animúmque conuertit, vnde Eccli. 21. c. *Qui timet Deum, conuertetur ad cor ſuum.* Contra cæcos in propriis erratis, & aliena acutè cernentes, Æſopi apologum proferendum exiſtimaui.

Matt. 2.

Philip. Diez Cõcio. 1. Domin. 3. Aduẽtus

Eccli. 21.

exiſtimaui. Scribit namque Stobæus, ſermone 23. quòd Æſopus vnumquemque noſtrum duas ferre peras aiebat: Alteram ante nos, alteram à tergo, & in anteriorem quidem alienos errores condere, in poſticam verò noſtros, ideóque non videri à nobis. Narrat & illud Æſopi Galenus, libris extra ordinem claſſium, lib. de cognoſcendis curandiſque animi morbis, cap. 2. Duplicem manticam, vt Æſopus aiebat, è collo ſuſpenſam gerimus. Alteram ante pectus, alienorum, alteram verò à tergo, noſtrorum: Ex quo fit, vt aliena ſpectemus ſemper, propria autem nunquam intueri poſſimus. Sic Galenus ex Æſopo. Pulchrè igitur Catullus cecinit: *Stobæus ſer. 23. ex Æſopo. Galenus libro De cognoſcē- dis, curā- diſque animi morbis, c. 2. Ext. ord.*

Nos non videmus manticæ quid in tergo eſt. *Catullus poëta ad Varum.*

Alludit Perſius ſatyra 4.

Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere, nemo.
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo. *Perſius ſatyr. 4.*

Tergum pro tergore poſuit ſiue corio & pelle. Verùm de iſtis ſatis. *Confeſſus eſt, inquit Euangeliſta, quia Chriſtus non eſſet.* Vbi prudens lector attende Ioannis Baptiſtæ modeſtiam ſingularem. Non enim diuinum honorem ſibi arrogauit, ſed ab omni ambitione longè diſſitus atque remotus fuit. *Ioan. 1. c.*

Lucifer quidem, & prima mulier Eua appetitione æqualitatis diuinę ducti ſunt, & illecti ad peccatum, vt ex ſacris facilè colligitur: at Ioannes vltrò ſibi delatum diuinum honorem generosè ac conſtanter reſpuit, fidum ſe amici ſponſum eo ipſo facto conteſtans, ſéque fidelem imprimis domino ſuo oſtendens ſeruum, Ioſeph patriarchæ inſtar, qui ſic reſpōdiſſe memoratur: Geneſ. 39. *Ecce Dominus meus omnia mihi tradidit, præter te, quæ vxor eius es, Quomodo ergo poſſum peccare in Dominum meum?* Sícque recuſauit adoleſcens timoratus dominæ ſuæ commiſceri, & hero ſuo debitum propriúmque honorē ſibi vſurpare. Sic Paulus & Barnabas in Liſtris, Act. 14. egerunt: *Cùm enim Iouis ſacerdos, cum populis, adductis hoſtiis victimiſque immolatitiis, eis ſacrificare vellet tanquam Diis, Paulus & Barnabas ſciſſis tunicis ſuis exilierunt in turbas, clamantes, Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, annūtiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deū viuū.* Simili penè modo Ioan. Meſſię tit. ſibi indebitū recuſauit, & ad Chriſtū dirigit, & populū colligit, indigitando, ſiue, indice demonſtrando ipſum his verbis: Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Et *Gen. 39. Act. 14.*

hoc Euangelio, Medius, inquit, veſtrum ſtetit, quē vos neſcitis, &c. Cuius nō ſum dignus corrigiā calceamēti ſoluere, &c. Appoſitè Valerius Maxim⁹ lib. 8. c. 14. De cupiditate glorię. Nulla eſt, ait, tanta humilitas, quę dulcedine gloriæ non tangatur: Id quidem in popularis auræ captatoribus, in oſtentatoribus, & ambitioſis verum eſt. A Ioanne, ſanè, quàm alienum, laudes ſpernit humanas, nihil ſibi temerè arrogat, Chriſto debitum defert honorem. Confeſſus eſt, quod ipſe non eſſet Chriſtus. Vel, ſi clariùs ita dicitur, confeſſus eſt ſe non eſſe Chriſtum. Alexandri Magni pectus, vt externæ de illo produnt hiſtoriæ, erat inſatiabile laudis. Cæſaris animus, (Iulium loquor) ambitione primatus, & imperij æſtuabat, quem dicere ſolitum ferunt. Si violandum eſt ius, regnandi cauſa violandum eſt, ex M. Tullio Cicerone libro tertio Officiorum, & Suetonio Tranquillo in Iulio Cæſare Euripidis Poëtæ verſus in Phœniſſis frequentes in ore habebat. Finge fieri, ait Mamerotius Prædicator, præſenti Euangelio, vt regis cuiuſdam vnigenitus, cui omnis paterna hæreditario iure debeatur ditio, caſu quodam in regno patris, ita factus ſit obſcurus & ignotus, vt à regni ciuibus non agnoſcatur. Et iuxta ſit inter aulicos quiſpiam, qui ſolus vnigenitum regis agnoſcat. Præterea tantæ ſit authoritatis & gloriæ, vt propè omnes regni incolæ putent ipſum eſſe regis filium, ac regni hæredem & dominum, eamque de illo opinionem tantam eſſe, vt, & ipſi primores regni, è ciuitate regia ſolemni miſſa legatione, gloriam illi, ius ac poteſtatem offerant, vt nihil iam ad regij honoris acquiſitionem deſit, quàm vt ipſe dicat ſe eſſe regis vnigenitum, & regni hæredem ac dominum.

Valerius lib. 8. ca. 14.

Cice. lib. 3. off.

Sueton. in Iul. Caſ. §. 30.

Euripides poëta in Phœniſſis.

F. Rocus Mamerotius Prædic.

Si ipſe dicat, Non ſum ego filius regis, quis non fidem illius erga filium regis, & animi ſubmiſſionem deprædicet? Ioannes à Iudæis putabatur Chriſtus. Atque Chriſtum ipſum licet præſentem nemo, niſi ex ipſius iudicio cognoſcebat. De Chriſto, ex parentibus, ex loco educationis, ex modo viuendi & conuerſandi tanta inter mortales obſcuritas erat, vt ipſius Ioannis reſpectu perexiguæ reputationis haberetur. Taceo, quòd ſe cum plebe baptiſmo Ioannis ſubiiciebat Chriſtus. Hinc factum, vt ad Ioannem honeſta legatio miſſa ſit, veluti Meſſiæ honorem ei deferens. Nihilque reſtare videbatur, quàm vt ſe Chriſtum eſſe profiteretur. Quid hic feciſſent ambitioſi?

Magna

Magna proinde animi moderatio, atque Ioannis humilitas, magna item conſtantia, qui tantis honoribus vltrò oblatis non potuit ſuperari. Hucuſque Mamerotius Dominicanus ſacræ Theologię Doctor Pariſienſis. Audi quomodo Beatus Ioannes non verbis, ſed animo quo illi percontabantur, reſpondit. Nam cùm rogarent, Tu quis es: Non reſpondit continuò quòd rectè erat reſpondendum. Ego vox clamantis; ſed eorum primam ſuſpicionem amouit, dicendo, quia non ſum ego Chriſtus. Mira Iudæorum cæcitas? Quod in Ioanne ſpontè credebant, hoc in Saluatore tantis ſignis ac virtutibus approbato, & ipſo etiam Ioanne atteſtante, non credere. Ratio, profectò, in promptu eſt, ex vulgatiſſimo illo tutiſſimoque dicterio: Amor & odium impediunt cernere verum. De Chriſto dicebant, Sapient. 2. *Contrarius eſt operibus noſtris, &c. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. Grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, &c.* *Sap. 2. c.*

Obſerua, ex Euſebio Emiſſeno Homilia ad Monachos quinta, nos hîc eſſe non poſſe ſecuros, & ſine quotidiana cura, atque ſine quotidiano timore. Fallitur, qui ſe credit debere eſſe ſecurum. Iſte talis, inquit Euſebius, reſpiciat quàm incerti & quàm lubrici ſint exitus vitæ, de qua dicitur, Ne laudaueris hominem in vita ſua. (Recurre ad ſuperiorem Dominicam, vt huius loci facilem clarámque nanciſcaris explicationem.) Et cum hoc proſpexit, etiamſi de præterito putat ſe non habere quod lugeat, de futuro inueniet habere quod timeat. Nemo ergo de præteritis ſecurus ſit. Tanti laquei obiecti ſunt ante pedes animæ noſtræ, tam innumeri hoſtes obſeruant, & cuſtodiunt iter noſtrum, tantæ foueæ & tanta prærupta, tantæ rerum difficultates interiacent inter nos & finem noſtrum: via ipſa quæ per ſe arcta atque ardua eſt, tantis ſpiritalium latronum inſidiis obſidetur, tantos nos ſcopulos, tantóſque fluctus tranſire neceſſe eſt & videre, antequam anchoram optato in littore collocemus: & putamus nos de præteritis debere eſſe ſecuros, & ſine quotidiano tremore diem noſtrum tranſigere debere? Quis tranſiens ſuper alicuius profunda fluminis, per arctiſſimi pontis anguſtias, etiamſi maiorem partem inoffenſo tranſmiſerit pede, iam periculum euaſiſſe ſe credat, cùm in vltimi pontis ſpatio, ſi paululum titubauerit, caſum, quem in medio ſpatio timebat,

Euſeb. Emiſſenus Homil. 5. ad Monachos.

timebat, incurrit? Sic nos, etiam ſi magna pars vitæ iſtius proſperè videatur fuiſſe tranſacta, non ideò fiduciam præſumamus, cum adhuc periculum pars extrema minetur. Quis in acie poſitus, ante finem certaminis, aut ante victoriæ ſecuritatem arma deponat? Nemo ergo ſecurum debere eſſe ſe iudicet, antequam ad finem fœlici conſummatione perueniat.

Deinde ſubiungit: Spes noſtræ omnes in conſummatione, atque in fine conſiſtunt. Quid mihi proſunt ſata viridantia in herbis, ſi ſpem meſſis mihi oſtendant, & me ſub ipſo falcis tempore, ſubita vel aëris intemperie, vel pluuiarum inundatione decipiant? Quid mihi proderit ſi vinea ſpem omnem in flore promittat, & vel ferarum incurſio, vel vaſtitas grandinis ſpem omnem in conſummationem ſubducat? Ideóque omnis proſperitas, omníſque laborum fœlicitas in fine conſiſtit. Sic inter opera Emiſſeni loco præcitato habetur.

His adde, quòd omnis mundi ſecuritas, nihil aliud eſt, quàm ingens illa ſtatua, à Nabuchodonoſore in ſomnis viſa. Magnificam quidem ſpeciem præ ſe ferebat, tota aurea, argentea, ænea, ac ferrea, erat, ſed tamen teſtaceis pedibus innitebatur. Talis eſt huius mundi prætenſa ſecuritas, quæ teſtaceis pedibus inſiſtens, vel leui quadam tentatione frangitur. His benè perpenſis, fac ſemper tibi ante oculos proponas: *Tu quis es? γνῶθι σεαυτὸν.* Sed his de rebus in Decadibus noſtris plura, ad quas lectorem remittimus, Homilia de Centurione ad verba: nam & ego homo ſum, & alibi ſæpè.

Soluta autem hac prima & præcipua interrogatione, ad aliam ſe transferunt legati ſciſcitando. Quid ergo, Elias es tu? Credebant namque Iudæi Eliam præuenturum Meſſiæ aduentum. Legati igitur credentes Eliam futurum
Malach. Chriſti præcurſorem, etiam ſi ſiniſtrè, quia credebant E-
3.cap. liam præuenturum primum Chriſti aduentum, non rectè
Michael interpretantes locum *Malachiæ cap. 3. Ecce ego mitto Ange-*
de Pa- *lum meum &c.* Poſtquam Ioannem negantem ſe eſſe Chri-
lacio in ſtum audierunt, inferunt, Si tu non es Meſſias, eris igitur
Ioannem illius præcurſor Elias. Vbi ſcito (ait Michael de Palacio,
c.1.enar- in Ioannem enarratione 41.) quòd ex lege & prophetis,
rat.41. tres erant propoſitæ perſonæ expectandæ ab Hebræis in
Deuter. ſalutem ſuam. Vna erat, Propheta ille cuius fit mentio
18.cap. *Deuter.18.cap. Prophetam ſuſcitabo de medio fratrum tuorum*

ſimilem

ſimilem tui. Et ponam verba mea in ore eius, loquetúrque ad eos, omnia quæ præcepero illi &c. Altera perſona erat Ioannes Baptiſta, *ex Malach 3.* Debuiſſent igitur iſti legati inferre ex eodem Malachia, Si tu non es Chriſtus, eris igitur Angelus ille, cuius meminit *Malach.3.cap.* qui eſt futurus præcurſor primi aduentus Meſſiæ. Tertia perſona erat ipſe Elias, *Malach. 4. cap.* qui præueniet aduentum nouiſſimum Chriſti: Paſſi iam ſecundò repulſam legati etiamnum inſtant interrogando tertiò: Propheta es tu? cum articulo emphatico, ille ſcilicet, *quem Deuter. 18.* deſcripſerat Moyſes. Dicemus legatos, illos non latuiſſe Prophetam illum eſſe Chriſtum. *Malach. 4. cap.*

At verò captioſè interrogaſſe. Num Propheta ille es tu? Idem ſanè intelligentes per hanc interrogationem, quod per priorem intellexerant. Cæterùm captioſa fuit interrogatio mutando formam interrogationis: Qua ex mutatione ducebant apud ſe, forſan Baptiſtam fallendum: & quod negarat in principio, confiteretur in fine. Quod ſi confiteretur, illi continuò obiicerent; Cur ergo fateris te eſſe illum prophetam & inficiaris te eſſe Chriſtum, quando Propheta ille qui expectatur Chriſtus eſt? Et ex propria confeſſione cōuincerent Ioannem eſſe Chriſtum, id quod obnixè prætendiſſe videntur. Sic ibi de Palacio. Nota, quòd ſicut aduentus Chriſti fuerat Iudæis promiſſus, ita & aduentus Eliæ, vt habetur Malachiæ vltimo: Ecce, Ego mittam vobis Eliam. Ideóque audientes legati iſti, quod non eſſet Chriſtus, interrogauerunt, ſi eſſet Elias. Adde quòd videbant Ioannem cum Elia in vita ac moribus magnam habere ſimilitudinem.

Quandoquidem Elias in eremo, ſimiliter & Ioannes. Vterque zona pellicea cinctus erat: Ille Achab impietatis arguit, iſte verò Herodem tetrarcham. Qua de cauſa decollatur tyranni præfati iuſſu. *Propheta es tu?* Apud quoſdam Iudæos tunc temporis fama percrebruerat, quòd ante ipſum Chriſtum venire vnus magnus propheta, pro eo quod *Deuter. 18. cap.* ſcribitur: Prophetam ſuſcitabit Dominus de fratribus tuis &c. Quæ quidem auctoritas ſecundum veritatem intelligenda eſt de Chriſto (vt ſtatim preſſius aduerſus Rabbinos conuincemus & demonſtrabimus.)

Et ideò interrogauerunt eum, ſi eſſet ille Propheta, de quo dicta eſt ſcriptura prædicta. Quaſi dicat, Prophetáne

 ille

ille es, κατ' ἐξοχὴν, καὶ ἀντονομαστικῶς, qui à Moyſe prædictus eſt? Propterea Ioannes negauit, non quidem ſe prophetam eſſe, cui pater Zacharias, Spiritu ſancto repletus, mox à natiuitatis exordio, cecinerat, dixerátque: *Et tu puer Propheta altiſſimi vocaberis, præibis ante Dominum, parare vias*
Luc.1.ca. *eius, Luc.1. Et Chriſtus ipſe, Matth.11. cap. pluſquàm Prophetam*
Matth. 11. cap. *illum vocauit, nedum Prophetam.* Sed ſe eſſe illum prophetam à Moſe in lege promiſſum, hoc reſponſo ire inficias
Obſerua. intendit. Obſeruatione dignum iudicaui; quòd cæci Iudæi, ne cogantur fateri, hunc Deuter. 18. locum, vaticinium eſſe Meſſiæ, qui verè eſt IESVS Chriſtus Dominus noſter, (qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula, Amen) varias in hunc locum inferunt, ac intrudunt expoſitiones, deprauationes potiùs debui dicere: argutantur verò ſic. Propheta ille non poterit loqui, niſi quæ præcipiet ei Dominus, vt habetur ex contextu. Ergo Propheta erit, non etiam Deus. Amplius, ecce ſcribitur, ſimilem tui, vel, ſicut te &c.

Quid tu es; Propheta ſcilicet, & non Deus: Etiam ipſe propheta erit, & non Deus. Quid porrò es? natus es, ex parte & matre, ſic etiam ipſe natus erit, ex patre & matre. Sic recutiti illi, verpi, & appellæ Iudæi, carne quidem præciſi, ſed cordibus incircunciſi: Nec vident perditiſſimi nebulones; Chriſtum hîc non comparari Moſi, quod ad naturam & natiuitatem, ſed quod ad officium attinet. Moſes namque à Deo erat vocatus & miſſus, ita & Chriſtus à Deo patre. Moſes non ſua verba, ſed Dei adferebat, ita & Chriſtus. *Verba, inquit, quæ loquor à meipſo non loquor. Rurſus,*
Ioan.7.c. & 8.cap. *mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Ioan. 7. Quæ audiui à Deo, hæc loquor in mundo. A meipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me pater, hæc loquor, Ioan. 8.* Moſes redemptor, & dux
Act. 7. c. erat populi ex Ægypto egredientis. *Act. 7.* redemptorem vocauit protomartyr Moſem. Ita & Chriſtus redemptor eſt, & dux vitæ, qui ſcilicet nos redemit à Satana, peccato, & morte æterna. Moſes mediator erat inter Deum &
Deu. 5. c. populum Iudaicum, ſic enim de ſe profitetur, *Deuter. 5. cap. Ego ſequeſter & medius fui, inter vos & Deum. Quamobrem*
Gal. 3. c. *Diuus Paulus, Gal. 3. legem per Angelos datam & ordinatam fuiſſe ſcribit in manu Mediatoris, hoc eſt, Moſis.* Quod nunc quidem obiter & perfunctoriè tranſcurrimus, quandoquidem opulentius in Decadibus noſtris ſacris De Moſe mediatore commentati ſumus. Ita & Chriſtus verus & ſolus

per redemptionẽ mediator eſt, qui nos Deo recõciliat, per ſuum ſanguinem; vt diſertis verbis, *1. Timoth. 2. teſtatur Apoſtolus. Vt ergo præſentem locum Deuter. 18. Prophetam de gente veſtra ſuſcitabit vobis Dominus &c.* Maximè in Chriſtum competere firmiter ſine vlla hæſitatione credamus; confirmet nos teſtimonium Spiritus ſancti, in Petro Apoſtolorum principe & coriphæo, ac ſancto Stephano protomartyre; loquentis; qui in Actis *cap. 3. & 7. hunc locum de Chriſto citant.* Quòd verò maximè & imprimis vaticinium hoc, Prophetam ſuſcitabit Dominus &c. ad Chriſtum referri debeat, tanquam ad caput omnium prophetarum, cui nimirum omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, his notis demonſtramus & euincimus. Primum Prophetam in ſingulari numero dicit, non Prophetas, numero multitudinis; tanquàm de vno aliquo inſigniori loquens. *Nota contra Rabbinos, pro Chriſto. Act. 3. & 7. cap. Deut. vltimo cap.*

Secundò dicit eum ſimilem Moſi futurum. *Iam cùm in poſtremo cap. Deuteronomij habeamus, non ſurrexiſſe amplius prophetam in Iſraël ſimilem Moſi; quem noſſet Dominus facie ad faciem &c.* patet præſentem locum non poſſe de vllo alio prophetarum, qui omnibus ſeculis in Iſraël fuerunt, quique omnes Moſe inferiores fuerunt; propriè intelligi, quàm de Chriſto noſtro ſaluatore, qui Moſi non tantum par fuit, ſed multis, imò infinitis paraſangis eum ſuperauit: Imò Iudæi ipſi. Moſem eſſe patrem omnium prophetarum, ita vt nullus prophetarum eo dignior ac præſtantior fuerit, teſtantur.

Chriſtus autem tantò maior Moſe inuenitur, quantò excellentiori donatus eſt præ Moſe cognominatione. Moſes enim fidelis ſeruus in domo Domini vocatur.

At Chriſtus ipſe eſt Saluator mundi, *ad quem pater, Filius meus es tu,* inquit, *ego hodie genui te.* Quo de argumento fuſiſſimè egit, in ea quam ad Hebræos miſit Epiſtola; cap. 1. Paulus ter maximus. *Heb. 1.c.*

Tertia nota eſt hæc, quòd cùm populus in monte Horeb deprecaretur, ſupplexque recuſaret amplius audire vocem Dei, ſed peteret mediatorem, dixit Dominus ad Moyſem hoc loco: Benè egerunt in hoc quod locuti ſunt: Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſicut te &c.

Quaſi dicat, Benè quidem populus orat, ſed eius deſideria non tu, verùm alius, quem ſuſcitabo adimplebit.

Atque is eſt Dominus noſter IESVS Chriſtus ὁμοούσιος patriq́ue conſubſtantialis, benedictus in ſęcula ſęculorũ, Amen. Et hęc contra cęcutientes Iudęos, imò verò aduerſus cęcorum duces dicta ſunto. Qui volet ea de re plura ſibi ſeligere, legat Paulum Fagium in Deuter. decimo octauo Et diuum Gregentium contra Erbanum Iudęum recens in lucem emiſſum, ac Latinitate per Gulonium Lectorem Regium donatum. Ex his ſitim ſuam abundè explebit. Ad Thargum ſiue paraphraſim Chaldaicam Onkeli, ad verba, inquam, illa Deut. 18. Prophetam de gente veſtra &c. Fagius ſatis multa, ex quo mutuatus ſum quędam Chriſtianę fidei conſentanea, congeſſit contra Rabbinorum malignam cęcitatem, & obſtinatam cordis duritiam. Recurrat ad illum, qui volet. Nunc ad textum. Quis es tu? vt reſponſum demus iis qui miſerunt nos? Quid dicis de teipſo? Quaſi dixiſſent, Quis es tu, qui ritum nouum baptiſmi inſtituis? Quis es tu, qui regnum cœlorum apertius, quàm prophetæ priores prædicas? Et reuera maximè timebant Iudæi Ioannem, ſiquidem neque ſacerdotes, qui alioqui videbantur legis obſeruantiſſimi, illi obſtiterunt, quominus baptizaret, tametſi nouam cernebant eſſe illam baptiſmi inſtitutionem, & extra legem ſuam.

Paulus Fagius in Deu. 18. S. Gregẽtius contra Erbanum Iudæum.

Ideóque ſollicite quærunt, Quis es tu? quaſi exquirentes, in qua poteſtate, vel qua fretus auctoritate, nouam Baptiſmi cæremoniam nobis obtrudis. Qua ratione nouum baptizãdi opus attentas, quod prophetæ alij non attentauerunt? Sic Michael de Palacio hactenus. Quid dicis de teipſo? Quaſi dicant: Ad hoc miſſi ſumus, vt ſciamus quis es? Ideò dicas nobis, quid dicis de teipſo? *Ego vox clamantis in deſerto. Sicut dixit Iſaias Propheta cap.* 40. *Vt homines, videlicet præparent ſe*, ad Chriſti in hunc mundum aduentum. Ita reſpondit Ioannes, nec dixit, Ego ſum filius Zachariæ ſacerdotis, vel Ego ſum Ioannes, ſed Ego vox clamantis, vt eſt apud Iſaiam vaticinatum de me. Huic loco valdè congruit, quod in Decretalibus Pontificum ſummorum epiſtolis, relatum comperimus. Nempe cap. Cum ex iniuncto ex Innocentio 3. Extra de hæreticis. Ibi dicitur: Non ſufficit cuiquam nudè tantùm aſſerere, quòd ipſe ſit miſſus à Deo, cùm hoc quilibet hæreticus aſſereret, ſed oportet quòd adſtruat illã inuiſibilem miſſionem, vel per operationem miraculi, vel ſcripturę teſtimo

Michael de Palacio enarratione 42. in ca. primum Ioannis. Iſa. 40. cap. Decretales, c. Cũ ex iniuncto, ex Innoc. 3. Extra de hæreticis.

ſtimonium ſpeciale. Hactenus verba Decretalis. Eam ob rem Ioannes, qui nullum ſignum fecerat, tam anxiè de ſe quærentibus, per ſcripturæ propheticæ teſtimonium ſpeciale reſpondit dicens: Ergo vox &c. probans ſe à Deo fuiſſe miſſum, vt verbum diuinum incarnatum hactenus hominibus ignotum patefaceret atque propalaret. *Ioan.* *Ioan.1.c.*
1. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum &c. Ego vox &c. Non quis ſum ſcribit hoc loco Euſebius Emiſſenus, ſed quid dico, attendite. Nō *Euſebius* perſonam ſed vocem conſiderate. Vocem nec eſſe dico. *Emiſſen⁹* Dirigite viam Domini &c. Sic ibi. Vox autem eſt verbi *Dominica 4. Ad uĕtus ad hoc Euãgelium.* mentalis expreſſiua. Videtis deſertum, auditis clamantem: Cauete ne imitemini aſpides ſurdas obturando aures, ne audiatis vocem hanc auribus veſtris perſonantem ac inclamantem, Dirigite viam Domini. Miſceo quidem amara iucundis: illa, quia dico, progenies viperarum: hæc autem, quòd appropinquabit regnum cœlorum. *Luc.3. Parate ergo viam Domino, qui propediem venturus eſt.* *Luc. 3.c.* Vocem clamantem ſe dicit Ioannes, ad confuſionem illorum, qui canes muti ſunt, non valentes latrare: *Iſa.56.* cùm tamen eorum *Iſa. 56.c.* officium potiſſimum ſit Euangelium annũtiare (Epiſcopos & Paſtores negligentes, otioque marceſcentes alloquor.) Tale verò erat Ioannis officium, quale in *Geneſi legitur, quod cùm Ioſeph à Pharaone exaltatus circumduceretur: præco clamabat, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpoſitum ſcirent vniuerſa terra Aegypti. cap.41.* Simile quoddã *Gen. 41.* in ſacra Eſther hiſtoria de Aman: *Mardocheum circumducente, & præconis inſtar clamante, ſic honorabitur, quem voluerit Rex honorare legitur.* Vox clamantis Hebraiſmus, id eſt, vox clamans, ſicut terra promiſſionis, terra promiſſa, Virga æquitatis, virga æqua. Vas electionis, hoc eſt vas electum, & denique filius perditionis, id eſt, filius perditus. Vel ex Grammaticorum regulis ac præſcripto, poſſumus intranſitiuè verba hæc interpretari: Vox clamantis, hoc eſt, vox clamans, aut, quæ clamat, vt exorciſo te creatura ſalis &c. id eſt, creatura, quæ eſt ſal. Sic filius gehennæ, id eſt, gehennalis. Filius iniquitatis, id eſt, iniquus: Ioãnes erat vox, Et meritò quidem. Quoniã quicquid erat in Ioanne, vox erat: veſtis, manus, pedes, caput, lingua. Totus denique erat vox clamans & dicens. Pœnitentiam agite. Eius cibus, potus, lectus, cilicium, inedia, & deniqꝫ facies

prædicabant. Et iam ſi os non loqueretur, quicquid in ipſo erat, prædicabat contemptum mundi, pœnitentiam, & amorem diuinum.

De Palacio vbi ſuprà. Benè ac eleganter de Palacio ſuprà memoratus, quomodo Ioannes vox ſit explicat his verbis: *Hæc eſt vox illa cuius Pſaltes Regius Pſal. 28. meminit, Vox Domini ſuper aquas,* nempe Iordanis, quia Ioannes ſuper Iordanicas aquas clamabat: Deus vtiq; maieſtatis, ibi, ſupra Iordanis aquas intonuit, vox namque illa audita eſt: *Matth. 3. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, Dominus ſuper aquas multas.* Quia tactu ſuæ mundiſſimæ carnis Chriſtus ſeruator noſter Iordanis tangens aquas, illas in baptiſmi materiam ſanctificauit. Vox hæc, vox eſt Domini: i ſiquidē Ioannes miſſus fuit à Deo, vt clamaret. Non enim ſe intruſit, non vſurpauit munus vocis, ſed à Deo, ad hoc munus obeundum deſtinatur & delegatur. Vtique hæc vox Domini *in virtute*, non eſt debilis vox, qualis eſt noſtra, ſed potens vox. Siquidem omnes Iudæorum turbas, diuitum, pauperum, militum, publicanorum virorum & mulierum, ad ſe trahebat, illos exhortans ad viam ſalutis. Vox item in virtute, validè reges reprehendens, nedum homũciones. Nam Herodem palam obiurgat, & de inceſtu cum Herodiade, apertè illum carpit. An non dices vocem hanc eſſe potentem, quæ ſtultorum regum iras non formidat? *Vox hæc Domini in magnificentia.* Magnifica ſanè vox eſt, quæ magnifica promittit, non ſubdolè ſed veraciter. At quid promittit hæc vox pœnitentibus? Vitam equidem æternam, qua nihil eſt magnificentius. *Pœnitentiam agite*, inquit, *appropinquabit enim Regnum cœlorum. Matt. 3. cap. Hæc vox eſt Domini confringens cedros.* An non ſunt cedri Phariſæi, Sadducæi, & Scribæ, quia ſibi nimis gratulabantur in vitæ ſanctimonia, & alios præ ſe contemnebant & deſpiciebant, vt patet in Phariſæo: *Luc. 18. c.* At Ioannes confregit illas cedros *Luc. 3. Genimina,* inquit, *viperarum, quis vobis demonſtrabit fugere à ventura ira? Vnde Matt. 3. Vidēs, ait, multos Phariſæorum & Sadducæorum venientes ad Baptiſmũ ſuum dixit eis: Progenies viperarum quis vobis demonſtrabit fugere à ventura ira?* Ioannes autem, qui erat vox confringens ſuperbiam Phariſaicam, & ſupercilium Scribarũ: *Vox item erat Domini intercidentis flammam ignis.* Quod ſic interpretor, Ioannem Baptiſtam corruſcationes, ac fulgura, flammáſque irarum, ſua conſtantia veluti interciſas & diſſi

Pſal. 28. 1. Vox Domini ſuper aquas. Mat. 3. c.

2. Vox Domini in virtute.

3. Vox Domini in magnificētia. Mat. 3. c.

4. Vox Domini confringentis cedros. Luc. 18. cap. Luc. 3. c. & Mat. 3. c.

5. Vox Domini intercidētis flāmā ignis.

diſſilientes diſperſiſſe, perfregiſſe ac denique ſuperaſſe, & igniuomos illos minarum ac cædis aduerſus ſe cōcitatos furores, ſuſtinuiſſe, ac fortiter pro iuſtitia occumbendo, extinxiſſe illum impetum ignis. *Rurſus ipſe eſt vox Domini concutientis deſertum*. Nempe, quia tanquam tuba in deſertis Iudææ, ipſe detonabat & prędicabat conſciētias ad ſalutarem verámque pœnitentiam, ac peccatorum admiſſorum deteſtationem concutiens, atque ſalubriter commouens. Tum demum, *Vox erat præparans ceruos, vt in eodem Pſalmo commemoratur*. Sunt namque (ait de Palacio ibidem) cerui homines, qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, qui ſicut cerui ad fontes aquarum, ita ipſi diuinas ſcire & implere iuſtificationes expetant. Hæc denique vox reuelauit condenſa. Quia quæ per typos & ænigmata lex & Prophetæ prædixerant de Chriſto, hæc vox ſine typis, ſine ænigmate clarè reſonat dicens. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi &c.* *6. Vox Domini concutiēntis deſertum.* *7. Vox Domini præparātis ceruos, & reuelabit condēſa.*

Sed quid eſt quod ait: Vox clamantis in deſerto. Admiratione, ſanè, dignum eſt, quod Ioannes clamet in deſerto. Enimuerò diuini verbi proclamatores non deſerta petūt, ſed frequentia viris & mulieribus loca, vt hominibus cōcionari poſſint. Quis enim prædicaturus in deſerta ſe confert, vbi arbores ſunt & beſtiæ, quibus diuina concio nihil prodeſt? Verùm hinc tu expende, quanta fuerit huius cæleſtis vocis efficacia, quę vrbes & frequentia loca & oppida deſerta faciebat. Contra verò deſerta hominibus replebat. Erat enim pręcurſor illius verbi, poſt ſe ingentes turbas attrahentis, quę per deſerta loca peregrinantes, propria non deſiderabant domicilia, ex feruore diuini audiendi verbi ab ore ipſius, qui erat verè Verbum: *ὁλόγος*. Ioannes igitur in deſerto clamat, & deſertas virtutibus mentes, ſemine diuini verbi fœcundat. Sic pręfatus de Palacio, Enarratione 43. in primum Ioannis caput. Obmittendum non putaui Ioannis reſponſum: Non ſum Elias. Quomodo autem Ioannes interrogantibus ſe dixit: Non ſum Elias, cùm Dominus dicat: Ipſe eſt Elias? Sic enim habetur, *Matt.11. Si vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui venturus erat*. Rurſum eodem Chriſto Domino dicente. *Mat.17. Dico Eliam iam veniſſe, & non cognouerunt eum*. Reſponſio. Ioannes propriè reſpondit, Dominus figuratè dixit? Ioannes enim ſecundum proprietatē perſonę, non ſe eſſe Eliā, reſpondit. Dominus autem ſecundum prefigurationem, *Ioan.1.c.* *Ioā. 6. r.* *De Palacio Enarrat.43. i 1.c. Ioannis Euāgeliſtæ.* *Matt.11. ca. & 17. cap.*

ipſum Eliam prædixit, id eſt, quia in eodem ſpiritu & vir-
tute Eliæ, Ioannes Chriſti aduentum venerat nuntiare,
Luc. 1. *c.* quo Elias ſecundum Chriſti aduentum nunciaturus adue-
niet. *Vnde Luc.* 1. *Angelus prædixerat: Ipſe præcedet ante illum*
in ſpiritu & virtute Eliæ. Dixit autem ſe eſſe vocẽ, de qua
Iſaias ante octingentos annos vaticinatus fuerat.

Vox clamantis &c. Hoc eſt, Ego ſum vox Chriſti clamã-
tis, id eſt, veritatem manifeſtè annunciantis. Omnes enim
Exo. 14. qui in lege erant, ſubmiſſe ſonabant: vt pote qui nondum
peruenerant ad tempus Euangelicæ veritatis. Et hæc, ſanè,
erat vocis ruditas in Moſe, quia lex obſcura erat & non
manifeſta. Sic & labia polluta purgatione indigentia ha-
Iſai. 6. *c.* bebat, *Iſaias cap.* 6. Hieremias item, *quanquam in vtero ſan-*
Hier. 1. *c.* *ctificatus, Neſcio loqui, aiebat, quia puer ego ſum.* Chriſtus au-
Prouerb. 8. *c.* tem cùm ſit veritas ipſa, clamans eſt. *Prouerb.* 8. *Nunquid nõ*
ſapientia clamitat? Iuxta portas ciuitatis, in ipſis foribus loqui-
tur dicens, ô viri ad vos clamito &c.

Vox clamantis &c. Contra 7. capitalia peccata, (quæ
hoc termino artis, Saligia, comprehenduntur, iuuandæ
memoriæ & firmandæ gratia, in eum vſum à neſcio
quibus confictо, eo artificio vt ſingulæ literæ ſingula
mortalia ſubindicent) Vox Domini, Ioannes Baptiſta ex
Pſal. 28. *Pſalm.* 28. *innotuit prædicatione ſua: Vox, inquam, Domini ſu-*
per aquas, fluxas huius carnis petulantis, Contra luxurio-
ſos. Vox Domini in virtute, virtus autem omnium ma-
xima eſt charitas. 1. *Corinth.* 13. cui contraria eſt fraterna
1. *Co.* 13. *cap.* inuidentia, Contra inuidos, charitas non æmulatur, non
inuidet. 1. *Corinth.* 13. Vox Domini in magnificentia & li-
beralitate, Contra auaros. Vox Domini confringentis
cedros altas (inflatos ac tumidos loquor) Cõtra ſuperbos.
Vox Domini intercidentis flammam ignis. Contra ira-
Horatiꝰ Poëta cundos. Vox Domini concutientis deſertum, Quo no-
mine *Epicuri de grege porci* ſignificantur: (vt Poëtæ ver-
Philipp. cap. bis vtar) *quorum Deus venter eſt. Philipp.* 3. *qui Chriſto*
Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri, Roman. 16. Solius
Rom. 16. *ca. &* 13. *cap.* carnis curam facientes in deſideriis, cõtra Paulinam pro-
hibitionem, *Roman.* 13. Deſertam verò animam relin-
quentes, animum nec excolentes, nec pabulo ſibi con-
gruo paſcentes & nutrientes. Vnde Deſerti nomen, pro-
pter horroris vaſtæque ſolitudinis conditionem mere-
tur. Contra Guloſos. Vox demùm Domini, præparantis
ceruos ad currendam viam diuinorum mandatorum.

Pſalm.

Pſalm. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri.* Contra pigros,& acediâ torpeſcentes & inertiâ. Quid hîc ſtatis tota die otioſi? *Ite & vos in vineam meam.*Matth.20.cap. Ergo vox clamantis,Parate viam Domini, Rectas facite ſemitas Dei noſtri, &c. Si populus Iſraël tanto præparabatur ſtudio vt Deum in Syna ad leges ferendas venientem exciperet, quantò magis vt eum excipiamus venientem ad nos? Venit tunc ad ferendam legem, nunc ad conferendam gratiam inuiſere nos dignatur. *Lex per Moſem data eſt:Ioan.1. tunc in lapidibus.* Nunc autem inſcripta eſt cordibus. Tunc quidem pollicebatur terrena. Iſa.1.cap. *Si me audieritis,bona terra comedetis,&c.*Nūc verò repromittit cæleſtia.Matt. 5. *Quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum.* Tunc minis trahebat, nunc beneficiis prouocat. Tunc ad montem acceſſus erat prohibitus. Nunç autem ad ſe benignè inuitat. Et ad ipſum facilis patet aditus. Matth.11. *Venite ad me omnes qui laboratis,&c.Et ego recipiam vos.Ideò præparate corda veſtra Domino.1.Reg.7.cap.*

Pſal.118. *Matt.20* *Ioan.1.e.* *Iſai.1.e.* *Matt.5.* *Matt.11.* *1. Reg.7.*

Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias,neque Propheta? Perinde ac ſi inferre voluiſſent: Inde conſtat, quòd auctoritate diuina non facis, quod facis, Si tu non es Chriſtus, &c. Cuius ergo auctoritate baptizas? Quis dedit tibi hanc poteſtatem? Tibi abſque noſtra auctoritate non competit, nouum inſtituere baptiſmum. Quaſi lex noſtra non habeat ſatis purificationum, & baptiſmatum.Reſpondit Ioannes:Ego baptizo in aqua,&c. Sed (ſubaudi) ille baptizabit in Spiritu ſancto.Quaſi dicat,Solum corpus lauo, animam non abluo, neque ſanctifico. Alius Spiritu ſancto baptizabit.

Quid ergo baptizas,&c. Quaſi dicerent:Qua auctoritate hoc nouum tibi arrogas officium? Inſolens es,quòd attentare audeas, propria te ingerere auctoritate in huiuſmodi opus, quod alioqui publicam poſcebat auctoritatem vel Dei,vel magiſtratuum templi.

Sed proh Deum immortalem! Quanta eſt humana cæcitas? Obtulerunt legati iſti Ioanni ſummos honores. Etenim Chriſti honore illi oblato, regia celſitudo illi offerebatur: In Eliæ verò honore oblato, ſanctitatis celſitudo offerebatur: In prophetæ verò honore, prophetica dignitas offerebatur: At verò hos ſupremos honores oblatos, Ioannem viderunt deſpexiſſe:Id quod ſummæ ſanctitatis erat indicium.

Ad hæc obſeruabant, vel obſeruare poterant, Ioannem ex vaticinio Iſaiæ ſe dixiſſe eſſe vocem clamantem in deſerto : clamabat autem ; Dirigite viam Domini, vnde ſe præcurſorem Chriſti eſſe inſinuabat.Prẹter hẹc mores hominis quales eſſent illis conſtare poterat, Potiùs eſſe Angelicos,quam humanos:Vnde ergo tanta hominum petulantia:vt talem ac tantum virũ,cuius dignus non erat mũdus,depoſita frõte argueret, quòd baptizaret?At quid miramur? Nam ſi patremfamiliâs impudenter Beelzebub vo-
Matt. 10 cauerunt,quantò magis domeſticos eius? Matt.10.*Non eſt enim ſeruus ſupra dominum ſuum, neque diſcipulus ſupra magiſtrum.* Ioannes autem ſeruus erat Chriſti, & diſcipulus eius, non de numero diſcipulorum, ſed extra numerum: quia ſecreto magiſterio à verbo æterno didicerat,quæ nouerat Ioannes. Quid igitur mirabimur,ſi contra Domini præcurſorem oblatrent, quando ipſum Dominum crucifixerunt? Et ex iſtis palàm erit nobis, quid velit Dominus dicens,Venit Ioannes non manducans neque bibens,& dicitis dæmonium habet. Eximias enim Ioannis ; & incomparabiles animi virtutes dæmonio tribuebant.Ex putridis igitur viſceribus eructant verbum hoc : Quid ergo bapti-
Eccleſiaſticus 11. zas, ſi tu non es Chriſtus : Vnde Eccleſiaſticus c. 11. *Sicut eructant præcordia fœtentium, ſic & cor ſuperborum.* Hucuſ-
Mich. de Palacio Enar. 44. in Ioan. c. 1. que proceſſerunt Michaëlis de Palacio Enarratione 44.in caput primum Ioan. ad verba illa:Quid ergo baptizas?interpretamenta ſeu annotata.

Ponderanda ſunt & obſeruanda quæ ab Euangeliſta accuratè indicantur : Nempe, Et qui miſſi erant,fuerunt ex Phariſæis,&c. Ac ſi apertè dicat:Illi Ioannem de ſuis actibus requirunt, qui doctrinam neſciunt quærere, ſed inuidere. Item,Quotquot audierunt hactenus Ioannem clamantem, ad pœnitentiam moti ſunt, etiam publicani & milites, indeuotum alioqui hominum genus: Hi autem cùm eſſent ex Phariſæis,hoc eſt, ſanctiſſima Iudæorum ſecta,Ioannemque audiſſent clamantem, *Pœnitentiam agite,*
Matt.3. *&c. Matth.3.* Nihil tamen moti ſunt. Hic rurſus vide Phariſæos contra Ioannem commoueri, quòd ſibi baptizandi officium prẹter ordinem legis,& traditionem eorũ aſſumpſiſſe videretur. Ideóque ſuam in illum inuidiã temperare & celare non valentes, dicunt imperioſè,& abſque ſanctitatis Baptiſtæ vllo reſpectu vel reuerentia & obſeruantia. Quid ergo baptizas?quaſi dicant. Non debes baptizare,ex

quo

quo negas te eſſe aliquem illorum trium in quibus præfiguratus eſt baptiſmus. Hoc eſt, ſi tu non es Chriſtus, qui habiturus eſt fontem in ablutionem peccati, vt *Zach.13.c*, *Zach.13.* inſinuatur. Et ſi non es Elias vel propheta vt Eliſeus eius ſucceſſor ac diſcipulus, qui ſine veſtigio Iordanem tranſierunt: & leproſum Naaman Syrum in Iordanis flumine ſepties abluendum ac emundandum, deſtinauit ad aquas prænominatus Eliſeus, in futuri baptiſmatis typum ac myſterium, veluti & in Moſe veteres, à Paulo ſancti Spiritus electo organo, baptizati dicuntur in nube & in mari: Nam omnes ſub nube fuerunt: omnes, item, mare tranſierunt, *1.Cor.10.c.* proinde in typo & figura baptizati ſunt. *1.Cor.10*

Aduerte rurſus, quod poſtquam per adulationem non potuerunt eum ad ſuas partes trahere, atrocioribus & minacibus verbis terrent, vt tandem diceret quod volebant, hoc eſt, confiteretur ſe eſſe Chriſtum?

Reſpondit Ioannes dicens: *Ego baptizo in aqua, medius autem, &c.* Dicens, quem vos neſcitis, ſignificat ait de Palacio, enarrat.45. vbi ſuprà, quia non nitet Chriſtus viſibili pompa, qua Iudæorum magnates nitebant. At hìc, quem vos, ô Iudæi, ignoratis, verè eſt, qui per baptiſmum ſuum mundi delebit peccata. Eſt enim agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Quamobrem ceſſate à reprehenſione & inuectiuis contra me, quia nõ mihi vſurpo autoritatem remittendi peccata quæ Dei ſolius eſt. Sed quod facio Iſraëlitas baptizando, præparatio quædã eſt, & velut meditatio quædam venturi baptiſmi, quem vobis donabit, qui inter vos conuerſatur, à vobis alioqui incognitus. Propterea ergo aqua baptizo corpus, ille verò baptizando corpus baptizabit etiam mentem: illam abluendo à ſceleribus ſuis. Verùm, neque hunc baptiſmum, quem me exercere videtis, ex propria tentaui exercere auctoritate, ſed Deus eſt, qui me baptizare in aqua miſit. Non ſum, ſanè, Chriſtus ille à Deo vnctus oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis, qui ille Sanctus Sanctorum à Daniele prædictus. Non ſum Elias, qui præcurſor erit ſecundi aduentus Chriſti, ad finale hominum iudicium: Non ſum propheta ille, qui expectatur dominus prophetarum. Sed eius prænuncius, & vox verbi. Medius autem veſtrum ſtetit, ſiue, in medio veſtrum ſtat, vt apertior ſit lectio, quam ſequitur D.Cyprianus lib. 2.contra Iudæos, cap.19. Quem vos neſcitis, ait Ioannes, quaſi dicat. Vobiſcum moratur, & apud vos habitat, &

De Palacio enar. 45. vbi ſuprà.

D.Cypr. lib.2.cõt. Iudæos, c.19.

vultum

vultum illius videtis, & videndo exteriora, quid in illo lateat neſcitis. Putatis eſſe filium fabri, & neſcitis eſſe filium omnipotentis illius fabri, qui vniuerſam rerum architectatus eſt & fabricauit machinam. Putatis eſſe creaturam, & eſt verbum Dei, per quod facta ſunt omnia. Quem vos neſcitis, ait, ſed huc venio, vt illum ſciatis. Scitote ergo quod ipſe qui poſt me vẽturus eſt, qui ante me poſitus eſt, mẽque potior eſt, me infinities præſtantior eſt: Cuius vel calceamenta portare, vel corrigiam calceamentorum ſoluere, etiam procumbens, & humi iacens indignus ſum: Quia quamuis hoc ſit humile miniſterium, id præſtare illi, ſum planè impar. Hiſpanè Nomerezeo deſcalçalle. Nos verò vernaculè dicimus, *Il ne m'appartient pas de le deſchauſſer, ou ie n'en ſuis pas digne.* Sic Palacius in Ioannem.

Hic tempeſtiuè opportunéque de diſcrimine & differentia Baptiſmatum, Diui Ioannis Baptiſtę & Chriſti Domini, atque Apoſtolorum ab ipſo delegatorum vt baptizarent, dicendum eſt Primùm omnium, Actorum cap. 19. ſolidè euincitur, alium eſſe baptiſmum Ioannis, à Chriſti baptiſmo his verbis: Paulus cùm veniſſet Epheſum, & inueniſſet quoſdam diſcipulos, dixit ad eos, Si Spiritum ſanctum accepiſtis credentes? at illi dixerunt ad eum. Sed neque ſi Spiritus ſanctus eſt, audiuimus. Ille verò ait, in quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt, in Ioannis baptiſmate.

Act. 19.

Dixit autem Paulus; Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ populum, dicens: In eum qui venturus eſſet poſt ipſum vt crederent, hoc eſt, in IESVM. His auditis, baptizati ſunt in nomine Domini IESV. Et cùm impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Erant autem omnes viri ferè duodecim. Sic D. Lucas Euangeliſta, Actorum ſcriptor Apoſtolicorum.

D. Aug. to. 7. li. 5. De baptiſmo cont. Donat. 9. Idem eodem to. cont. lit. Petiliani li. 2. c. 37.

Quid (amabo) clariùs dici potuit? Iam D. Auguſtini tom. 7. De baptiſmo contra Donatiſtas lib. 5. cap. 9. luculentiſſimum adiungam commentarium Baptizatos à Paulo, inquit, eos qui iam baptiſmo Ioannis baptizati eſſent, legimus, Act. 19. Non ob aliud, niſi quia Ioánis baptiſmus, non fuerit Chriſti baptiſmus, ſed Ioanni à Chriſto conceſſus, qui Ioannis propriè diceretur. Idem eodem tomo contra literas Petiliani lib. 2. c. 37. Ioánis baptiſmus, ait, alius fuit, Chriſti autem alius. Aliquantò eo ſenior D. Hieronymus

in 2.

in 2.Ioëlis noſtri caput,tom.6.Qui baptizati erant,inquit, baptiſmate Ioannis, iterùm baptizantur, imò verum baptiſma accipiunt. Sic illæ duæ columnæ, duóque luminaria Eccleſiæ. Quid igitur ad Magiſtrum dicemus? Is lib. 4. ſententiarum diſt.2.Qui,inquit,ſpem non poſuerunt in baptiſmo Ioannis, & Patrem & Filium & Spiritum ſanctum credebant, non pòſt baptizati fuerunt: ſed impoſitione manuum ab Apoſtolis ſuper eos facta, Spiritum ſanctum receperunt. Alij verò, qui non ita credebant,baptizati ſunt baptiſmo Chriſti. Sic Magiſter. Verùm hac in parte Magiſter non tenetur communiter, vt annotatur in articulis eius, ſub finem operis, ſiue in calce. Et meritò quidem, quia baptiſmum Ioannis cum impoſitione manuum, æquipollere cenſet Chriſti baptiſmo, ita vt baptizatus baptiſmo Ioannis, non eſſet baptizandus. Quod tamen repugnat determinationi Sanctorum. Siquidem, vt idem Magiſter eadem diſtinct.litera E,ſcripſit præparabat homines vſu baptizandi Diuus Ioannes ad Chriſti baptiſmum, Dictúſque eſt baptiſmus Ioannis, Matth.21. *Baptiſmus Ioannis vnde eſt?* Quia ibi Ioannis operatio tantùm viſibilis erat, exterius lauantis, non inuiſibilis gratia Dei interius operantis. Sed tamen & illa Ioannis operatio à Deo erat,& baptiſmus ille à Deo erat, non ab homine tantùm:ſed hominis dictus eſt, quia nihil ibi gerebatur,quod non ageret homo,deinde ſequenti paragrapho:Baptiſmus autem Ioannis,inquit, in nomine venturi tradebatur. Sic Magiſter: vnde colligi facilè poteſt, poſt Ioannis baptiſmum, tanquam præparatorium, ac vt ita dicam, præcurſorium, neceſſarium fuiſſe Chriſti baptiſmum,gratiæ collatiuum,nempe ex opere operato(vt Theologorum ἀξίωμα habet) conferens gratiam. Sic enim in Concilio Tridentino Seſſione 7.Cantic.8. decretum legimus. Si quis dixerit per ipſa nouæ legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam fidem diuinæ promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere:anathema ſit.Rurſus eadem ſeſſione, De baptiſmo, Canon primus eſt huiuſmodi; Si quis dixerit, baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem vim cum baptiſmo Chriſti: anathema ſit. Conſtat itaque iure ac meritò baptizatos iam à Ioanne, Chriſti baptiſmo, in peccatorum remiſſionem & expiationem, atque ad Spiritusſancti gratiam conſequendam baptizatos fuiſſe. D.Cyrillus lib.3. in Ioannem c.57. Baptiſmus Ioannis ait, cùm eſſet

D.Hieronym⁹ to. 6.in Ioël. 2.c.

Magiſter ſententiarum lib. 4. diſtin. 2. littera F.

Mat. 21.

In Conc. Trident. Seſ.7.cā. 8. De Sacramētis in genere

Itē ead. Seſſ.cā.1. De baptiſmo.

D. Cyrillus lib.3. in Ioan. c.57.

eſſet imperfectus, introductorius ad perfectionem fuit. Ibidem, baptiſmus Ioannis ad baptiſmum Chriſti collatus, præparationis vim obtinebat. Theodoretum in cantica Salomonis lib.2.tom.1.audiamus.Ioannis baptiſma vocat in aqua ſola, figurámque baptiſmatis in Spiritu ſancto & igne præmonſtrantes Ioannis baptiſmate baptizatos, Notum eſt illud D. Gregorij ſuper Euangelium ſequentis Dominicæ Luc.3.Anno quinto decimo Imperij, &c. Sicut Chriſti præcurſor prædicando: ita baptiſmum, quo peccata ſoluũtur præcurrebat ſuo baptiſmate,quo peccato ſolui non poſſunt.Ibi paulò antè, Ioannes inquit, baptiſmum ſuum, in remiſſionem peccatorum dare non potuit. Remiſſio enim peccatorum in ſolo nobis baptiſmo Chriſti tribuitur. Sic illi. Nota valde apud Euangeliſtas, Matthæum,c.3.Marcum c.1.& Lucam cap.3.*de Chriſto Ioannem dixiſſe :Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto.* Significat enim verbum futuri temporis manifeſtiſſimè, quod eos quos Ioannes baptizabat, nondum Chriſtus baptizaret in præſenti per Ioannis miniſterium, ſed quod eos futuro tempore poſt Ioannem baptizaturus eſſet. Eſt igitur antitheſis inter baptiſmum Ioannis,& baptiſmum Chriſti, quòd baptizet Chriſtus, Spiritu ſcilicet operante remiſſionem peccatorum,& tribuẽte dona linguarum, vt patuit ſuprà Act.19. Ioannes verò baptizet aqua ſine ſpiritu & ſine remiſſione peccatorum,virtute nimirum baptiſmi ſui.Nam ſine ſpiritu non poteſt fieri remiſſio peccatorum, vt rectè veteres annotant. Quid enim obſecro aliud eſt, Ioannem baptizaſſe aqua, Chriſtum verò baptizaturum in Spiritu ſancto, quàm Ioannem ſic baptizaſſe aqua; vt in Spiritu ſancto non baptizauerit, nec in remiſſionem peccatorum: ſed ſolum Chriſtum baptizaturum in Spiritu ſancto? Quã antitheſim Paulus quoque clariſſimè tradidit, quando dixit,quòd baptizati a Ioanne in aqua in pœnitentiam, poſtea baptizati ſunt in nomine Chriſti, hoc eſt baptiſmo Chriſti:in remiſſionem peccatorum, hoc eſt, in Spiritu ſancto, euidentiſſimè inſinuans, quòd qui baptizati erant tantùm in Ioãnis baptiſmo, non fuerũt baptizati in nomine Chriſti,hoc eſt in Chriſti baptiſmo.Falſiſſimum eſt igitur,quod tanto ſtudio contendunt hæretici, per Ioannis externum miniſterium, & per corporalem illam & ſenſibilem ablutionem aquæ, quam Ioannes exercebat, Chriſtum baptizaſſe eos ipſos in ſpiritu, quos Ioannes baptizabat aqua,

quaſi

Theodoretus to. 1.lib.1.in Canti. Cant.

D.Gregorius Homil. 20.

Matt. 3. & Mar. 1.ac Luc. 3.c. Not. ſedulò.

Act. 19. cap.

quaſi Ioannes dixiſſet: Ego baptizo vos, corporalis aquæ miniſterium circa vos exercens: ſed ille qui me fortior, eſt baptizat vos per ſpiritum, intus renouans vos, & abluens à peccatis. Eſt & hoc diligenter conſiderandum, Ioannem dixiſſe *Ego quidem baptizo vos in aqua, veniet autem fortior poſt me, Matth. 3. ſiue venturus eſt poſt me: ille baptizabit vos in ſpiritu ſancto.* Quibus verbis apertiſſimè ſignificatur, quod fortior ille nempe Chriſtus, nondum venerat, ſcilicet ad prædicandum & baptizandum: ſed quòd mox venturus eſſet, ac tum demum vbi veniſſet, baptizaturus eſſet, idque in ſpiritu. Palàm ergo ſignificatur, quòd nondum baptizaret Chriſtus, ſed quod mox venturus eſſet ad prædicandum ac baptizandum. Dicens verò Baptiſta, Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. *Ego quidem baptizo vos aqua: Qui autem poſt me venturus eſt, ipſe baptizabit in ſpiritu ſancto.* Diſertè teſtatur, quòd illi ipſi, quos ipſe baptizauerat aqua in pœnitentiam, denuò Chriſti baptiſmo baptizandi eſſent. Deinde, Neceſſitatem baptiſmi Chriſti etiam iis indictam eſſe, qui baptiſmo Ioannis baptizati erant ſolidè & neceſſariò ex verbis illis generalibus Chriſti colligitur: *Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, nō intrabit in regnum cælorum.* Quibus ex verbis generalibus non dubitat, optimus antiquitatis interpres, Auguſtinus, tom. 2. epiſtola ad Seleucianam, in ordine. 108. aſſeuerare Apoſtolos ipſos, Chriſti baptiſmo fuiſſe baptizatos. Etiam ſi ſcriptura non exprimat, vbi & quando factum ſit. Et ſanè de Petro ſatis hoc inſinuauit Dominus. *Ioan. 13. Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet, &c.* Vbi intelligitur, quod iam Petrus baptizatus fuerat. Sic Auguſt. Qua de ſententia, conſulere poteris Decades ſacras. Cōcione de ablutione pedū, tomo poſteriore. Poſtremò, quādo *Apoſtoli ſemel 3000. iterū 5000. ex turba credentium Iudæorū baptizauerūt, vt habetur, Act. 2. & 4. cap.*) Dubium non eſt, quin in ea credentium turba plurimi fuerint baptiſmo Ioānis prius tincti, & præparati. Nec Apoſtoli tantam baptizantes multitudinem curioſè & ſcrupuloſè inquiſiuiſſe leguntur, ne quis fortè in turba illa eſſet Ioannis baptiſmo baptizatus, quem nefas eſſet denuò aqua baptizari & ſpiritu. Prætermitto quod ſuprà allatum eſt ex Act. 19. quod diſcipuli quidam qui Ioannis baptiſmo baptizatos ſe dicebant, iuſſi ſunt à Paulo Apoſtolo, denuò baptizari baptiſmo Chriſti in aqua. Nec hic audienda eſt explicatio ſeu potiùs diſtinctio Domini Petri

Matth. 3. *Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3.* *Ioan. 3. c.* *D. Auguſtin. to. 2. epiſ. 108. ad Seleucianā religioſiſſimā Dei famula.* *Ioan. 13.* *Act. 2. & 4. cap. & 19. cap.*

Petrus Lombardus non tenetur hic. Lombardi, Magiſtri ſententiarum vulgò dicti, ſuprà quoque producta, quæ iam olim reiecta eſt, & expuncta, tamquam cum ſcriptura pugnans. Sequendus itaque D. Auguſtinus, qui to. 9. tractatu 5. in Euang. Ioan. aſſeuerat, dicens: Qui baptizati ſunt à Ioanne, non hoc eis ſuffeciſſe: ſed eis neceſſarium fuiſſe, vt denuò baptizarētur baptiſmo Chriſti, quia non erat baptiſmus Ioannis baptiſmus Chriſti. Et qui baptizati erant baptiſmo hominis conſerui, oportebat, inquit, vt baptizarentur baptiſmo Domini. Concludo igitur cum Diuo Cypriano martyre eximio ac Doctore egregio. Is ſermone de baptiſmo Chriſti, & manifeſtatione Trinitatis; Supponit, inquit, ceruicem ſanctam manibus hominis, humilitas redemptoris, & licet plenam non habeat virtutem, ſuſcepit tamen Chriſtus baptiſma Ioannis. Præparabat viam Domini Ioannes, lauando exterius corpora, vt præcederet exterius lauacrum, ſecuturum baptiſma, in quo conferretur animarum ablutio, & peccatorum remiſſio. Præceſſit quod erat ex parte, vt conſummatio ſequeretur. Vides lector luculentam florentiſſimi Cypriani (iuxta nominis ἔτυμον) ſententiam, & conſtantem aſſeuerationem. Eadem eſt eius ſententia lib. 1. ad Quirinum aduerſus Iudæos, cap. 12. Quæ hactenus propoſita fuerunt, de differentia baptiſmatum Ioannis & Chriſti, magna ex parte à Iudoco Raueſtein Tiletano, Doctore Lauanienſi, altera parte Apologiæ ſeu defenſionis Decretorum Concilij Tridentini, aduerſus cenſuras & examen Martini Kemnitij miniſtri Brunſuicenſis, mutuatus ſum, in explicatione Can. 1. De baptiſmo, quem in ſuperioribus citauimus.

D. Auguſtin. to. 9. tract. 5. in Ioā. Euāgelium.

D. Cyprianus de Bapt. Chriſti, & maniſeſta. Trinit.

Idem lib. 1. ad Quirinū, aduerſus Iudæos, ca. 12.

Iudocus Raueſteī Louanieſis Doctor Pro Cōc. Tridentino part. 2. cōt. Kemnitium.

Et ſanè eiuſdem Baptiſtæ ſententia, hoc loco clara eſt. Illam enim particulam, Qui poſt me venit, frequenter memorat tantum dicens: Nolite putare rem ipſam in meo eſſe baptiſmate: Non ſanè perfectum eſt, alius poſt me venit alterum allaturus. Hoc tamen illius præparatio quædam eſt, & præceſſio. Res noſtræ vmbræ ſunt, & imago: alium venire oportet, qui veritatem afferat. Quamobrem illud, Poſt me venit, eius maximè oſtendit dignitatem: Nam ſi id erat perfectum, nullus erat ſecundo locus. Sic Diuus Chryſoſtomus, homil. 15. in 1. Ioan. Simile pertractat in ea, quam ad Hebræos miſit Epiſtola, *Diuus Paulus Apoſtolus, cap. 7. argumentum. Si, inquit, conſummatio erat per ſacerdotium Leuiticum, quid adhuc neceſſarium fuit, ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundum*

D. Chryſoſtomus, homil. 15. in 1. Ioannis cap. Heb. 7. & c. 8.

dum ordinem Aaron dici? Item cap. 8. ſi prius teſtamentum, nempe Vetus,ait,perfectionem intuliſſet,non vtique ſecundi, nimirum Noui teſtamenti,locus inquireretur. Dicendo autem nouum,veterauit prius. Quod autem antiquatur & ſeneſcit,prope interitum eſt. A ſimili liceat de Ioannis baptiſmate, in comparatione ad Chriſti baptiſmum,qui ſucceſſit illi,æſtimare & indicare. Nunc explicandæ ſunt ac benignius interpretandæ, aliquot Veterum authoritates, quæ in ſpeciem & iuxta apparentiam videntur Ioannis baptiſmum adæquare parémque facere cum baptiſmo Chriſti. Scribit enim Egeſippus de excidio, libro ſecundo, capite duodecimo. Ioannes Baptiſta, etiam baptiſmum propter purificationem animæ & corporis inſtituerat. Igitur par fuit & æqualis Chriſti baptiſmo ad animæ ſcilicet abluendas ſordes? Reſpondeo, miniſtrabat quidem baptiſmum propter purificationem animæ,ratione videlicet pœnitentiæ, non autem ex opere operato(vt loquuntur.) Item D. Cyrillus Hieroſolymitan⁹ Catecheſi tertia. Baptiſmus Ioannis,inquit, ab igne comminationis liberabat. Ergo coæquatur baptiſmo Chriſti? Reſpondeo id intelligendum ratione prædicationis pœnitentiæ. Idem rurſus, Catecheſi myſtagogica 2. Ioannis baptiſmus peccatorum condonationem præſtabat. Reſpondeo pari modo, intelligi opertere diſpoſitiuè virtute pœnitentiæ,quam prędicabat,ex opere(vt loquuntur in Scholis Theol.)operantis,interim non dabat nec conferebat adoptionem filiorum, & remiſſionem peccatorum, ex opere operato. Conſimiliter exponendus eſt Prudentius, Poëta Chriſtianus, Cathemerinõn, in hymno ieiunantium, qui de Ioanne Baptiſta ſentire videtur,quòd eius baptiſmus ſpiritum contulerit,.ita enim cecinit:

Egeſipp⁹ de excidio, Hieroſ. lib. 2. cap. 12.

D. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 3. Idem Catecheſi Myſtagogica 2.

Prudentius Cathemerinõ ĩ hymno ieiunãtium.

Sacrato in flumine
Veterum piatas lauit errorum notas,
Sed tincta poſtquàm membra defæcauerat
Cælo refulgens influebat Spiritus. Sic ille ibi.

Tu verò expone,quòd lauit pręparando,& diſponendo animos ad pœnitentiam: Quod autem dicit de deſcenſu Spirituſſancti,interpretare, reſpectu ac ratione ſoli⁹ Chriſti, ſuper quem à Ioanne in Iordane baptizatum, in ſpecie columbæ Spirituſſanctus deſcendit, ac ſuper eum manſit, audiuitque Ioannes vocem dicentem: *Hic eſt qui baptizat, nimirum in Spiritu ſancto, nedum in aqua.* Aliâs falſum eſſet quod de Spiritus communicatione hîc dicitur à Prudẽtio,

 in bap

Ioan. 1.c. in baptiſmo Ioan. Iam ad contextum nobis regrediendum eſt. *Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt. Cuius non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.* Dicens, *Poſt me venturus eſt*, indicat conceptionem poſt
Luc. 1. c. Ioannem menſe ſexto, *vt Luc. 1. bis annotatur:* Quod verò ſubditur, *Ante me factus eſt*, hoc eſt honorabilior, ac ſi dicatur. Ante me poſitus. Poſt me ergo venit, quia poſtmodum natus. Ante me autem factus eſt, quia mihi prælatus.
Euſebius Emiſſen° præſenti Euang. Dom. 4. Aduentus. Obſeruat præſenti Euangelio Dom. 4. Aduentus Euſebius Emiſſen°, quòd particula Ante, hoc in loco nõ tẽporis, ſed ordinis habet ſignificationem. Venerabilis Beda ſimiliter in Ioan. 1. cap. Ante me factus eſt, &c. Ante, inquit, non ad ordinem temporis, ſed ad diſtantiam pertinet dignitatis.
V. Beda in Io. 1. cap. Gen. 48. Iuxta quod Geneſ. 48. ſcribitur. Conſtituit Ephraim ante Manaſſem. Manaſſes tamen maior natu erat. Poterátque ille dicere: Qui poſt me venit, ante me factus eſt, id eſt, Qui poſt me natus eſt, potentia me anteceſſit. Et D. Chryſoſt. hom. 12. & 15. in Ioan. Ante me factus eſt, id eſt, clarior
D. Chryſoſt. Homil. 12. in Ioannem & 15. Homil. D. Greg. Homil. in Euang. ſeptima. eſt & honorabilior. D. Gregorius Homil. 7. exponit: Ante me factus eſt, hoc eſt, mihi prælatus eſt, & ante me poſitus. Simpliciter autem hæc explicat Philippus noſter, Conc. 2. Huius Dominicæ: Sic enim ſcribit: Hæc verba: Ante me factus eſt, intelligi non poſſunt de Chriſto, vt Deus eſt. Nam vt ait B. Athanaſius in Symbolo: Filius à Patre ſolo eſt, non factus, nec creatus, ſed genitus. Non creatus, quia quod creatur, nihil anteà fuiſſe intelligitur, vt mundus, qui ex nihilo creatus eſt. Chriſtus autem ab æterno fuit Deus dicente Apoſtolo: *Heb. 13. Ieſus Chriſtus*
Philippus Diez Conc. 2. Dom. 3. Aduentus. *heri & hodie, ipſe & in ſecula.* Neque etiam factus dicendus eſt filius Dei: quia facere præſupponit materiam, quæ in Chriſto, vt Deus eſt, non inuenitur. Eſt enim Deus actus purus, ab omni materia ſecretus & ſeparatus. Sed genitus eſt, quia generatio ſubſtantiæ communicationem præſupponit: Et quia Pater totum ſuum eſſe filio communicat, &
B. Athanaſius in Symbolo. Heb. 13. cap. Luc. 1. filius per intellectum patris producitur: ideò dicitur genitus. Quòd ſi antè factus dici non poteſt, quoad diuinitatem, dici, quoad humanitatem videtur falſum, quia Diuus Ioannes ſex menſes habuit, antequàm Chriſtus conceptus èſt, vt declarauit Angelus ſacratiſſimæ Virgini, dicens: *Luc. 1. Et hic menſis eſt ſextus illi, qua vocatur ſterilis, &c.* Reſpondeo, Ante me hoc loco ſignificat citius quàm ego, factus fuit homo: quia in inſtanti incarnationis factus fuit homo.

homo. Conſule tomum priorem noſtrarum Decadum Sacrarum Homiliā omnium poſtrema de Virg. annunciatione. Quemadmodum ſiquis duo vaſa aurifici facienda daret, & vnum quidem breui perficeret, alterum verò longiori temporis ſpatio: diceremus: Ante fuit hoc factum, quia breuiori tempore factum eſt. Hæc Philippus Diez, Franciſcanus; Luſitanus. Nota eſt loquendi formula qua diuinus vſus eſt Apoſtolus, *Galat. 4. cap. Miſit Deus filium* Gal.4.c. *ſuum factum ex muliere; factum ſub lege, &c.* Factus verò (quantum ad ſanctiſſimam eius carnem attinet) dicitur ante Ioannem: hoc ſenſu, quia in ſacra virginis aluo, & vtero; Spiritusſancti opere, in inſtanti organizatum eſt corpus Chriſti, atque ſanctiſſima anima illi, ad virginis conſenſum: *Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Luc. 1.* infuſa. Luc. 1. c. Tuncque in momento & inſtanti, vt ὁ θεόλογος ſcribit *Ioan.* Ioan.1.c. *1: Verbum caro factum eſt.* & fœmina (gremio vteri ſui circundedit virum (perfectum, omni ſcientia, omni gratia,) *Hier. 31.* Maria ἀειπαρθένος; καὶ θεοτόκος, Chriſtum Ieſum Im- Hierem manuelem, *Iſai. 7.* Verum Deum, ac perfectum hominē. At 31. cap. verò Ioannes Baptiſta per temporum interualla ac ſpacia, Iſai.7. in ſterili Elizabethę anus vtero effingebatur & efformabatur, atque 46. diebus, ſi Phyſicis creditur, materia Embryonis organizabatur: Chriſtus autem, ab inſtanti conceptionis ſuæ, fuit perfectus vir, plenus gratia, plenus ſcientia, & denique ab initio ſui conceptus ſecundum portionem animi ſuperiorem, beatus, vſum habens liberi arbitrij. Quibus de articulis pleniſſimè in tertio ſentētiarum libro agitur. Non ſic Ioannes, nec quiuis alius. Benè ergo, Ante me factus eſt. de Chriſto dixit idem Ioannes. Quaſi dicat, tan- L ibr. 3. tum me ſuperat, vt dignus ipſe non ſum, quaſi ſeruus ad fi- Sen ten- lium Domini comparari. Hoc enim, vt arbitror ſignificat, tiarum. non eſſe dignum, qui corrigiam calceamenti eius ſoluat. Dignus non ſim, ait Ioannes, illi hoc minimum præſtare obſequium, quod eſt ſoluere corrigiam calceamenti. Soluere enim calceamenta viliſſimi ſerui officium eſt, inquit, hom. 15. os aureum vulgò cognominatus Chryſ. in Ioannem tom. 3. Erubeſcat tandem præſumptio, & ſuperbia noſtra. Ioannes ſiquidem, quo inter natos mulierum non ſurrexit maior, dicit ſe indignum ſoluendo Chriſti calceamento, & tu dicis te dignum pontificatu & ſacerdotio, Tu, inquam, multis onuſtus peccatis ac criminibus, multa circundatus infirmitatis & inſuffi-

cinentiæ mole & caligine, te dignum ducis, qui corpus Chriſti tractes? Non ſum dignus dicebat Ioannes. Huius exemplo diſcant ſacerdotes, cum ad tremenda altaris myſteria accedunt, quo timore & reuerentia accedere eos oporteat: quando is qui ab vtero matris Spiritu ſancto plenus erat, indignum ſe eſſe fatetur, qui ad pedes Domini procumbens, corrigiam ſoluat calceamentorum eius. Memineris quoque Centurionis dicentis: *Matth. 8. ca. Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum, &c.*

Mat. 8. c.

Magna profectò ac à nobis imitãda Ioannis humilitas! *Ecleſ. 3. Quantò magnus es, humilia te in omnibus: & coram Deo inuenies gratiam.* Ille, vt ex verſione 70. *Prouerb. 3. cap. habetur.* Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ, δίδωσι χάριν. Hoc eſt, *Deus ſuperbis & inflatis ſiue elatis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Quod Iacobi 4. cap. & 1. Petr. 5. repetitum legimus.* Hic multa congererem de virtute humilitatis, niſi in Decadibus noſtris ſparſim quamplurima ad id facientia & conducentia argumentum, iam Deo benè propitio collegiſſemus. Finem dicendi faciam, ſi Michaëlis de Palatio, loco ſupra recitato, verba, coronidis vice ac loco hic appoſuero. D. Gregorius, inquit ille, hæc verba, Non ſum dignus ſoluere corrigiam, ad allegoriam vertit. Legimus enim in libro *Ruth. ca. 4. Booz ſoluiſſe calceamentum propinquioris viri, cui ex iure debebatur Ruth in vxorẽ,* & in teſtimoniũ, quod propinquior reſignabat ſuũ ius in Booz, ſoluit Booz eius calceamentum. Et in *Deut. c. 25. Mulier item, illius ſoluebat calceamentum, qui eam accipere in vxorem debebat iure propinquitatis, Nolens autem coniugium, mulier illius calceamentum ſoluens, & in illum expuens, ſoluebatur à debito propinquitatis, vt alteri nubere liberè poſſet.* Itaque ſiue vir ſiue mulier, per ſolutionem calceamenti, ſiue per excalceationem alterius propinquioris, ſoluebat propinquitatis maioris matrimonij iura. Ioannes igitur verbis prænotatis ſignificans ſe eſſe indignũ accipiendi Eccleſiam in ſponſam, inquit, ſe eſſe indignum ſoluere calceamentum Chriſti. Verùm hæc allegoria egregiè conueniret, ſi Chriſtus, ſponſus legitimus ipſius Eccleſiæ (*Qui enim habet ſponſam ſponſus eſt, dicebat amicus ſponſi. Idem Ioannes nempe, de Chriſto Domino, Ioan. 3.*) noluiſſet Eccleſiam in ſponſam, quam tamen maximè vult. *Nam ſacramentum hoc magnum eſt, dico in Chriſto & in Eccleſia. Chriſtus dilexit Eccleſiã, & ſeipsũ tradidit pro ea Ephe. 5.*

Eccl. 3. c. Prou. 3. ex 70. interpre. verſiõe. Iac. 4. & 1. Petr. 5. cap. Michaël de Palatio in Ioãnem vbi ſuprà. D. Greg. præsẽti, Homi. 7. videlicet. Ruth. 4. cap. Deut. c. 25. Ioan. 3. c. Eph. 5. c.

Secun

Secunda allegoria eſt: Non ſum dignus ſoluere, id eſt, patefacere vnionem hypoſtaticam diuini verbi & noſtræ humanitatis: Siquidem hæc vnio, eſt tanquam corrigia quædam ligans ſeu vniens diuinum verbum cum carne humana. Sic ibi. Huc refert, quod Euangelicus Propheta, *Iſai.53.cap. vaticinatus eſt, Generationem eius quis enarrabit?* *Iſa.53.* Quod non ſolùm de generatione diuinitatis, ſed etiam (Leone magno interprete) de natiuitate ex virgine, & incarnationis ſacramento ac de nouitate partus virginei meritò intelligi debet. *D. Leo magnus.* *O admirabile commercium, creator generis humani, animatum corpus ſumens de virgine naſci dignatus eſt, & procedens homo ſine ſemine, largitus eſt nobis ſuam deitatem.* Ita ſancta mater canit Eccleſia. *Eccleſia.* Nouum eſt hoc, rarum, atque mirabile. Et quis dignè tantum ſacramẽtum explicare poterit? Baptiſta huic negotio imparem ſe ingenuè profitetur. Ecquis vnionem illam admirabilem effari, & explicare ſuffecerit? O Chriſte Emmanuel, qui per viſcera miſericordię tuę viſitaſti nos, ô Oriens, ex alto: Quique propter nos homines, homo ipſe factus es, Qui denique vt nos Deo coniungeres per carnis contubernium, ex illibata virgine naſcendo formam noſtri corporis ſumpſiſti: *Formam ſerui accipiens, habitu inuentus vt homo, Philipp.2.* *Phil.2.c.* Tu, inquam ὦ φιλάνθρωπε, per myſteriũ incarnationis tuæ, libera me Domine, Amen.

HOMILIA XXXII.

DOMINICA QVARTA Aduentus.

Anno 15. Imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ: & Trachonitidis regionis, & Lyſania Abilinæ tetrarcha, ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha, factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans

baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionum peccatorum, ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Iſaiæ prophetæ.

Luc. 3. c. LVC. CAP. III.

CVm præcurſoris Chriſti aduentus atque prædicationis ipſius exordiũ, adeò celebre ac ſolẽne fuerit, vt de eo etiã *Malachias. 3. cap.* vaticinatus fuerit, dicens: *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te*: D. Lucas ideò hoc loci, non ſine magno circunſtantiarum temporis, loci, ac perſonarum apparatu & ſplendore ſiue pompa, D. Ioannis exitum à deſerto deſcribit, qui prædicaturus pœnitentiã atque Chriſti aduentum prænunciaturus adueniret. Dicit ergo: Anno 15. imperij Tiberij Cæſaris. Iſte Auguſto Cæſari (cuius imperij temporibus natus fuerat Chriſtus) immediatè ſucceſſit,) vt Romana narrat hiſtoria) ac eius ipſius tempeſtate, cùm monarchiam per annos quindecim obtinuiſſet, Ioannes Baptiſta, annum agens ætatis ſuæ trigeſimum prædicare cœpit, qua in ætate Chriſtus quoque cõcionandi ſuſcepit officium, ſicut eodem c. *Lucas aſſeuerat, dicens: Ipſe* IESVS *erat incipiens quaſi annorum triginta, &c. menſibus verò ſex duntaxat, vt habetur, c. 1. Ioannes ſenior erat Chriſto Domino.* In hac ætate annorum 30. aſſerit D. Hieronymus prologo in Ezechielem, prædictum vatem mirabiles viſiones habuiſſe, ac prædicationem ſuam exorſum. Verum percontaberis, Cur annum imperij nominauit, nõ autem regni: Quoniam Romani primum quidem à regibus gubernabantur, ſed ob tyrannidem Tarquinij vltimi eorum regis, noluerunt reges in poſterum acceptare, verùm regibus exactis, per Conſules, quos ipſi eligebant, regebantur. Tandem Iuliùs Cæſar, qui primus Romanum vſurpauit ac inuaſit imperium, cùm ſciret nomen regis illis eſſe exoſum, noluit rex appellari, ſed Imperator. Ideóque nunc imperij dixit Euangeliſta, non autem annos regni Tiberij. Interim, Imperatoris nomen quam Regis lõgè arrogantius videtur: Regere ſiquidem & gubernare ſubiectos, maiorem pręſe fert clementiam, ac humilitatẽ, lenitatemq́;, quàm imperare & pręcipere. βασιλεὺς, quaſi βάσιλαῦ fulcimentum, ſuſtentaculum, & populi ſtabili

Malach. c. 3.

Luc. 3. c. & ca. 1.

D. Hier. prologo, in Ezechielem.

men

mentum exponitur. *Hinc Sap.6 Rex ſapiens ſtabilimentum eſt populi.* ποιμένα λαῶν, paſtorem populorum regem diuinus appellauit Homerus, de Agamemnone verba faciens. Imperator autem graue quid ac, vt ita dicam, imperioſum, ſignificat atque tremendum. Æterna diſpoſitio vniuerſalis, vniuerſalis Monarchæ dignitatẽ in ſacris nomine Regis, & eius qui eſt populi baſis, aut paſtor procuratórque & non Imperator vocari voluit. Hic Imperator Tiberius referente Suetonio in eiuſdem vita §. 42.) In caſtris tyro etiam, propter nimiam vini auiditatem pro Tyberio, Biberius, pro Claudio, Caldius, pro Nerone, Mero, vocabatur. Eum libidini deditum, §.43.& 44. ad prodigium vſq;, ac portentoſæ luxuriæ vetulum hircũ, §.45. depingit. Quid eius auaritiam, rapinas ac cõcuſſiones, odium, ac crudelitatem eius in proximos ac conſanguineos, ex eodem Suetonio opus eſt hic commemorare & tranſcribere? Sequitur in textu: Procurante Pontio Pilato Iudæam, &c. q.d. Euangeliſta. Iam non eſt rex in Iudæa, nõ eſt ſceptrum regale, non eſt corona. Sed quid? procurator quidam ſiue prorex, (Gallicè *Viceroy*) quem hodie quidem conſtituit Imperator, quémque ſequenti die, ſi eius ſedeat animo, illique libuerit, auferet: Ipſe autem non natura ſeu origine Iudæus eſt, ſed ex populo Gentilitio, & alienigena eſt. Inſinuat itaque Euangeliſta ex prophetarum oraculis & vaticiniis, Chriſtum eſſe Meſſiam, quem Iudæi expectabant. Duæ ſiquidem extant prophetiæ, quæ omnium conſenſu de Chriſti aduentu intelliguntur. Prior exprimit venturum eſſe Meſſiam, quando ablatum erit ſceptum de Iuda, *Geneſ.49. Non auferetur ſceptrum de tribu Iuda, &c.* Poſterior aſſerit hunc Meſſiam, *magnum futurum Prophetam*, & oriundum ex Iudaico populo. *Deuter.18. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum tuorum, &c.* Cùm igitur tunc temporis nullus eſſet rex in Iudæa, & qui tunc rerum potiebatur, regimenq; Iudaici populi obtinebat, ac nomine Imperatoris Tiberij, Iudæam tunc procurabat Pilatus, nõ naturalis Iudæus, ſed Gentilis eſſet, ipſo affirmante, *Ioan. 18. Nunquid ego Iudæus ſum?* quaſi dicat, Non. Conſequitur neceſſariò, ex ſuprà citatis prophetarum, Iacob Patriarchę ac legiſlatoris Moſis oraculis: Chriſtum in lege promiſsũ iam aduenisse, & eum eſſe Ieſum æterni Patris filium. Subditur ſtatim in textu: Tetrarcha Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Ituraæ, & Lyſania Abilinę tetrar

Sap. 6.c. *Homerꝰ ĩ Iliade.* *Suetoniꝰ in Tiberio Cæſ. §.42. & 43. ac 44. & 45.* *Gen. 49.* *Deu. 18.* *Ioan. 18.*

trarcha, &c. Poſt Herodis magni deceſſum contentione orta de regni ſucceſſione, Cæſar in aliquot partes regnum

Mat.2.c.

Iudęorum diuiſit ac diſtraxit, dans Archelao (qui pro Herode Aſcalonita patre ſuo regnauit in Iudæa, *Mat.c.2.*) Iudæam, Herodi Galilæam, & Philippo Ituręam, & Traconitidem regionem. Lyſanias autem tum temporis Abilinam moderabatur ac gubernabat regionem. Sicq; Tetrarchæ facti ſunt. Tetrarchia enim apud Gręcos, quarta pars regni ſiue principatus eſt, & Tetrarcha vocatur princeps quartæ partis regni. Cùm verò Archelaus, qui in Iudęa regnabat, relegatus eſſet, & ab adminiſtratione Iudææ eiectus tūc per Ethnicos procuratores gubernata fuit Iudæa. Quorum vnus fuit Pilatus. Et Iudęorum quidem proprius Hiſtoriographus Ioſephus, ſub finem lib.1. de bello Iudai-

Ioſephus ſub finē libr.1. de Bello Iudaico.

co his de rebus ſic diſſerit: Herodes ſucceſſorem quidem Archelaum natu maximum, Antipæ fratrem, ſcripſit (in teſtamento) Tetrarcham verò Antipam. Rurſus, in teſtamento Philippum quidem hæredem Trachonis, proximarúmque regionum: Tetrarcham verò, ſicut ſuprà diximus, Antipam: Regem autem Archelaum ſcripſerat: eidémque anulum ad Cæſarem ferre mandauerat, aſſignatámque regni adminiſtrati notitiam. Omnium namque diſpoſitionum ſuarum dominum & confirmatorem Cæſarem eſſe voluit. Cætera verò ſeruari iuxta ſuperius te-

Ioſephus libr.2.de belloIud. c.4.& 6. & in antiquitatibus,li.17.

ſtamentum. Sic Ioſephus. Quid autem Cęſar diſpoſuerit vel qualiter circa hoc negotium, author pręfatus lib.2. de bello Iudaico, ca.4. ex verſione Gelenij ſic explicat: Cęſar partibus auditis Romę, mediā regni partē ſub Ethnarchiæ nomine dedit Archelāo: etiam regem, ſi ſe dignum præbuiſſet, facturum eſſe pollicitus. Reliquam verò dimidiam in duas Tetrarchias diuiſit, duobúſque aliis Herodis filiis attribuit: vnam Philippo, alteram Antipę, qui cū Archelao de regno certauerat. Huius parti ceſſerat & Galilæa: Trachō Philippo deſtinata eſt: Archelai verò Ethnarchia Idumeā omnemq; Iudęā & Samariā habebat. Hæc Ioſephus. Qui rurſus prędicti lib.c.6. indicat, Nono principatus ſui anno, Archelaum à Cæſare in exilium pulſum Viennā Gal-

Idē li. 2. bell.Iud. cap.8.

liæ ciuitatē: patrimonium verò eius fiſco Cęſaris adiudicatum. Sic Ioſephus, vbi ſuprà, & in antiquitatum Iudaicarum libr.17. De Pilati regimine, cap.8. lib.2. Belli Iudaici ita ediſſerit: Archelai Ethnarchia in prouinciam redacta: Reliqui, id eſt, Philippus & Herodes, qui cognominaba

naba

nabatur Antipas,tetrarchias ſuas regebant. Delato autem ad Tiberium Romano imperio poſt mortem Auguſti, qui præfuit rebus annis ſeptem & quinquaginta menſibus ſex & diebus duobus (quod bene nota) manſerunt in tetrarchiis ſuis. Herodes ac Philippus. Miſſus autem à Tiberio in Iudæam Pilatus, curandam accepit regionem Defuncto autem Tiberio poſt regnum annorum duorum & viginti, ſex menſium trium dierum, ſuccedens in imperium Caius Cæſar, abſoluit Agrippam vinculis & Tetrarchiam Philippi,(iam enim is deceſſerat)ei tradidit,regemque appellauit. Is erat Agrippa filius Ariſtobuli, quem pater Herodes interfecit: qui ad Tiberium Romam venerat.Sic ibi Ioſephus. Colligo, cum teſte Euſebio in hiſtoria Eccl. anno 42.Auguſti Cæſaris natus ſit Chriſtus,ac ſimiliter Ioannes: & Auguſtus 57.annis regnauit, Ioannes autem exiit prædicaturus anno 15. Tiberij,(vt hîc dicitur) manifeſtè proinde conſtat, Ioannem trigeſimum egiſſe annum, quando iam incepit prædicare: Nam quindecim Octauiani Auguſti, & quindecim Tiberij trigeſimum numerum implent: Qua in ætate Chriſtus & Ioannes ſucceſſiuè exierunt prædicaturi ac in publicum prodierunt, vt ſuprà inſinuatum eſt. Cæterùm tres iſti tetrarchæ Herodes, Philippus, & Lyſanias, putantur à pleriſque fuiſſe tres filij Hérodis maioris. In eáque eſt ſententia Euſebius in Chronicis,ad annum Domini 7. ſcribens ita: In Herodis demortui locum filius eius Archelaus ab Auguſto ſubſtituitur,& Tetrarchæ fiunt 4.fratres eius Herodes, Antipater,Lyſias & Philippus. Sic ibi:Ille tamen in hiſtoria Eccleſiaſtica tres nominauit duntaxat:Herodem,Lyſaniam, & Philippum;lib.1.cap.10.Ruffino interprete,Ex teſtamento Herodis,inquit,adiudicante etiam Cæſare Auguſto,regni Iudæorum ſucceſſor extitit Archelaus, & poſt decem annos imperio deiectus à Ioſepho narratur (lib. 17. antiquit.c.35.ex Gelenio.) Et Philippus ac Herodes iunior frater, cum Lyſania in tetrarchias diuiſum Iudææ regnum regebant. Et ſequenti cap.11. hiſt. Eccl. Euſebius affirmat ex Ioſephi probatiſſimi hiſtorici teſtimonio. Duodecimo anno Tiberij Cæſaris Iudææ procurationem ſuſcepiſſe Pilatum, conſonanter autem in his cum hiſtorico, Euangeliſta concordat hoc loco d. Anno 15. imperij Tiberij, &c. inquo quartus erat Pilati procurationis annus, cùm etiam Iudææ tetrarchæ haberentur, Herodes & Lyſanias

Nota 1.

Euſeb.in hiſt. Eccleſ.lib.1. cap.2.ex verſione Ruffini, & c.11. eiuſdem lib.

Euſebius in Chronico.

Idē hiſt. Eccl. lib. 1.c. 10. Ruffino interprete.

Ioſephus li.17 ant. Iudi.5.c. ex Gelenio.

Euſebius hiſt.lib.1. c.11.

&Philip

& Philippus, Dominum & ſaluatorem noſtrum fuiſſe annorum 30. quando ad Ioannem baptizandus aduenit: Tūc enim initium Euangelicæ prædicationis inſtituit. Hæc ille. Opinio Euſebij in Chronicis ſtare non poteſt.

Ioſephus antiquit. li.17.c.10 Primò, quia Antipatrum ſuperſtitem facit Herodi, contra veritatem hiſtoriæ. Quandoquidem (ex Ioſepho antiquit. lib. 17. cap. 10.) quinta die poſtquam Antipatrum filium occidit Herodes, vita defunctus eſt, ex quo à Romanis idem Herodes, rex declaratus eſt anno 37. Sic ibi. Adde quod, Lyſias ille, vel (vt ſcribi debuit) Lyſanias; non erat frater Herodis & Philippi; ſed (ex Ioſeph. lib. 14. cap. 23. Gelenio) filius fuit Ptolemæi Mennæi, cuius in principatu ſucceſſor fuit. Verùm, quia idem libr. 15. capit. 4. aſſerit Lyſaniam Ptolemæi filium, ab Antonio Cleopatræ ſuaſu interfectum; (cùm enim ingreſſa eſſet cum illo Syriam, ſtatim cogitauit quomodo eam poſſeſſionem ſuam faceret. *Idē antiquit. lib. 14. c. 23. Gelenio. & lib. 15. & ca. 4. eiuſdem hiſtorici.*

Nam Lyſaniam Ptolemæi filium interfecit: cauſata eum ſtudere rebus Parthicis. Hæc illæ.) Exiſtimauerim facilè temporis decurſu filium fortaſſe, aut nepotem ſibi cognominem & æquiuocum tetrarchiam obtinuiſſe. Coniecturam meam propono, nihil interim affirmans in re mihi dubia. Porrò de tetrarchiæ vocabulo quidam ſic exiſtimant: Diuiſiſſe Auguſtum regnum Herodis in 4. partes, & 4. illius filiis ſingulis vnam partem dediſſe, quorum pars ea quæ Archelaô obtigerat, illo expulſo Pilati procurationi aſſignata ſit. Verùm hæc ſententia partim ex nomine tetrarchæ, partim ex iſtorum 4. enumeratione, Pilati ſcilicet; qui Archelai parti præſidebat, Herodis, Philippi & Lyſaniæ, occaſionem ſumens, facilè refellitur: Siquidem Herodis regnum in tres tantùm partes fuit ab Auguſto ſecundum teſtamentum patris tribus duntaxat ſuperſtitibus filiis diuiſum medietate ſcilicet aſſignata Archelao, duabus verò reliquis partibus diſtributis Herodi & Philippo. Non enim Lyſanias filius fuit Herodis vt ſuprà dictum eſt, ſed portionem Lyſaniæ, eiúſque interempti ditionem, (quam Zenodorus quidam conduxerat, ex Ioſepho lib. 15. cap. 13. Illamque regionem ab eo tum etiam ſuperſtite ablatam, Herodes acceperat à Cæſare nimirum Auguſto, & Zenodoro mortuo apud Antiochiam Syriæ, Cæſar huius portionem ſanè non contemnendam, donauerat magno Herodi) putauerim ego, ex Rom. Imperatoris *Ioſephus antiq. li. 15. c. 13.*

prouiſione,

prouiſione,quendam Lyſaniam vocatum, ſortitum fuiſſe, qui exprimatur hoc loco tetrarcha Abilinæ (ſub.) regionis. Et quamuis tetrarchiæ nomen à regni ſiue gubernationis quarta portione omninò videatur eſſe deſumptum: non tamen tetrarchia ſemper quartam partem regni, vel principatus ſignificat, ſed potius magiſtratum & dignitatem ſiue gubernationem. Et ſicut ἔπαρχος, præfectus, ἔξαρχος princeps,ſic & tetrarcha magiſtratus nomen eſt. Inde, Ioſephus lib.15.cap.13. ſcribit Herodem Phærori ſuo fratri à Cęſare tetrarchiam impetraſſe,de ſuo regno deciſis centum talentorum reditibus,vt etiam ſiquid fatale ſibi accideret,in tuto eſſent res illius, neque ſubijceretur Herodis filiorum imperio.Iterum,(lib.14. c. 23.Gelenio) Antonius in Syriam prouinciam veniens Herodem cũ Phaſaëlo ambos fratres tetrarchas conſtituit, & Iudæorum eis commiſit gubernacula,idque priuſquam Herodes rex à Romanis declararetur.Plin.l.5.c. 18. In Decapolitana regione à numero oppidorum ſiue vrbium, ſunt tetrarchiæ regionum inſtar ſingulæ, & in regna contribuuntur, Trachonitis, Paneas in qua Cæſarea, Abila, Arca, Ampeloëſza, Gabe. Idem cap.23. De Cœle Syria Ituræorum gentem nominat, & tetrarchias in regna deſcriptas barbaris nominibus 17. Proinde videri poſſet Syriæ adminiſtrationem quadripartitam fuiſſe, & præſides illarum regionum tetrarchas appellatos fuiſſe. Deinde illis amplius diuiſis & aucto portionum numero, primò datum nomen permanſiſſe. Eſſe autem tetrarchiam principatum ad inſtar regni, vt ſuprà citata indicant Plinij loca. Eſſe tamen tetrarchæ nomen inferius nomine regis ſatis ſignificat Ioſephus lib. 18. c.8. Gelenio interprete, Caius Cæſar impoſito in Agrippæ caput diademate tetrarchiæ quæ Philippi fuerat,regem conſtituit,adiecta Lyſanię quoque tetrarchia,& pro ferrea cathena dedit ei auream pari pondere.Sequitur,cap.9.Herodias autem Agrippæ ſoror nupta Herodi tetrarchæ Galileæ atque Peręæ,inuidebat fratri hanc potentiam regiam (ſub.) quem in celſiore quàm maritum cerneret faſtigio: ornatum regiis inſignibus. Ergo Romam Herodes tetrarcha profectus eſt Herodiadis inſtinctu,quò regiam dignitatem ab Imperatore acciperet & obtineret: ſed contrà contigit, quia ademptam illi tetrarchiam ad Agrippæ regnum adiecit: Herodem verò perpetuo damnauit exilio, apud Lugdunum vrbem Galliæ. Ex eodem lib. 2. de bello Iudaico

Ioſephus lib. 14. c. 23. antiquit. ex Gelenio.

Plinius li. 5. c. 18. & 23.

Ioſephus antiq. li. 18. c. 8. ac 9. c.

Ioſephus lib. 2. de bello Iud. c. 8.

Iudaico capite octauo, Caius Cæſar abſoluit Agrippam vinculis & tetrarchiam Philippi (iam enim is deceſſerat) & tradidit regémque appellauit. Irritabat autem maximè Herodem tetrarcham in ſpem regni Herodias vxor, dicens, quia per id quòd noluerat ad Cæſarem nauigare, careret poteſtate maiore: Nam cùm Agrippam ex priuato regem feciſſet, quomodo dubitaret illum ex tetrarcha eodem honore donare? Item lib.19.antiquit.cap.4. Gelenio interprete Claudius imperator Caio ſuccedens, Agrippam in regno per Caium antè conceſſo confirmauit addita inſuper Iudæa & Samaria, quòd olim ad eius aui Herodis regnum pertinuiſſent. Has igitur velut familię debitas reſtituit. Abilam autem & finitimam eius ditionem in Libano, quæ Lyſaniæ fuerat, adiunxit de ſuo. Item libr. 20. cap.5. Claudius Imperij ſui anno 12. Agrippam filium pręnominati Agrippæ donauit Philippi tetrarchia & Batança, adiuncta his Trachonitide cum Abila: quæ tetrarchia Liſaniæ fuerat. Sic ibi. Nota ſedulò, quòd Romani nomen regis alicui concedere oderant, ob perpetratas iniurias à primo Herode Aſcalonita, qui rex dicebatur. Et tetrarchas appellauerunt, & ſi vnuſquiſque in ſua tetrarchia ſceptrum quaſi regale teneret, reſeruata ſemper imperio Romano ſuperioritate coërcendi & priuandi huiuſmodi tetrarchas.

Idem lib. 19. antiquit. c. 4.

Nota.

Idẽ rurſus, libr. 20. c. 5.

Primò igitur loco præſidem Romanum ponit tanquam ſuperiorem omnibus, deinde tetrarchas: vt omnibus innoteſcat non habere Iudæam ſuæ gẽtis naturalem regem. Poſtremò principes ſacerdotum nominat: qui iam tunc alternis vicibus ſibi inuicem ſuccedebant (cùm tantùm vnus deberet perpetuò eſſe ſummus ſacerdos de genere Aarõ.) Tunc verò non ſine pretio ſocer & gener Annas & Caiphas ſacerdotio præerant. Ceſſauerat iam regnum, & ſacerdotium venale habebatur, ſymoniacè comparatum ab iis duobus: Sícque tempore quo beatus Ioannes Baptiſta prædicare cœpit, erat Põtifex Annas, anno verò quo mortuus eſt Chriſtus pontificatum obtinebat Caiphas, ac propterea vtrumque Euangeliſta commemorauit.

Aduerte (amabo) omnes iſtos principes & ſacerdotes flagitioſos fuiſſe ac ſceleratos homines, & ex conſequenti arguere licet populum indiſciplinatum, ac corruptiſſimos tunc viguiſſe mores, cùm nulla iuſtitia ſibi aliquem vendicaret locum: attamen repertus eſt vnus Ioannes, omnibus

omnibus virtutum refulgens ſplendoribus. *Sicut temporibus Noë, cùm eſſent omnes corrupti, ipſe inuentus eſt iuſtus, Geneſ. 7.* Numerantur verò principes & ſacerdotes, quia Chriſtus non ſolùm rex erat, ſed etiam ſacerdos. Sed cum maiore digni ſint honore ſacerdotes, quàm principes ſæculares, vice verſa tamen Euangeliſta priùs principes nominauit, quàm ſacerdotes, vt videas quantum de alicuius dignitate & honore peccata minuant. Fuerunt namque hi duo Pontifices Symoniaci, atque adeò vitioſi, vt illis nequiſſimi ſæculares præferantur. *Geneſ. 7.*

His igitur calamitoſis & miſerandis temporibus eximij prædicatores venerunt, Chriſtus nimirum & baptiſta. *Factum eſt inquit, verbum Domini ſuper Ioannem in deſerto, &c.* Obijcies (fortè) cùm Chriſti natiuitatem idem Euangeliſta cap. 2. deſcriberet ſolius Auguſti Ceſaris meminit. Cur ergo & Tiberij Cæſaris ac tetrarcharum Syriæ necnon Pontificum hoc loco mentionem fecit? Reſpondeo. Cùm Chriſtus naſceretur, ſumma pace gaudebat vniuerſus orbis ſub Monarcha Romano: (vt adimplerentur de Meſſia venturo prophetica oracula) nec res Iudaica tam malè habebat, quàm triginta pòſt annis, vbi pro vno tyranno verius quàm rege Iudæorum, Herode alienigena, dominabantur filij eius per tetrarchias, plures nempe tyranni.

Vnitate regni in multas diuiſa dominationes, & regis appellatione tunc ſublata, cùm Romanorum nomine, procuratorem Pilatum Iudæa ſuſtineret: atque Iudæi nullum alium agnoſcerent regem quàm Cæſarem, Ioannes 19. Vt igitur oſtendatur Reſpublica Iudaica omninò diſſecta, & ſub tyrannorum iugum redacta, atque miſerè lacerata, tot reguli ſeu tetrarchæ, loco vnius regis Herodis ſcilicet maioris, (qui omnes regiones hîc nominatas, in ſua obtinebat ditione ac poteſtate) exprimuntur.

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zacharia filium in deſerto. Non ipſe Ioannes à ſe venit, ſed miſſus à Deo eſt, cùm eremum habitaret, ad initium ſui officij opere explendum.

Non vſurpauit ſibi officium, vt Ozias rex ſacerdotij ſibi vendicauit prouinciam, vnde leproſus effectus eſt. 2. Paralipomenon. 26. Hinc cuidam in Euangelio dictum fuit: *Quomodo huc intraſti non habens veſtē nuptialem? Matt. 22.* Ioannes autem vocatus tanquam Aaron à Deo, *Heb. 5.* *2. Paral. 26.* *Matt. 22* *Heb. 5. c.*

exiit

exiit ad prædicandum. Contrà, multi non vocati, ſeipſos intrudunt,& concionandi ad populum prouinciam ſibi arroganter aſſumunt, abſque vlla legitima miſſione, Rom. 10. *quomodo prædicabunt niſi mittantur?* vnde Dominus per Hieremiam cap. 14. *Falsò prophetæ (nempe falſi & mendaces) vaticinantur in nomine meo. Non niſi eos, & non præcipi eis, neque locutus ſum ad eos: Viſionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis.* Et quodnam verbum factum eſt ſuper Ioannem? Nempe iſtud. Vade & prædica baptiſmum pœnitentiæ, quod indicant ſequentia: & venit prædicans baptiſmum pœnitentiæ, &c.

Rom. 10. cap. Hierem. 14. cap.

Nunc obſeruabis, quòd cum terrenum regnum & ſacerdotium apud Iudæos tam malè haberet, vt præter ſectionem principatuum profanorum, atque ob id multimodã tyrannidem in rebus externis, ſacerdotij quoque dignitas ſciſſa eſſet: Romanorum auaritiæ & ſacerdotum ambitioni penitus proſtituta, tum ſanè aptiſſimum erat tempus, vt expectatus ille Iudæorum rex ſimul & ſacerdos manifeſtaretur, ac regnum cœlorum prædicaret, atque ita regno ſęculari & terreno, atque ſacerdotio legali abolito, ſuccederet regnum cœleſte, & ſacerdotium ſpirituale. Sic doctus Epiſcopus Gandauenſis Cornelius Ianſenius ſuis in concordiam Euangelicam commentariis. In deſerto autem prædicabat Ioannes non in templo (quod Chriſto deputatum erat, *iuxta Malachiam cap. 3. ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuũ dominator &c.*) Primùm vt exordium nouę legis correſponderet lationi veteris legis, quę in deſerto data eſt. Deinde, iuxta Iordanẽ conuerſatus eſt Ioannes, quo baptizandis eſſet aquæ copia. tum etiam quòd in eo flumine præceſſiſſent aliquod miracula ad baptiſmum pertinentia Iordanem enim olim ſiccis pedibus tranſiens Iſraëliticus populus intrauit in promiſſam terram. Et Elias tranſito Iordane ſimili miraculo aſſumptus eſt igneo curru in cœlum. Sic & per baptiſmum introitus eſt in regnum cœlorum, ac regionem verè viuentium, ſanctis promiſſam. Præterea Naaman Syrus iuſſu Eliſei in eo flumine ſepties lotus 4 *Reg. 5.* à lepra mundatus fuit: ac ex idololatra factus Dei cultor. Quo ſignificatum fuit Gentiles per baptiſmum ſeptiformis ſpiritus à noxia lepra, carnis ſcilicet corruptione mundatos, adſcribendos vero Dei populo. Sed & nominis ſignificatio pulchrè huic negotio cõgruit: Iordanis

Corneli⁹ Iãſenius in cõcor. Euang. Malach. 3. c.

4. Reg. 5.

Iordanis enim interpretatum ſonat, ſecundum multos, fluuius iudicij,(Ieor Hebræis fluuius, Dan verò iudicium dicitur.) Quid autem eſt alius baptiſmus pœnitentiæ, quàm fluuius quidam iudicij, quo ſcilicet quis ſeipſum condemnat & iudicat, ne iudicetur à Domino, ſecundum illud Apoſtoli 1. *Corinth. 15. Quòd ſi noſipſos diiudicaremus, non vtique à Domino iudicaremur.* Hæc etiam ex eodem Cornelio mutuatus, in hunc tranſcripſi locum. 1.Cor.11.

Venit in omnem regionem Iordanis &c. Hoc eſt, ad loca Iudææ circa fluenta Iordanis: Quoniam gratia baptizandi venerat, ad loca aquis abundantia accedere debebat. Vide (obſecro) quòd Ioannes nunquam dicitur prædicare in ciuitate, ſed in deſerto, & per deſerta tendebant eum audituri. Tanta vis ſuæ inerat prædicationi, vt deſertum quaſi ciuitatem, populi concurſu ac frequentia, efficeret: & Iudææ ciuitates quaſi in ſolitudine manerent. *Quia Marc. 1. Exibat ad eum omnis Hieroſolyma & Iudæa:* & obliti rerum domeſticarum, rémque familiarem negligentes, ad eum concurrebant. Quòd ſi quęras quare Baptiſta à teneris annis (cùm eſſet plenus Spiritu ſancto adhuc ex vtero matris ſuæ, *Luc. 1.*) in deſertum profectus ſit, ibíque manſerit, & prædicauerit in adulta ætate? Ego viciſſim interrogabo, Cur caro recens quæ nondum tetrum odorem contraxit, aut computruit, ſale conditur, vtique dices, ne corrumpatur: Sic & ego reſpondebo. Ne ſe Diuus Ioannes in mundo venialibus peccatis contaminaret & coinquinaret (venialiter enim peccare poterat) ſe pœnitentiæ ſale condire voluit, *vt de eo canit Eccleſia, Ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſet.* Mar.1.c. Luc. 1. e. Eccleſiaſtic' hymnus.

Prædicans baptiſmum pœnitentiæ &c. In remiſſionem peccatorum, dixit, non cauſaliter & directè, ait noſter Stella in Lucam ad hunc locum, ſed diſpoſitiuè ſeu præparatiuè, quia præparabat homines ad Chriſti baptiſmum, qui eſt in Spiritu ſancto & confert remiſſionem peccatorum, largitúrque gratiam. Baptiſmus autem Ioannis ex ſe nō contulit gratiam: vt ſuperiore Homilia fusè ſatis dictum exiſtimo.) Si ritum baptiſmi Ioannis conſideres, familiari Spiritusſancti reuelatione fuit ad id miniſterium miſſus. Si autem effectum, nihil in eo fuit, quod Ioannes ipſe non poſſet præſtare: nam gratiam non conferebat, ſed abluebat tantùm corpora, & ad pœnitentiam, remiſſionémque peccatorum pręparabat ac diſponebat. Cōueniebat autem Stella in Lucam cap. 3.

tanta ſanctimonia fulgentem virum à Deo miſſum, baptizandi incipere officium, quia duriſſimum erat Iudæis circumciſionem relinquere, & obedire Chriſto baptizanti, & circumciſionem carnis abroganti. Ideóque oportuit Ioannem de genere ſacerdotali, filium nimirum Zachariæ ſacerdotis, (quem oportuiſſet circumciſionem tueri) illo baptizandi ritu vti, vt populum demulceret, & ad Chriſti baptiſmum paulatim alliceret.

Iſa.40.c. *Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini ex Iſaia cap. 40. &c.* Maximè clamauit in deſerto Ioannes, dum vitam peregit auſteritate plenam, cui non poterat opponi vel leuis macula & labecula. Teſtimonium itaque infallibile erat & omni exceptione maius (vt diceret Iuriſconſultus) infallibile, inquam, à ſacra ſcriptura prænunciante, ab ipſa inculpabili vita, à ſemotione omnium hominum in ſolitudine, à cibo & potu frugaliſſimo, ad miraculum vſque à corpore macerato cilicio, cui terra nudáque humus, pro lectulo feſſis illius membris erat. Quid plura? Prædicationis ipſius nouitas, ac promiſſionis ſingularitas & præſtantia, illum imprimis commendant. Nam primus ipſe fuit, qui in mundo prædicans pœnitentiam promiſit regnum cœlorum & remiſſionem peccatorum. Singulare illi fuit, inter prophetas cæteros, regnum polliceri cœlorum.
Iſai.ca.1. Quandoquidem nec Moſes, neque Iſaias id promittere
Matth. inueniuntur: verùm terram lecte & melle manantem. Mo-
3.ca.Nu. ſes pollicebatur, *& Iſaias cap.1. Si me audieritis, inquit, bona*
13.& 14. *terra comedetis.* Ioannes verò: *Pœnitentiam agite, ait Matth.*
cap. *3. appropinquabit enim regnum cœlorum. In libro Numerorum habetur cap.13. & 14. quòd timentes filij Iſraël ingreſſum terræ promiſſionis, quia erant ibi gigantes, animati ſunt per Caleb & poſtea per Ioſue ſiue Ieſum Naue: Sic beatus Ioannes fuit primus,* qui nobis cœlum manifeſtauit, patriam nobis promiſſam, poſtea ſequutus eſt illum Chriſtus Dominus velut alter IESVS Naue. Hinc factum eſt, vt Ioannes inter alios Prophetas ſanctos, in patria illa primas teneat. Nam lex eſt conſtituta in bellis, vt qui primus manus conſeruerit, atque congreſſus fuerit cum hoſte, aut ciuitatem ex-
1. Paral. pugnauerit: totius lucri primas obtineat partes, ac præ-
11.cap. mia reportet, ſicut Dauid fecit cum Ioab. *Sic enim 1.Paral. 11. ſcriptum reperio. Dauid cepit arcem Sion, edixitque: Omnis*
2. Reg.5. *qui percuſſerit Iebuſæum in primis, erit princeps & dux. Aſcen-*
cap. *dit igitur primus Ioab, & factus eſt princeps. & 2. Reg. 5. ea de*

re ita

re ita ſcribitur. Propoſuerat Dauid in die illa præmium, qui percuſſiſſet Iebuſæum, & tetigiſſet domatum fiſtulas, ſiue perfregiſſet canales & aquæductus, aquam pluuiam ex tectis domorum in ciſternas deferentes ac deducentes. Secundum igitur hanc legem militarem, quæ & apud Romanos in diſciplina militari, teſte Gellio noct. Att. lib. 5. ca. 6. obtinuit, apud quos, Coronæ murales, Caſtrenſes, ac Nauales, ex auro confectæ, ab imperatoribus dabantur ei, qui primus murum hoſtium conſcendiſſet aut in caſtra irrupiſſet, vel in pugna nauali, nauem aduerſariæ partis inuaſiſſet, in eámque armatus vi tranſiliiſſet. Ioannes ex ea, inquam, lege, cùm fuerit primus, qui debellauit & expugnauit (vt ita dicam) *Regnum cœlorum, (ſic enim Chriſtus, Matth. 11. à diebus Ioannis vſque nunc Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud)* quia, inquam, primus ipſe fuit in expugnatione huius regni cœleſtis, & primus remiſſionem peccatorum & Regnum cœlorum prædicauit: Ideo meruit, vt poſt Chriſtum huius Regni Regem, primum locum in ipſo obtineat (ſanctiſſimam Deiparam Mariam ſemper excipio.)

A. Gelli noct. Att. lib. 5. c. 6. De militaribus. coronis.

Matth. 11. cap.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur &c. Quæ Diuus Ioannes hìc loquitur, non vt litera ſonat exponenda ſunt, quia Chriſtus non venit vt materiales vias & itinera corrigeret, ſed vt mentes hominum emendaret, animáſque illorum ſanaret. Ideóque hæc μεταφορικῶς intelligenda & interpretanda ſunt. Cùm igitur dicit, quod vallis implebitur, ſignificat tollendam eſſe puſillanimitatem: Cum verò dicit, quòd omnis mons & collis humiliabitur, ſignificat ſuperbos humiliandos eſſe, in aduentu Meſſiæ. Neque putes, ait hoc loco Stella, per valles intelligi humiles: quia præco Chriſti eiúſque prænuncius Beatus Ioannes, de viæ ſeu itineris defectibus (vt patet ex textu) loquitur: qui corrigendi ſunt, vt Chriſtus veniens honorificè excipiatur. At verò humilitas non eſt defectus, ſed potius eximia virtus. Cùm itaque agatur de reformatione ſpirituali, quam Chriſtus efficiet in animis noſtris ſuo aduentu, corrigens omnes defectus & lapſus noſtros: vt parati ſimus in occurſum eius: clarè intelligens B. Ioannem hic eſſe loquutum de puſillanimitate, ſub vallis inuolucro ac metaphora, & de ſuperbia, ſub montis collíſve appellatione: Quæ duo vitia ſunt, & defectus viæ, qua in Deum finem noſtrum tendimus. Multoties puſilla-

Stella in Lucam cap. 3.

nimitas timidos homines facit, & impedit commodum & vtilitatem ſpiritualem. *Hæc fuit cauſa, vt filij Iſraël mirarentur magnitudinem gigantum terræ promiſſionis, velléntque re-*
Num. 13. *dire in Ægyptum: Numer. 13. & 14. cap.* non conſiderantes
& 14. c. dextera excelſi liberatos fuiſſe à poteſtate Pharaonis, & de Ægypto, populo vtique barbaro, ingenti cum prodigio & miraculo fuiſſe eductos. Reiiciamus proinde à nobis hanc puſillanimitatem, aſpicientes & ſperantes in Deum, quia fortis & potens Dominus, cuius fauore & auxilio, opilio paſtórque puſillus gigantem Goliath proſtra-
1. Reg. 17. uit; *1. Reg. 17.* & imbecillis fœmina Holofernem truci-
cap. dauit; *Iudith cap. 13.* Hactenus noſter Stella. Benè à Poëta
Iudith dictum recolo.
13. c. Vir- *Degeneres animos timor arguit.*
gilius Æ Et ὁ θεόλογος Diuus Ioannes Euangeliſta prima ſua Cano-
neid 4. nica, vel, *melius Catholica epiſtola cap. 4. Timor non eſt in*
1. Ioan. *charitate: ſed perfecta charitas, foras mittit timorem, quo-*
cap. 4. *niam timor pœnam habet, qui autem timet, non eſt perfectus in charitate.*

Et erunt praua in directa & aſpera in vias planas &c. Iſta ſatis præcedentia elucidant. Quaſi dicat, Ea quæ per legis aſperitatem difficilia videbantur & impedita, per fidem & Euangelicam gratiam expedita fient & facilia. Vitiorum malarúmque cupiditatum aſpera & quæ ſcabra ſunt, conuertentur in vias leues & planas. Mentes iracundæ, & truces viri, ad manſuetudinem per infuſionem gratiæ redibunt & mollientur. Aſpera verò, per Chriſti charitatem reddentur leuia. *Iugum ſiquidem Chriſti ſuaue, & onus eius*
Matth. *leue: Contrà manus Moſis graues erant Exod. 17. Et iugum le-*
11. cap. *gis adeò graue fuit, vt Apoſtolorum Coripheus ac princeps, de eo*
Exod. 17. *dixerit: Quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus,*
Act. 15. c. *Actor. 15. cap.* Omnes proinde viarum difficultates ac impedimenta tollit Ioannes his verbis. Et deformitas quidem viæ eſt, ſi ſit montoſa, hanc corrigit dicendo: *Omnis mons & collis humiliabitur:* Alia deformitas eſt ſi ſit ob frequentes valles nimium depreſſa & decliuis. Hanc ſimiliter corrigit dicens: Omnis vallis implebitur. Montibus namque & collibus æquatis, reddetur via plana. Tertia deformitas, ſi ſinuoſum flexuoſúmque ſit iter, & via tortuoſa, & hanc corrigit dicens: Et erunt praua in directa. Alia denique ac poſtrema deformitas eſt, ſi aſpera ſit, ſcabra, petroſáve & ſalebroſa ac ſpinis plena via: Et hanc corrigit dicendo:

Et aſpera

Et aſpera in vias planas. Quibus omnibus metaphoricis loquutionibus indicatur, tollendas omnes fœditates corruptionéſque morum eſſe, tollendam puſillanimitatem & ignauiam, retundendam ſuperbiam atque deprimendam animi elationem. Iniuſtitiam, rectitudini viæ aduerſariam, ſubmouendam & abolendam: Acerbitatem & ferociam ſiue exacerbationem animorum iracundorum, ad lenitatem facilitatémque componendam, atque permutandam fore. Facilè ergo inſinuatur, quales debeant eſſe mores, & conſcientiæ ad parandam viam; qua Chriſtus Dominus ad nos venturus eſt. Nam ſi aliqua iſtarum conditionum deſit, non vtique parata in nobis erit via, vt Meſſias veniat. Verùm paulò diutius immorari libet in huius dicti explanatione. *Iſaias 40. Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini &c.* Baptiſta, vox appellatur, verbi mentalis prænuncia. *Iſa. 40. c.*

Primò, quia ex ſe nihil dicebat, ſed quæ audierat à Deo. Oratio ſiquidem eſt mentis interpres. Et, ea quæ ſunt in voce ſunt earum, quæ ſunt in anima, paſſionum, notæ, vt ſcribit Ariſtoteles. Secundò quia ſicut vox præcedit verbum, ſic Ioannes Chriſtum. *Præibis, inquit Zacharias, ante faciem Domini, parare vias eius, Luc. 1.* Tertiò, quia vt vox verbum declarat, *ſic Ioannes Chriſtum indicauit: Ecce, inquit, Agnus Dei, &c.* Quartò dicitur Ioannes vox, ad ſignificandum officium ſuum eſſe, non aliorum prophetarum more, ſuas conciones literis cōſignare, & vaticinia conſcribere, ſed viua voce concionari, & Chriſtum indigitare, vt ita dicam, ſiue oſtendere. Quintò, quia quicquid erat in Ioanne vox erat, totus pœnitentiam & ſanctitatem prædicabat: Oculi, manus, veſtis, quidquid denique in eo erat, clamabat: & totus vox erat. Narrat Plutarchus tom. 1. opuſcul. in Lacon. Apophthegmat. vbi auctoris nomen ferè non exprimitur, quomodo quidam Laco quum plumis Luſciniam (Gallicè *Roſſignol*) nudaſſet ac parum admodum carnis reperiret, dixerit: Vox tu es, & nihil prætereа. Id non ineptè, fortaſſis ad Diuum Ioannem cum laude, accommodabitur: Vox enim totus eſt, & nihil carnis fragilis & peccantis præ ſe fert: Angelus potiùs quàm homo carnalis & terrenus. O concionatorem eximium! ô admirabilem doctorem vitæ, & inſignem vitam doctoris! Multi comperiuntur concionatores, de quibus meritò dixeris, *Vox quidem vox Iacob eſt, manus autem,*

Ariſtoteles, περὶ ἑρμηνείας
Luc. 1. c.
Ioan. 1. c.
Plutar. tom. 1. opuſc. in Apo. Lacon. Anonymis.
Geneſ. 27. cap.

autem, manus ſunt Eſau. Dicunt enim & non faciunt. Matth. 23. Sunt & alij velut canes muti, *non valentes latrare, de quibus Iſa. 56. non tam paſtores quàm impoſtores. Parate viam Domini.* Non dicit, Parate vias veſtras, ſed viam Domini. Viæ noſtræ ſunt peccata: Viæ Domini ſunt virtutes. Ideò ait Dominus *per Iſaiam 55. cap. Non ſunt viæ veſtræ, viæ meæ, dicit Dominus.* Relinquamus igitur vias noſtras, nos ad æternos cruciatus ducentes, & viam Domini paremus, eúmque ad nos venientem recipiamus. *Erunt praua in directa &c.* Iniuſtitiam appellat viam obliquam & tortuoſam, quemadmodum *& idem Iſaias cap. 27. Leuiathan ſerpentem tortuoſum appellauit.* Per Leuiathan Regem vel principem iniuſtum ac tyrannum ſignificans, eò quòd non rectè incedat, ſed omnia iura torqueat & corrumpat, & modò ſe extendat, modò ſe contrahat, non æquale iudicium exercens.

Mat. 23. cap.

Iſa. 56. c. & 55. ca.

Iſa. c. 27.

Sed delinquentibus multis, & in eodem crimine pariter deprehenſis, his fauet & condonat, à quibus aliquid accipit, aut ſperat, aut quorum fortaſſe induſtria & ſuffragio dignitates & magiſtratus obtinuit, &, quod peius eſt, viros pios & innocentes torquet ac iniquè opprimit: Contra verò ſontes ac flagitioſos homines ad dignitates & honores euehit, atque extollit, & amore proſequitur. Verùm tempore Chriſti iniuſtitiam, ait, eſſe vertendam in æquitatem.

Et aſpera in vias planas, hoc eſt, agreſtes & immites fore modeſtos & lenes. Omnis aūt viarū difficultas & deformitas, inquit Hector Pintus in Iſa. 40. c. & id quidē ſ. attigimus, aut eſt propter altos mōtes, aut propter profundas valles, aut propter obliquitatē & anfractus, aut propter aſperitatem: Omnia hæc impedimenta dicit auferenda eſſe, & omnes has difficultates & deformitates corrigendas. Voluit autē diuinus vates & eloquentiſſimus orator atq; Euangelicus propheta hac metaphora ſignificare fore, vt tempore Chriſti tolleretur ſuperbia, & nimia trepidatio atque animi imbecillitas, & iniuſtitia, ac morum aſperitas & inſolentiā, & omnia denique impedimenta tollerentur. Sic ibi Pintus, Hieronymianus Luſitanus. Sequitur poſtrema huius Euangelij periodus.

Hector Pitus in Iſa. c. 40.

Videbit omnis caro ſalutare Dei &c. Hic eſt diſtributio pro generibus ſingulorum, non autem pro ſingulis generum, vt Dialectici loquuntur. Nam non omnes vide-

runt Chriſtum, ſed ex omni populo, tribu, lingua, & natione aliqui, ita vt nulla ſit natio aut lingua de qua non ſaluentur, neque aliqua eſt in toto orbe prouincia, vbi Euangelium non ſit prædicatum, & Chriſti bonus odor non dimanarit, atque peruenerit: *Sic Apocalip. 5. Senes agnum adorantes dicebant: Redemiſti nos Domine, ex omni tribu, lingua, populo & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnũ.* *Apo. 5. c.*

Non dixerunt, redemiſti omnem tribum, omnem linguam, neque omnem populum, ſed, ex omni tribu, & ex omni lingua, & ex omni populo. Ex his enim aliqui in Chriſtum crediderunt, & illum per fidem cognouerunt, & ſalui facti ſunt. Quamuis hoc etiam intelligi poſſit ſufficienter, non autem efficaciter. Nam Chriſtus pro omnibus mortuus eſt ſufficienter, pro ſolis autem electis efficaciter. Non enim omnes paſſionis Chriſti fructum deprompſerunt aut perceperunt, quamuis ſufficienter pro omnibus mortem ſit perpeſſus. *Saluator omnium (ait Diuus Apoſtolus) maxime fidelium* 1. Timoth. 4. Sic loquuntur ſcholaſtici, exponentes verba iſta, in conſecratione Calicis inſerta: Sanguis meus, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Pro Apoſtolis efficaciter, vt pote prædeſtinatis ad vitam æternam, & ad media, obſeruationem nimirum mandatorum Dei, Chriſtus ſuum fudit ſanguinem: Et pro multis, imò verò pro omnibus abſque defectu & perſonarum acceptione, quoad ſufficientiam, quia quantùm *ex ſe eſt, vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agitationem veritatis venire.* *1. Timoth. 2.* Quemadmodum Sol, qui omnibus communiter & abſque exceptione oritur, in omnes ſuum ſplendorem & radios mittit: at ſi feneſtram claudas & te in cubiculum abdas, tuæ imputabitur culpæ, ſi ſolem non videas. Eodem pacto, ſol iuſtitiæ Chriſtus, lucis & gratiæ ſuæ radios vbique diffundit ac ſpargit: *Ioan. 1. capit. Erat lux vera (ait ſuper ille Theologus, imò Theologorum Phœnix, & Euangeliſtarum aquila, Ioannes) quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Per nos tantum ſtabit, ſi in tanta luce cæcutiamus, & caligent oculi noſtri interiores ad tantum fulgorem. Si nolimus mentis oculos & aciem intendere, & tam clarã lucẽ intueri. *Noluit intelligere vt bene ageret, ait de improbo Pſalmographus, Pſa. 35. facienti ſiquidẽ quod in ſe eſt*, iuxta tritũ illud Theologicũ axioma: *Deus nõ denegat gratiã.*

1. Tim. c. 4. Doctores Scholaſtici.

1. Tim. 2. cap.

Ioan. 1. c.

Pſal. 35.

Axioma Theologicum.

Oſee. ca. 13. Perditio tua ex te Iſraël, Oſee cap. 13. Omnis igitur caro videbit ſalutare Dei &c. quia omnis qui voluerit illum videre, videbit, hoc eſt, qui voluerit credere, credet. Nam fi-
Epheſ. 2. cap. des, qua donum Dei eſt, Epheſ. 2. nō negabitur facienti quod in ſe eſt. Omnis caro, id eſt, omnis homo, videbit, de viſione fidei expone, qua videmus hîc, pro ſtatu viæ, per ſpecu-
1. Co. 13. cap. lum & in ænigmate. 1. Corint. 13. c. Chriſtus ſiquidē in carne paſſibili à paucis viſus eſt, & non ab omni natione, vel po-
Pſal. 97. pulo, nec à ſingulis hominibus. Sic Pſal. 97. Viderunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri. Chriſtus autem & hic ab Euangeliſta & à Pſalmographo, vbi ſuprà nec non à ſancto
Luc. 2. c. Symeone, Luc. 2. Item à Iacob Patriarcha, ſalutare competen-
Gen. 49. cap. ter nominatur. Geneſ. 49. ſalutare tuum expectabo Domine. & Luc. 2. Viderunt oculi mei ſalutare tuum. Salutare autem di-
Pſal. 36. citur Chriſtus, quia nobis ſalutem tribuit. Pſa. 36. Salus autem iuſtorum à Domino &c. Sed de his ſatis. Supereſt, vt præparemus corda noſtra, Chriſtum ad nos (ſecundum repræſentatum in Eccleſiaſtico ritu, incarnationis myſterium) venientem ſuſcepturi, vt apparentem poſtea ſeuerum iudicem, ſecurè videamus vſque in ſæcula in cœlo regnantem quatenus ei conregnare etiam valeamus: Ipſi honor & gloria, vnà cum Patre & Spiritu ſancto, per immenſa ſecula. Amen.

HOMILIA XXXIII.

IN FESTO NATIVITATIS DOMINI.

Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc autem deſcriptio prima facta eſt, præſide Syriæ Quirino &c.

TOt hac die concurrunt vndique myſteria, Auditores Chriſtiani, vt vnde exordiri debeam
Ouidius Faſtorū lib. 5. initio. prorſus neſciam, atque vt Poëtæ elegantiſſima vtar ſimilitudine,

Vt ſtat, & incertus qua ſit ſibi neſcit eundum:
Cùm videt ex omni parte viator iter:
Sic, quia poſſe datur diuerſas reddere cauſſas:

Quò

Quò ferar ignoro: copiáque ipſa nocet

Idem libro Metamorpoſeω̃n ſeu transformationum 3. *Idẽ li. 3. Meta-morph.*

Inopem me copia fecit.

Perplacet & iſtud Diui Gregorij cognomento Theologi valdè accommodum ſimile: Oratione 16. quæ eſt de pauperum amore circa principia. Quemadmodum in prato quodam plurimis & ſuauibus floribus referto, florem omnium pulcherrimum, & fragrantiſſimum reperire, non admodum promptum & facile eſt, alio nimirum aliàs olfactum & aſpectum ad ſe diſtrahente, atque ad primum eum decerpendum alliciente: ſic & nobiſcum nunc agitur, in tam amplo ſcripturarum de Chriſti natali die, campo, verſantibus & exſpatiantibus. Et vt Nicetas, terſè ac eleganter perpiæ memoriæ Iac. Billium virum æquè pium ac doctum verſus & tralatus in linguam Latinam, ibidem interpretatur: Quod erga prata variis floribus referta, iis accidere ſolet, qui huiuſmodi ſpectaculorum ſtudio tenentur, nempe vt, ob pulchritudinis æqualitatem, non ad vnum quiddam eorum, quæ cernunt, oculos affigant, verùm præ cupiditate ad omnia diffunduntur, nec vllius aſpectu carere cupiant, ſingulis nimirum floribus tum ob pulchritudinem oculos, tum ob odoris ſuauitatem olfactum ad ſe trahentibus: hoc illius quoque animo vſu venit, qui virtutum (quæ hoc contextu Euangelij memorantur) pratum intuetur. Nam pulchritudinis earum varietas animum ad omnes ex æquo trahens, id efficit, vt cupiditas huc illúcque ſaliat, propterea quòd interea quæ pari honore ſunt, non facilè inuenire poſſit id quod præſtantius eſt, nec id, quod excellat, aliis anteferre. *D. Greg. Nazianzenus oratio. 16. De pauperũ amore circa principium. Nicetas Scholiaſtes Diui Gregor. vbi ſuprà per Iac. Billium cõuerſus.*

Sic ille. Atque etiam, cùm plurima vaſa aurea artificioſè elaborata vendenda exponuntur, quodnam ex iis omnibus eligi debeat emptori ſedulò eſt conſiderandum. Contingit autem vt vnumquodque per ſe ita emptorem alliciat, vt quod ſibi optimum videatur & pulchriùs ſtatuere nequeat: Vt verò emat omnia pecunia quam habet, non ſufficit, & vt vnum ſibi deligat, electio non occurrit.

Sed tandem vnum ſeligit quamuis cætera relinquere, quia non ſit ſoluendo, ægrè ferat & grauiter doleat.

Deus autem, diues ille mercator, *In miſericordia, inquã*

 diues

Epheſ.2.

diues Epheſ. 2. plurima hodie vaſa in Bethlehem exponit, quorum vnumquodque adeò pretioſum, & tanti artificij eſt, vt quodnam eligere debeam prorſus ignorem. Vnaquæque circunſtantia tot myſteriis plena eſt vnumquodque myſterium tanto amore refertum eſt, vt de quo primùm agere debeam planè dubitem. Si cœlum intueor, ſtella magni regis indicium eſt, item multitudo militiæ cœleſtis exercitus, maieſtatem naſcentis ſatis inſinuat. Si ad montes oculos conuerto, *paſtores cum muneribus feſtinanter deſcendentes videre mihi videor,* vt natum Saluatorem venerentur.

Matt.2. Vidimus ſtellam eius in oriẽte &c. Luc. 2.c. Mich. 5. cap. & Mat.2.c.

Si Bethlehem attendo illam omnibus ciuitatibus nobiliorem factam conſpicio. Si ſtabulum contemplor, Salomonis templo illud beatius, longéque auguſtius & ſanctius, ob θεανθρωπῖ Dei & hominis ſacerrimam præſentiá corporalem, meritò iudico ac æſtimo. Si præſepe aſpicio, mea ſtupet mens, totúſque hæreo, præſepe iumentorum, Regis gloriæ thronum factum conſiderans. O fœlicem Bethlehem! ô pretioſum ſtabulum, ac beatum præſepe! Quod quidem magis placuiſti Deo, quàm ſuperbum Capitolium Romanum, quàm magnifica Palatia Ieruſalem, quámque Athenæ ipſæ, vbi Philoſophia vigebat apud Græcos, & mundana ſapientia. Si oculos in infantem natum defigo, hinc ab Angelis illum adorari video (*Hebr.1. c.*) Cùm introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei. Inde trementem frigore & vagientem ſiue plorantem animaduerto. Si matrem obſeruo, quid dicam neſcio. Virginem illam, ſimúlque Dei matrem in ſtabulo ſine dolore peperiſſe, ac in partu virginem permanſiſſe, fidei oculis cernens, ac firmiter credens. O pretioſiſſima vaſa, planè aurea, gemmis ac margaritis ornata, quæ vniuerſis mundi theſauris anteſtant, & iure longè optimo pluris æſtimanda ſunt. Verùm de omnibus his dicere non valeo: *Si linguis hominum loquar & Angelorum.*

Heb.1.c.

1.Cor.13 cap.

At cùm Dei adiutorio aliquammulta, vel ſaltem ex his nonnulla delibabimus. Et quidem ſtupor miraculorum hoc in myſterio occurrentium opprimit me. Miraris populo Iſraëlitico diuiſum fuiſſe mare rubrum? Modicum eſt. Ecce infinitus Oceanus, *Plenitudo nempe diuinitatis inhabitantis in Chriſto corporaliter, Coloſſ. 2.* Modico corpuſculi vaſe concluditur: vt piè quondam Poëta cecinit

Coloſſ.2. cap.

Chri

Chriſtianus ,. frequentérque ſancta & Catholica recolit Eccleſia. *Sedulius poëta Chriſtianus.*

Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis,
In tua ſe clauſit viſcera, factus homo.

Et rurſus : *Quem terra, pontus, æthera,* *Hymnus Eccleſiaſticus.*
Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam,
Clauſtrum Mariæ baiulat.

Et

Geſtant puellæ viſcera.

Miraris quod rubus arſerit incombuſtus?parum eſt.Ecce virgo parit intacta. Miraris quòd virga Aaron abſque aliquo humore frõduerit?Nihil eſt præ hoc ſingulari portento ac prodigio omnium maximo, quia ecce virgo regia ſine virili opere Deum atque hominem parit. Miraris eximium prophetam Moyſem poſitum in caniſtro, & flumini Niliaco expoſitum? Et hoc quidem parum eſt?Mirare amplius regem cœlorum poſitum in præſepi.Miraris columnam ignis & nubem populum per deſerta ducentem? Mirare potius ignem Deitatis flagrantiſſimum, tenui nubecula clauſum, ducem & magiſtrũ orbis exortum. Quid dicam amplius? Miraris retroactum ſolem mandato Ioſue, in Gabaonitarum defenſionem? Mirare potius humiliatum Deum, verbùmque illud patri coæternum ac ἐμφατικῶν, pro nobis carnem factum. *Propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis*, canit Eccleſia. Miraris Eliam prophetam magnum, puero viduæ hoſpitis ſuæ filio commenſuratum? Miraris item Eliſeum eius diſcipulum, ſuper defunctum Sunamitidis *puerum incubantem, ponentémque os ſuum ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius, & incuruantem ſe ſuper eum, vt illum ſuſcitaret?* Mirare potius diuinam illam maieſtatem in exiguo puero incuruatam, virtutéſque diuinas pueri viribus commenſuratas, vt ad vitam,per ſuperbenedictam æterni verbi incarnationem, reuocemur. Sed quid moror? Dies non ſufficeret ad dicendum ſi ſingula ſingulis applicarem, vt horum ad illa innoteſcat exceſſus. Vmbra quidẽ illa erant:& veritas quidem iſta. ac in horum typum & figuram illa facta ſunt. *Lex per Moyſem data eſt, gratia & veritas per Chriſtum facta eſt*, Ioan. 1. *Omnia in figura patribus cõtingebant*, 1. Cor. 10. *Vmbrã habẽs lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum.* Hebr. 10.

Ioſue 10. *Ioan. 1. c.* *3. Reg. 17* *4. Reg. 4* *Ioan. 1. c.* *1. Cor. 10* *Heb. 10.*

Hæc

Hac in natiuitate quicquid viſum fuit & auditum nouum eſt ac inſolitum. *Cantate ergo Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra, Pſal. 95. & iterum : Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit, Pſal. 97.* Pro nouo teſtamento, nouum Canticum. Iam implentur oracula, Iſa. 43. *Ecce ego facio noua, & nunc orientur. Vtique cognoſcetis ea. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini: Vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis,* Leuit. 26. *Innoua ſigna, & immuta mirabilia,* Eccleſiaſtici 36. c. *In ſumma,* Apoc. 21. *Dixit qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia.*

Pſal. 95. & 97. Iſaia 43. Leuitici 26. c. Eccli. 36. Apoc. 21

Noua mater; ſeu puerpera (Gall. *l'accouchee*) quia mater & virgo, Iſa. 7. *Ecce virgo concipiet & pariet filium, &c. Dominus ipſe dabit vobis ſignum, &c.*

Iſa. 7. c. Nouus filius, quia Deus & homo, Iſa. 7. *Vocabitur nomen eius, Emmanuel, nobiſcum Deus.*

Luc. 2. c. Nouum gaudium, quia gaudium Angelicum, Luc. 2. *Facta eſt cum angelo multitudo militia, &c.*

Nouum canticum cum iubilo, Luc. 2. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, &c.*

Luc. 1. c. & Mat. 1. cap. Nouus infans, natus innocens & ſanctus, Luc. 1. *Quod enim naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Et* Matth. 1. *Quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt.*

Nouus princeps, princeps pacis, Iſaiæ cap. 9. *Rex æternus,* Luc. 1. *Regni eius non erit finis.*

Iſaiæ c. 9 & Luc. 1. cap.

Nouus pugnator, nempe omnipotens, Exod. 15. *Dominus quaſi vir pugnator, Omnipotens nomen eius.*

Exod. 15. Philipp. 2. cap. 2. Cor. 8. Noua pugna, nempe profundiſſima humilitas ac ſui ipſius exinanitio, Philipp. 2. *atque (vt D. loquitur Apoſtolus, poſterioris Corinth. 8.) altiſſima paupertas, contra ſuperbiam & auaritiam.* Iudicum 5. c. *Noua bella elegit Dominus.*

Iudicũ 5. Iſa. 9. & Iudicũ 7. Noua victoria, ſicut in die Madian, Iſai. 9. *Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die Madian.* Iudicum 7. c. *habes hanc hiſtoriam.* Tu domine Ieſu, eripuiſti homines à graui iugo, quo Diabolus hominũ colla deprimebat, & à virga qua percutiebat, & à ſceptro quo exactor ille & tyrannus imperabat. Et fuit hæc victoria ſine humanis armis, ſed tua potenti manu diuinitùs adepta, quemadmodum illa, quam Gedeon de Madianitis mirabiliter reportauit, vbi pauci nullis armis muniti, ſiniſtris manibus lampades, & dextris, tubas tenentes duntaxat, buccinis perſonantes, ac lagenas complodentes, hydriis confractis & fulgentibus necnon emicãtibus lampadibus

padibus ibidem inclnſis:Trecenti, inquam,viri, copias armis inſtructas, multitudine propè infinitas, omníque munitionum bellicarum genere abundantes, ſuperarunt: in die Madian. Superauit Dominus gentium iugum, cùm illas à Dæmoniacæ tyrannidis ſeruitute liberauit. Virgam humeri, cùm percuſſionem pro opere malo perpeſſam cōpeſcuit: Sceptrum autem exactoris, cùm regnum diaboli peccatorum tributa exigentis, à fidelium corde deſtruxit. Sic magnus Gregorius locum hunc paraphraſticos libr. 30.moralium,c.31.dilucidat. *D.Greg. Papa lib. 30.Moralium in Iob.c.31.*

Noua pax, perfecta & plena. *Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum,&c.Philippenſ.c.4.* *Philipp. 4.cap.*

Nouus teſtator, noui teſtamenti mediator, Heb.9.c. *Heb 9.c.*

Noua lex,lex amoris,Ioan.13.c.*Mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem.* *Ioan. 13.*

Noua conſilia Euangelicæ perfectionis, *Si vis perfectus eſſe, Vade,vende omnia,& da pauperibus, &c. Item, Sunt Eunuchi,qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum, Matt.19.c.* *Matt. 19 c.&c.5.*

Noua denique præmia, nimirum cœleſtia, *Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlo*, Matth.5. &, Luc, 10. *Gaudete & exultate, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.* *Luc.10.*

Quid de tanto amplius dicam myſterio? Nouus ac ſingularis amor Dei fuit,quo virginem proſecutus eſt.Amore virginis captus eſt filius Dei, & humanitatis noſtræ nexibus irretitus,ſicut in Pſal.28.dicitur: *Dilectus (nempe Dominus) quemadmodum filius vnicornium.* O comparationem mirificam! Vnicornis enim teſte Iſidoro Hiſpalenſi originum, ſiue Etymologiarum lib.12. c.2. Rinoceros à Græcis vocatus, Latinè interpretatur in nare cornu. Idem & Monoceros,id eſt, vnicornis, eo quòd vnum cornu in media fronte habeat pedum quatuor, ita acutum & validum vt quicquid impetierit, aut ventilet, aut perforet, nam & cum elephante ſæpè certamen habet, & in ventre vulneratum proſternit. Tantæ autem eſt fortitudinis, vt nulla venantium virtute capiatur: ſed, ſicut aſſerunt qui naturas animalium ſcripſerunt, virgo puella præponitur, quæ venienti ſinum aperit, in quo ille omni ferocitate depoſita caput ponit:ſicque ſoporatus velut inermis capitur.Hactenus ſanctus Iſidorus. Venatores vnicornem hac deludunt arte (opponentes ei virginem decoram & mundo muliebri ornatam, cuius decore ita capitur, vt depoſita *Pſal. 28. Iſidorus li.12.Etymolog.caput 2.*

feritate,

feritate, velut mâſuetiſſimus agnus, virginis pedibus prouoluatur, atque ſe tractandum beneuolè exhibeat: quæ dum leniter illi blanditur, cúmque permulcet, collo eius laqueum furtiuè immittit, quo à venatoribus propè deliteſcentibus fortiter retinetur. Mirum ſanè vnicornis ingenium, ac vis naturæ eximia, quæ feroci bruto puellarem gratiam ſic conciliat.

Quid filio Dei ſimilius, quàm filius vnicornium: Captus eſt & ipſe amore virginis; & maieſtatis veluti oblitus carneis vinculis irretitur. Cúmque eſſet in lege, Deus vltionum incarnatus ex maria virgine Deipara, in Euangelio, ſeſe demonſtrauit patrem miſericordiarum, ac totius conſolationis fontem vberrimum. Venati ſunt Patriarchæ, Reges, ac Prophetæ, Chriſtum vnicornem myſticum, per tot annorum millia, ſummis votis in lege naturæ, & in lege ſcripta aſſiduè Chriſti aduentum expoſtulantes. Non tamen potiti ſunt hac tam ſuaui & delicata venatione. Verùm eouſque dilatus eſt Chriſti filij Dei aduentus, donec tota pulchra, Deóque dilecta virgo, eum manſuefecerit ac cicurauerit (Gallicè *l'ayt appriuoisé*) atque ex ea carnem aſſumere dignatus fuerit; Sed tempus eſt vt ad textum aggrediamur.

Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur orbis, &c. Vigebat tunc pax ſub vnico Imperatore & orbis Monarcha Auguſto, adeò vt eo ipſo, impleta ſit prophetia, quam
Iſa. 2. habemus, Iſa. 2. *de Chriſto hoc modo, Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltrà ad prælium. Idem &*
Michæa 4. c. *Micheas conſimilibus verbis commemorat, cap. 4. Hinc Chriſtus*
princeps pacis, ab Iſaia cap. 9. *iure appellatur, &* Pſalm. 71. *de*
Iſai. 9. c. *Meſſia fuerat vaticinatum: Orietur in diebus eius iuſtitia, &*
Pſal. 71. *abundantia pacis.* In hac autem pace tanta natus eſt Chriſtus, cuius quod Lucas ſacer Euangeliſta, ſignum dare potuiſſet certius, quàm vniuerſum orbem vni ſubiectum eſſe Domino, quem ipſe per ſuos præfectos curarit deſcribi? Decretum verò iſtud ſeu edictum promulgatum eſt, An-
Oroſius, li. 6. c. 22 no ab vrbe condita 752. vt Paulus Oroſius lib. 6. cap. 22. diſertis verbis aſſerit, eodem anno, inquit, tūc primùm idem Cæſar, cenſum agi ſingularum vbique prouinciarum, & cenſeri omnes homines iuſſit, quando & Deus homo videri, & eſſe dignatus eſt: Tunc igitur natus eſt Chriſtus, Romano cēſui ſtatim aſcriptus vt natus eſt: Hæc eſt prima

illa

illa clariſſimáque profeſſio, quæ Cæſarem omnium principem, Romanóſque rerum dominos ſingillatim cunctorum hominum edita aſcriptione ſignauit, in qua & ipſe Dominus aſcribi inter homines voluit. Quod nunquam penitus ab orbe condito, atque ab exordio generis humani in hunc modum, ne Babylonio quidem vel Macedonico, vt non dicam minori cuiquam regno conceſſum fuit. Hucuſque Oroſius.

Putatur etiam prædictum Decretum executioni demãdatum, anno 42. vel circiter imperij Octauij Cæſaris, qui Auguſti nomen primus accepit à populo Romano, cùm occiſo Antonio, & Ægypto ſubacta, triumphans Romam rediiſſet. Quo de cognomine ſic apud Suetonium in eius vita §. 7. C Cæſaris, ait, & deinde Auguſti cognomen aſſumpſit: alterum, teſtamento maioris auunculi, alterum, Munatij Planci ſententia, quum quibuſdam cenſentibus, Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum conditorem vrbis, præualuiſſet vt Auguſtus potius vocaretur, non tantùm nouo, ſed etiam ampliore cognomine: quòd loca quoque religioſa & in quibus augurato quid conſecratur, auguſta dicantur; ab auctu vel ab auium geſtu guſtúve: ſicut etiam Ennius docet ſcribens, *Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.* Sic ex Suetonio. Hìc itaque multis vbique prouinciis Romano imperio ſubiectis, Anno 42. ſui imperij, cùm Romanis, totique orbi ab omnibus bellis tanta eſſet pax, quanta priùs nunquam alicui Monarchiæ contigerat, templum iam tertiò clauſit, manſitque deinceps clauſum duodecim annis, vt iam fores rubigo corripuerit, teſte Oroſio lib. 6. cap. 22. Auguſtus, inquit, ab oriente in occidentem, à ſeptentrione in meridiem, ac per totum Oceani circulum, cunctis gentibus vna pace compoſitis, Iani portas tertiò ipſe tunc clauſit. Quas ex eo per duodecim ferè annos quietiſſimo ſemper obſeratas otio, ipſa etiam rubigo conſignauit. nec priùs vnquam niſi ſub extrema ſenectute Auguſti pulſatæ, Atheuienſium ſeditione, & Dacorum commotione patuerunt. Sic ille.

Suetoni' in Octauo Aug. §.7.

Ennius poëta.

Oroſius li. 6. c. 22

Suetoni' in Auguſto, §. 22.

Hac etiã de re, Suetonius, §. 22. ſcribit ita, Ianũ Quirinũ ſemel atque iterũ à condita vrbe ante memoriã ſuã clauſum, in multo Breuiore temporis ſpatio, terra maríque pace parta, tertiò clauſit. Nota ac obſerua ſedulò, ad hiſtoriæ certitudinem, & monarchiæ Auguſti chronographiam, ſiue exa

Notaual de. Ex Oroſio li. 6. c. 18.

ſiue exactam temporum deſcriptionem, ex Paulo Oroſio. lib. 6. cap. 18. quòd, Anno ab vrbe condita 710. interfecto Iulio Cæſare, Octauianus qui teſtamento Iulij Cæſaris auunculi hęreditatem & nomen aſſumpſerat, idémque qui poſtea rerum potitus Auguſtus eſt dictus, indolem ſuam bellis ciuilibus demonſtrauit. Cap. 20. Anno, ait, ab vrbe condita 725. Cæſar victor ab oriente rediens, (deuicto nempe, Antonio) tùm primùm Iani portas, ſopitis omnibus finitíſque bellis ciuilib⁹ clauſit. Hoc die primùm Auguſtus conſalutatus eſt. Quod nomē cunctis antea inuiolatum, & vſque ad nunc cæteris inauſum dominis, tantum orbis licitè vſurpatum apicem declarat imperij, atque ex eodem die ſumma rerum ac poteſtatum penes vnum cœpit eſſe & manſit, quod Græci Monarchiam vocant. Quindecim anni (vt videre eſt) fluxerant, à tempore quo dominari iam cœperat. Tunc & Ianum poſt ducentos annos primùm ipſe clauſit, & clariſſimum illud Auguſti nomen

Oroſ. ca. 22. lib. 6. aſſumpſit. Anno autem ab V. C. 752. ait 22. cap. Oroſ. Cæſar Auguſtinus cenſeri omnes homines iuſſit, quando & Deus homo videri, & eſſe dignatus eſt, (ſuprà citatum fuit) interceſſerunt proinde 42. anni, à principio Auguſti imperij, vſque ad cenſum illum ſingularum vbique prouinciarum, de quo hoc agitur Euangelio. Igitur, in-

Oroſius lib. 7. c. 2. & 3. quit Oroſius, libro ſeptimo, capite ſecundo, Primi iſtius Imperatorum omnium Auguſti Cæſaris (quamuis & Pater eius (adoptione ſubaudi) Cæſar metator imperij, potiuſquam Imperator extiterit) iſtius, inquam, Cæſaris, poſteaquam imperare cœpit emenſo propemodum anno 42. natus eſt Chriſtus: Et toto terrarum orbe vna pax omnium, non ceſſatione, ſed abolitione bellorum, clauſæ Iani gemini portæ, extirpatis bellorum radicibus, non repreſſis, cenſus ille primus & maximus fuit. Cap. 3. Igitur anno ab V. C. DCCLII. vel, 752. natus eſt Chri-

Oroſ. lib. 6. c. 22. ſtus. (Anno nimirum Auguſti 42. vt ſuprà dictum eſt.) Et Cæſaris cenſu ciuis Romanus aſcriptus eſt Chriſtus, (libro ſexto, capite vigeſimoſecundo. Dicendus vtique ciuis Romanus, cenſus profeſſione Romani.)

Dum per 12. vt dixi, annos, clauſæ belli portæ beatiſſi-

Oroſ. lib. 7. c. 4. ma pacis tranquillitate cohibentur. Et capite quarto, libro ſeptimo. Anno ab V. C. ſeptuageſimo ſexageſimo ſeptimo poſt mortem Auguſti Cæſaris Tiberius Cæſar imperium adeptus eſt, mãſitque in eo annis viginti & tribus.

Sic Oro

Sic Oroſius. Patet inde Auguſtum annis 57. imperij habenas & gubernacula tenuiſſe.

Errauit autem in tempore quo deſcriptio hæc facta eſt Ioſephus Iudæorum hiſtoriographus, vt Corn. Ianſenius in Concordiam Euangelicam, capite octauo, obſeruauit. Siquidem vt patet lib. Antiq.18. capite primo, factam putat poſtquam Archelaus, qui Herodi patri ſucceſſerat, priuatus regno Iudæorum, in exilium Viennam miſſus fuerat, & iam Coponius primus factus eſſet præſes Iudææ: Anno ſcilicet Imperij Octauij.51. vel circiter, ſic enim Ioſephus vbi ſuprà, poſtquam deſcripſerat Archelai in Viennam relegationem ſeu deportationem ſubiunxit: Interea, Quirinus ſenator Romanus per omnes honorum gradus ad conſulatum vſque prouectus, & imprimis clarus à Cæſare mittitur in Syriam, vt iura populis redderet, facultatéſque cenſeret omnium, & cum eo venit Coponius præfectus turmæ equitum, penes quem eſſet totius Iudææ rerum adminiſtratio.

Ianſenius in Cõcordiam Euangelicam c. 8.

Ioſephus li. 18. c. 1.

Quin & ipſe Quirinus in Iudæam venit iam attributam prouinciæ Syriæ, vt percenſeret facultates eius regionis ciuium, & Archelai pecunias in poteſtatem ſuam redigeret. Sic Ioſephus. Cæterùm Epiſcopus Gerundenſis Paralipomenis Hiſpaniæ, libro decimo, & extat rerum Hiſpanicarum Tomo priore. Erat, inquit, in vrbe Roma templum dicatum Iano, cui offerebantur victimæ bellorum temporibus, cuius portæ tantummodo claudebantur, quum vrbs ceſſaret à bellis. Has autem portas à condita vrbe vſque ad Auguſtum ſcilicet, bis tantum clauſas fuiſſe conſtat. Primò quidem poſt Romulum, temporibus Numæ Pompilij, ſecundò verò capta ſeu deleta Carthagine. Iam verò tertiò Auguſti temporibus portæ clauſæ ſunt Iano. Deinde ſubiungit: *Illud edictum, cuius meminit D. Lucas hoc loco.* Terraconę fuiſſe decretum, teſtimonio à maioribus noſtris tradito in Romanis Annalibus probatur: Vbi in calce edicti legitur: Datum Tarraconæ. Secundum teſtimonium eſt Pauli Oroſij preſbyteri Tarraconenſis viri clariſſimi, & in hiſtoria ſummi, in eius Hormiſta, Hormiſtam nomine Græco appellauit, quia de bellicis motibus, cladibus ac calamitatibus ſiue miſeriis agit in illis libris, ὁρμὴν, impetum latinè ſignificat, lib.6.cap.21. ſic in ſubſtantia licet non iiſdem verbis ſcribentis: Anno ab V. C. 726. poſt deuictus Vaccæos & Aſtures, quod bellum annis quatuor

Ioannes Gerũdenſis Paralipomeno Hiſpaniæ li. 10. Tomo 1. rerũ Hiſpanicarum.

Luc. 1. c.

Oroſ. lib. 6. ca. 21.

tuor expeditum eſt quùm Auguſtus Cæſar Tarraconam conceſſiſſet, iterùm ac ſecundò, id eſt, ab vrbe condita quartò, Iani portas claudi iuſſiſſet, orbiſque quieuiſſet à bellis, illa gloria Auguſto Cæſari Tarraconam allata eſt de Orientis populis, quæ quondam Alexandro Macedoni de Occidentalibus Babylonem eſt allata. Verba Oroſij hęc ſunt, ſiquis ea requirat, Cæſarem apud Tarraconem citerioris Hiſpaniæ vrbem legati Indorum & Scytharum toto orbe tranſmiſſo, tandem ibi inuenerunt, vltra quod iam quærere non poſſent, refuderúntque in Cæſarem Alexandri Magni gloriam, quem ſicut Hiſpanorum Gallorúmque legatio in medio oriente apud Babylonem contemplatione pacis adiit: ita hunc apud Hiſpaniam in occidentis vltimo ſupplex cum gentilitio munere Eous Indus, & Scytha Boreus orauit.

Cantabrico bello per quinque annos acto, totáque Hiſpania in æternam pacem cum quadam reſpiratione laſſitudinis reclinata ac repoſita, Cæſar Romam rediit. Sic Oroſius. *Nota ſedulò.* Hîc obſerua mecum ex eodem Oroſio, Cæſarem Auguſtum, ter Ianum clauſiſſe: Primò poſt deuictum triumphatúmque Antonium, & ſubactam captámque Alexandriam Ægypti. Secundò poſt Cantabricam, ſiue in Nauarra Hiſpaniæ adeptam victoriam.

Tertiò, anno ab V.C.752. ideſt, imperij 42. cunctis gentibus vna pace compoſitis, Iani portas ipſe tunc clauſit. *Luci' Florus li. 4. ca. 12. De geſtis Romanorũ.* Adde quod, Lucius Florus, lib. 4. cap. 12. de Romanorum geſtis, ita ſcribit, referens Cantabricum bellum, per annos 4. geſtum, hæc, inquit, per Antiſtium, Firmium, Agrippam legatos hybernans in Tarraconis maritimis Cæſar accepit. Deinde ſubiungit: Hic finis Auguſto bellicorum certaminum fuit: idem rebellandi finis Hiſpaniæ. Certa mox fides & æterna pax, &c. Tandem Auguſtus auſus eſt ſeptingenteſimo ab vrbe condita anno (adde, ex Oroſio, vbi ſuprà, & quod excurrit, Gall. *auſſi le ſurplus.*) Ianum geminum claudere, bis ante ſe clauſum, ſub Numa rege, & victa primùm Carthagine.

Ob hæc tot facta ingentia dictator perpetuus, & Pater patriæ dictus. Tractatum etiam in ſenatu, an quia condidiſſet imperium Romulus vocaretur: Sed ſanctius & reuerentius viſum eſt nomen Auguſti, vt ſcilicet, iam tum dum colit terras, ipſo nomine & titulo conſecraretur. Sic ille. *Ouidius lib. 1. Faſtorum.* Ouidius, libr. 1. Faſtorum de Auguſti cognomine agens, ſignificat

ſignificat quòd Idibus Ianuariis, Octauianus, Auguſtus ſit cognominatus. Ita enim cecinit.

Hic ſocium ſummo cum Ioue nomen habet.
Sancta vocant Auguſta Patres: Auguſta vocantur
Templa, Sacerdotum ritè dicata manu.
Huius & augurium dependet origine verbi:
Et quodcumque ſua Iupiter auget ope.

Gerundenſis vbi ſuprà ſuum proſequitur inſtitutum: probans hoc edictum in Hiſpania & vrbe Tarracona fuiſſe decretum. Quoniam, inquit, ab illo edicto ac Ærea conſtitutione Hiſpania ex eo tempore ſemper poſtea computauit annos, vſque vltra milleſimum & ducenteſimum annum, & maximè in Eccleſiaſticis rebus, in quibus non à mundi creatione, nec à Chriſti natiuitate, ſed ab Æra, illóque Auguſti Cæſaris edicto, computandi conſuetudo ab Hiſpanis retenta eſt & obſeruata: vt meminit Durandus in Rationali diuinorum officiorum, libro octauo, capite tertio. Æra, inquit, qua vtuntur Hiſpani, ſingulorum annorum eſt conſtituta à Cæſare Auguſto, quando ad primum cenſum orbem deſcripſit. Dicta eſt autem æra, ab ære, ex eo quod omnis orbis æs reddere profeſſus eſt reipublicæ Romanorum.

Gerundenſis vbi ſuprà

Durãdus in Rationali diuinorum offic. lib. 8. cap. 3.

Sic ibi Durandus. Cur autem differat hæc computatio per Æras, ait Gerundenſis, ab anno ſalutiferi partus, annis 26. Dicimus quòd quum ipſum edictum decretum fuiſſet Tarraconæ, & pronunciatum per Auguſtum Cæſarem, anno ſui imperij circiter decimoſeptimo, poſtquam annis 12. imperaſſet cum Antonio, & demum victo Antonio Romam rediens quùm fuiſſet conſalutatus Auguſtus, tranſtuliſſetque victricia arma in Hiſpaniam, quod bellum Cantabricum (de quo ſuprà actum eſt) quùm intra annos 4. abſoluiſſet: rediens Tarraconem, ipſo 16. aut 17. imperij ſui anno. Non fuit tamen prædictum Auguſti Decretum executioni mandatum vſque ad 42. ſui imperij annum. Quoniam cùm putaret pacem omnibus prouinciis conſtitutam in emanatione Decreti, quam ſecuta hominum ſalus in terram venire debuerat, iuxta Prophetarum vaticinia, ob eam edicti pronunciationem nonnulli populi in Gallia & Germania rebellarunt, ſuſpenſóque edicto miſſi ſunt ad illos domandos à Cæſare Tiberius & Druſus, qui poſtquam omnia pacaſſent, Romanóque imperio ſubegiſſent: Anno 42. ſui imperij, quo anno Chriſtus natus eſt, à

præſide Syriæ Syrino, cæteróque orbe Edictū Tarraconæ Decretum, executioni mādatum eſt. Cuius cōputationem Hiſpania omnis, non à generali executione per vniuerſum orbem facta, ſed à die decreti facti retinuit. Qua ex cauſa differunt computationes Chriſti incarnationis ſeu natiuitatis ab ipſa Ærea computatione viginti ſex annis, quibus Æreæ computationis edictum præceſſit. Et ſi qui plures addunt annos, errant vehementer. Hactenus Gerundenſis, lib. 10. vltimo ac poſtremo cap. Paralipomenôn Hiſpaniæ. Genebrardus lib. 2. Chronol. ad annum mundi 4091. ſic refert, Annis ante natum Dominum 38. Æra Auguſti appellata. Nam ab eo tempore plerique, Hiſpani prę. ſertim, annos ſuos ſignare cœperunt: quando Hiſpania, Italia, & reliquæ occiduæ regiones in ſoluis Auguſti poteſtatem conceſſere, vt reliquus orbis ad Orientem Antonio permiſſus eſt, Africa Lepido, circa annum vrbis conditæ 714. (annis nimirum quatuor, poſt Iulij Cæſaris occiſionem) Aëra autem q. A. er. a. id eſt annus erat Auguſti, primus, 2. 3. &c. (nempe, ex quo in triumuiratu illo, dominari in occiduis partibus cœpit.) Ex Sepulueda lib. de correctione anni. Hæc Genebrardus. Atque hoc modo Æra natiuitatem Chriſti anteceſſiſſet per 38. annos, Quam etiam opinionem ſequitur Mexias Hiſpanus, dictus vulgò Pero Mexia Auctor de la ſilua de Varia lecion, libr. 3. capit. 36. *Antiguamente en Caſtilla en los inſtrumentos ponian la era de Caſar, (entiende ſe de Octauiano) de la manera que agora ſe pone el naſcimiento de nueſtro ſeñor.* Hoc eſt, Hiſpanico in Latinum verſo ſermone, Solebant olim Hiſpani in inſtrumentis publicis inſcribere Æram Cæſaris, (Octauianum intellige (veluti nunc ſubſcribimus annos Domini noſtri IESV CHRISTI. Citat ibi duas opiniones de Æra Cęſaris. Probabilior autem eſt poſterior, Nempe quod Æra cum diphtongo & ſine aſpiratione dicatur abære, pro pecunia ex ære conflata, & habeat originem ab exordio cenſus & tributi à Cæſare Octauiano indicti, illíque perſoluendi, in recognitionem dominij ipſius. (Gall. *en foy & hommage, ou vaſſelage, ſeruice & recognoiſſance de Ceſar*) Huius ſententiæ eſt ſanctus Iſidorus, lib. 5. Etymologiarum, c. 36. iuxta communem allegationem, vel ſecundum vltimam editionem lib. 5. Originum, tit. de temporibus ca. De annis, Æra, inquit, ſingulorum annorum conſtituta eſt à Cæſare Auguſto, quando primum cenſum exegit, ac

Petrus Mexias, li. 3. c. 36. Variarū Lectionū Hiſpanicè conſcr.

Iſidorus lib. 5. Etimol. c. 36. de Æra apud Romanos.

git, ac Romanum orbem deſcripſit. Dicta autẽ Æra ex eo quòd omnis orbis æs reddere profeſſus eſt Reipub. Hæc Iſidorus, quæ ſuprà quaſi ad verbum citata ſunt ex Durando in rationali. Quòd verò præfatus Mexias exiſtimat Æram, natiuitatem Chriſti præceſſiſſe per 38. annos, non tam certum eſt, quàm quod ex Gerundenſi ſuprà protulimus, cui ſubſcribendum puto. Quamuis Illeſcas lib. 2. de la Hiſtoria Pontifical in Leone j. dicat vulgatiorem ſupputationem tribuere 38. annos Æræ Cæſaris ante Chriſti natiuitatem, (Hiſpanicè ille ſcripſit.) Vt verò quod in ſuperioribus dictum eſt ex Gerundenſi, facilius intelligatur de Galliarum cenſu atque Germaniæ ac rebellione præfatarum prouinciarum, habes ex Epitome Flori ad T. Liuium, lib. 134. C. Cæſar (nimirum Octauianus) rebus compoſitis & omnibus prouinciis in certam formam redactis, Auguſtus quoque cognominatus eſt: & menſis Sextilis in honorem eius appellatus eſt. Cùm ille conuentum Narbonæ egit, cenſus à tribus Galliis, quas Cæſar pater vicerat, actus. Et lib. 136. Rhetia à Tyberio Nerone, & Druſo Cæſaris priuigno, domita, Agrippa Cæſaris gener mortuus, & à Druſo cenſus actus eſt. Rurſus lib. 137. Ciuitates Germanicæ cis Rhenum & trans Rhenum poſitæ oppugnantur à Druſo, & tumultus, qui ob cenſum exortus in Gallia erat, compoſitus. *Epitome Flori ad Liuium lib. 134.* *Item lib. 136.* *Et libr. 137.*

Et iterum, lib. 138. Germanorum trans Rhenum gentes ſubactæ à Druſo referuntur, & in ſequentibus lib. conſimiliter: Hactenus ex Epitome. *Iterum lib. 138.*

Deſcriptionem vniuerſi orbis commemorat Euãgelica Hiſtoria ſub Auguſto Cæſare, quæ idcirco fiebat vt cognoſceretur numerus hominũ, qui Romano ſubeſſent Imperio, erátque annotatio eorum, qui principi nomen dabant, quomodo & militum ſolet fieri deſcriptio (Gall. *eſtre enroollez*) atque ſimul vnuſquiſque principi tributum pendere ac ſoluere tenebatur. Certum eſt ergo in hac deſcriptione, à ſingulis, dum nomẽ ſuũ darent, etiã nummum aliquem, in ſubiectiõis profeſſionẽ datum, ſed qui videri poteſt omnibus fuiſſe idem, qui etiam numiſma cenſus *Matt. 22. dicebatur. Oſtẽdite mihi numiſma cenſus, ait Chriſtus.* Sicut in numeratione populi debebat vnuſquiſq; recẽſitus ſecũdum legẽ Moyſi dare dimidiũ ſicli, iuxta menſurã templi. Et quidem de nummo dato in ſignum ſubiectionis in hac actione cenſus, patet: quia Ioſepho teſte, lib. 18. antiq. ca. 1. *Matth. 22. cap.* *Ioſep. antiq. li. 18. cap. 1.*

Iudas quidam Gaulonites, vt auerteret populum ab hac perſolutione dicebat, Cenſum nihil aliud eſſe quàm integram ſeruitutem, quam populo Dei indignam & illici-
Act. 5. c. tam putabat. *Cuius meminit & Lucas, Act. 5. in oratione Gamalielis dicens: Extitit Iudas Galilæus in diebus profeſſionis* (ſignificat autem eam deſcriptionem de qua hic dicitur) *& auertit populum poſt ſe.* Cenſus autem, qui in hac deſcriptione actus eſt, deinceps, vt apparet, ſingulis annis exolui debebat: vnde videtur nata illa inter Iudæos quæſtio, quam
Mat. 22. Chriſto propoſuerunt, *Matth. 22. Licet cenſum dare Cæſari,*
c. & c. 17 *an non? Vnde & Chriſtus ipſe ſoluit Didrachmum, ca 17.* (Nũmus erat valens duas Drachmas) Erat ergo Iudæa Romanis obnoxia tributo. Quare autem Didrachmi tributum ab Auguſto Iudæis fuerit impoſitum colligi poteſt
Ioſeph. ex his, quæ Ioſephus ſcribit de Veſpaſiano poſt ſubactos ſi-
de bello bi vi Iudæos, libro ſeptimo, de bello Iudaico, capite vige-
Iud. li. 7. ſimoſexto, Stipendium, ait, vel tributum (debitum princi-
c. 26. pibus) vbicumque degerent Iudæus indixit: bináſq; Dragmas ſingulis annis deferre in Capitolium iuſſit, ita vt antehac Hieroſolymorum templo pendebant. Sic ille.
Exo. 30. *Quemadmodum ergo id quod dicitur, Exod. 30. cap. de dimidio*
cap. *ſicli dando in vſus tabernaculi ſeu templi, fuit typus tributi, quod Iudæis impoſuit* Veſpaſianus: ita veriſimile eſt idem etiam fuiſſe typum tributi eiſdem impoſiti ab Auguſto Cæſare.

Non enim Veſpaſianus omninò nouum tributum Iudæis impoſuit, ſed quod Iudæis priùs fuerat impoſitum Iudæam inhabitantibus; hoc Veſpaſianus non in Iudæa tantùm indixit, ſed Iudæis vbicumque terrarum agerent. Didrachmum valebat ſeptem ſolidos Gallicos Turonicos.
Mat. 22. Denarius autem in Euangelio appellatur, vbi ſuprà, *Matt.*
cap. 22. Habebátque imaginem Cæſaris impreſſam ſimul cum aliqua ſuperſcriptione, quemadmodum in monetis noſtratium fieri ſolet: Teſtilia ſiue Capitalia (Gall. *Teſtons*) appellare poſſis. Denarius, vt patet ex Matth. erat Numiſma cenſus Romanis exoluendi, habebátque tum imaginem, tum inſcriptionem Cæſaris. Quod ſi dicas Numiſma cenſus fuiſſe didrachmum, id eſt, duas drachmas, Denarius autem vna eſt Drachma: reſpondeo, fieri potuiſſe, vt tribu-
Budæus. tum illud ſoluerent duobus denariis, qui ſecundum Budæum, æquiualent duobus drachmis. Vel etiam dicendum probabiliter & veriſimiliter, quòd in vna ſpecie, vt

ita

ita dicam, ac vna moneta, duobus æquiualente denariis, duplum denarium, non ſimplum, exoluerent, ſicque didrachmum quod erat numiſma cenſus, (Gall. *en vne piece ou eſpece de monnoye, qui eſtoit double en valeur.*) Sebaſtiano Erizzo autore circa principia operis Italicè conſcripti De Numiſmatum antiquitate, conſtat experientia Didrachmum fuiſſe Monetæ genus ſiue ſpeciem: Sic enim ille. *Eſſendomi peruenuta alle mani vna megdaglia in argento, Graca, di aſſai buon peſo, di Nerone Cæſare: in gionenil' età con tale inſcrittione intorno alla teſta* ΚΕΡΩΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ. *cioè, Neronis Cæſaris Germanici. Ha dal roueſcio il lituo, verga dell' augurato, & la patera, & di ſopra ſi leggono lettere tali* ΔΙΔΡΑΧΜΟΝ. *cioè, Didrachmum, Laqual Medaglia ci moſtra chiaro, eſſere ſtata vna moneta da pagar il tributo, del valore di due drachme.* In gratiā eorum, qui Italicè non ſatis norunt, verto & interpretor, quæ ſuprà poſita ſunt ad hunc modum. Peruenit ad manus meas argenteus nummus, Græcus, boni ponderis, Neronis Cæſaris in iuuenili adhuc ætate, imaginem referens cū huiuſmodi inſcriptione vna ex parte: Neronis Cæſaris Germanici: Ex altera autem effigiatus erat lituus, & inſculpta patera, (Pontificatus ſymbola) cum tali inſcriptione, Didrachmum.

Vnde ſatis conſtat numiſma cenſus, monetam quandam extitiſſe argenteam, ad perſolutionem tributi, duarum drachmarum valorem habens.

Nomen enim Græcum *Δίδραχμον* tributum, contributionem, populare ſeruitium, ac nummum duas continentem drachmas ſignificat, ac duobus denariis Romanis æquiualentem. Drachma ſiquidem Attica æqualis erat cum Rom. denario ponderis. Erant etiam monetę ſingulorum denariorum drachmam vnam ponderantium ex argento, cum effigie Imperatorum, ad tributa perſoluenda.

Xiphilinus è Dione in Veſpaſiano, conformiter ſcripſit ad hunc modū: Hieroſolyma capta, incenſoq; templo, Iudæi à Tito belli Iudaici præfecto, iuſſi ſunt quotānis Didrahmū pendere Ioui Capitolino, ij qui patrias leges eorū tuerentur. His de cauſis vterq;, Veſpaſianus, & Titus, pater ac filius, Imperatoris nomen obtinuit. Sic ibi. Voluit ergo atq; edicto ſtatuit Aug. vt omnes per vniuerſum orbē homines Ro. ſubditi imperio, ita deſcriberētur, vt qui ciuita- *Xiphilinus è Dione in vita Veſpaſiani.*

tes incolerẽt, coram præſidibus ſiue gubernatoribus prædictarũ ciuitatum, ſe ſiſterent. Qui verò pagos & oppida, cum ſua pariter familia ad vicinarum præfectos ciuitatum ſe conferrent.

Atque ſingulos oportebat ad præſidentes ſiue gubernatores & principes illarum ciuitatum deferre nummum argẽteum, ſiue Denarium (nempe duplum) aut Didrachmum, inſculptam Cæſ. Auguſti imaginem, ipſiúſque no-
Luc. 2. c. men inſcriptum cõtinens. Obſerua autem deſcriptionem huiuſmodi, & profeſſionem nominari ab Euangeliſta, & vniuerſi orbis deſcriptionem. Profeſſionem quidem, eo quòd prædictum numiſma cenſus offerentes, ſuper capita ſua coram ciuitatis principe, illud portabant ac deferebant, oréque profitebantur ſe Romanis eſſe ſubiectos. Ideò vocata eſt profeſſio, hoc eſt, ore proprio confeſſio ac quædam proteſtatio. Deſcriptionem autem vocari dictum eſt ſuprà, quia numerus eorum, qui ſeipſos præſentabant, deſcriberetur in catalogo quodam, Gall. *eſtoit enregiſtré ou enroollé*.) In tabulas quoque redigebantur, ciuitatum, oppidorum, atque caſtrorum, in prouinciis Rom. imperij ſubditis exiſtentium nomina. Voluit autem Auguſtus, cùm Rom. imperium ſumma frueretur pace, certior fieri de numero prouinciarum, atque hominum Romanis ſubiectorum. Et quemadmodum ciuitatis præfectus, cenſum ſibi oblatum nomine Imperatoris recipiebat, ac numerum vrbanorum ſeu ciuium, ac paganorum ſiue ruſticorum & oppidanorum comparentium coram ſe, deſcribebat: ita præſes prouinciæ recipiebat deinceps & poſtea, à prædictis vrbium præfectis cenſum ac tributum ſuprà nominatum, necnon deſcriptum numerum ſiue catalogum. Et vtrumque pariter Romam poſtmodum ad
Luc. 2. c. Cæſarem Auguſtum mittebat. Hęc verò deſcriptio imprimis facta eſt à Romano præſide Syriæ Quirino, *vt præſens teſtatur Euangelium*. In Syria autem continetur, ſitáque eſt
Pſalm. Iudæa. Quæ veluti in meditullio habitabilis orbis, & vt diuinus loquitur *Pſalmographus, in medio terræ poſita eſt.* Quirinus itaque Syriæ pręſes à Iudæa exorſus eſt cenſum exigere, vt circumadiacentes regiones ac prouinciæ circunſtantes, illius ſequerentur exemplum, nec recuſare auderent. Sicque illa deſcriptio fuit generalis. Videtúrque multis annis perduraſſe, ex eo quod à Chriſto, quidam exegerunt per Petrum tributum, quod & Chriſtus *pro ſe & Petro*

Petro perſoluit, Matth.17. Et quia Phariſæi eum interrogarunt: *Liceret cenſum dare Cæſari, an non? cap.22.* Hæc omnia excepta ſunt ex vulgaribus quibuſdam Chronicis Italicis Polihiſtoris vocabulo inſcriptis, ex cap. 18. Retulit Sebaſtianus Erizzo, *nel diſcorſo ſopra le Medaglie*, quæ in Latinũ conuerti & tranſtulit idioma propter eos qui Italicè non nouerunt. Quæ mirum in modum Euangelicam illuſtrant præſentem hiſtoriam. Hæc igitur deſcriptio incœpta eſt fieri primò à præſide Syriæ, nimirum in Iudæa, & Romanorum nomine. Hoc temporis needum Iudęa proprium præſidem habuit, cùm adhuc in Iudæa regnaret Herodes Rex Iudææ à Romanis confirmatus, non autem ſimpliciter præſes. Nota Cæſarem Auguſtum tum vt cognoſceret numerum ſuorum ſubditorum, tum etiam vt ab eis tributum exigeret edictum huiuſmodi poſuiſſe. *Idem legimus 2. Reg. 24. & 1. Par. 21. Dauidem regem in ſuo regno feciſſe, cùm ſuperbia elatus, iuſſit per manus Ioab per capita omnem ſuum populum numerari, non autem per ſummam pretij, Exod. 30. in lege præſcripti*, à ſingulis in ſanctuario offerendi, & in tabernaculo perſoluendi, ad ſacrificia pro vniuerſitate & communitate populi Iſraël offerenda, nimirum dimidium ſiclum ſiue Didrachmum à ſingulis viris. Nam Siclus, ex Ioſepho, lib.3. antiq. cap. 9. Gelenio, nummi genus eſt apud Hebræos, quales ſunt Tetradrachmi Attici, ſiue (quod idem valet) quatuor Drachmæ Atticæ. Ex ſupputatione deinde Siclorum viritim oblatorum, facile erat reſcire numerum totius populi, qui duplo maior erat, quã eſſet Siclorum numerus, cùm quilibet dimidium ſicli perſoluere teneretur: non magis. Dauid autem aliter faciens in populi Iudaici enumeratione, grauiter à Domino punitus eſt, graſſante peſte.

Mat. 17. c. & cap. 22.

2. Regu. 24. & 1. Paral. 21. cap. Exo. 30. cap.

Ioſeph. li. 3. ant. c. 9. ex Gelenio.

Tempore pacis naſcitur Chriſtus, quippe qui conciliaturus erat pacem inter Deum & hominem, Iudæum quoque & Gentilem, quia ex vtriſque vnum erat facturus. *Salomon imperauit in diebus pacis, cui ſubiecit Deus omnes hoſtes, vt conderet domum in nomine ſuo. Eccle. 47. Eiuſdem Salomonis tempore habitabat Iuda & Iſraël abſque timore vllo, vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, à Dan vſque Berſabee, cunctis diebus Salomonis, ait ſacra Hiſtoria, 3. Reg. 4. c.* Hęc autem in figura typóque Salomonis pręceſſerunt, vt in Chriſti natiuitate pacis abundantiam adumbrarent futuram. Qui in deſcriptione orbis naſci voluit: Primum quidem

Eccle. 47. c.

3. Reg. 4. cap.

vt inſinuaretur, tùm tempus eſſe quo veniret promiſſus liberator populi Iſraëlitici, quando populus ille recenſitus fuit ſub alieno imperio, & externo principi ſubiectionem profeſſus. Deinde quòd ſic nouo euentu in Bethlehem natus eſt Ieſus, magis arguebat prophetiam Michææ apud ipſum pertinere, quàm ad alium quemuis, qui in Bethlehem communi euentu natus erat. Siquidem deſcriptionis huius occaſione virgo è Nazareth in Bethlehem aſcẽdens, ibique pariens, comprobata eſt virgo cum prole ſua fuiſſe ex ſemine Dauid, atque ſic impleta eſt prophetiã Michææ, cap. 5. *Chriſtum in Bethlehem Iudæ naſciturum prædicens.* Quod enim virgo deſcriptionis tempore aliunde in Bethleem veniens, peperit ibi, longè certius probat genus virginis ex ſemine Dauid, quàm ſibi habitans peperiſſet, cùm certum ſit multas in Bethlehem habitaſſe, quæ ex Dauid originem non traxerunt.

Michea cap. 5. & Mat. 2. c.

Ibant omnes vt profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem, &c. Profeſſio dicitur, reſpectu eorum qui cenſebantur: Deſcriptio autem, reſpectu eorum, qui cenſebant, vel, cenſum imperatoris nomine recipiebant: Profeſſio illa erat ſubiectionis teſſera & ſignificatio. Nomen dans principi, ſubditum ſe ac ſubiectum illi profitebatur. In cuius rei fidem cenſum perſoluebat. Nunc quomodo ex vigore edicti ſinguli concederent & proficiſcerentur in ſuam ciuitatem aduerte, ſingulos nimirum, in eam de qua quiſque erat oriundus & vnde duxerat originem; quamuis alibi natus fuiſſet, pergere debuiſſe. Hoc enim inſinuatur dum aſſignatur ratio, ob quam Ioſeph venit in Bethlehem, eo quòd eſſet de domo & familia Dauid: non autem dicitur, eò quòd natus eſſet in Bethlehem.

Quamobrem cogebatur quiſque ad ſuæ proſapiæ traducem & patriam ſeſe recipere: non autem ad eum locum, in quo quiſque natus erat.

Aſcendit Ioſeph à Galilæa in Iudæam, in ciuitatem Dauid: quæ vocatur Bethlehem, &c. ad diſtinctionem nempe alterius ciuitatis, quæ etiam ciuitas Dauid dicitur in ſcripturis.

Nam & arx Sion ciuitas Dauid dicitur, quòd eã ædificaſſet, & in ſedem regni delegiſſet, Pſa. 2. *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo Sion montem ſanctum eius.* Bethlehẽ verò ciuitas Dauid dicitur, quòd in ea nat⁹ eſſet, vnde 2. *Reg.* 5. dicitur: *Cepit Dauid arcem Sion, hæc eſt ciuitas Dauid. Habitauit*

Pſal. 2.

2. Reg. 5. cap.

tauit autem Dauid in arce Sion, & vocauit eam ciuitatem Dauid. Nempe Dauidis regiam, ac regni ipſius ſedem. Item 3.Reg. 8. *Congregati ſunt filij Iſraël ad regem Salomonem, vt deferrent arcam, de ciuitate Dauid,* id eſt, de Sion. Bethlehem autem vocatur ciuitas Dauid, non ſolùm quia in ea natus & educatus eſt Dauid, ex 1.Reg.16. *Verumetiam quia inde originem traxit. Nam erat & eius pater Iſai Bethlehemita, atque Dauid ipſe Bethlehemites quoque cognominatur.* Ibidem Bethlehem item Iudæ dixit Euangeliſta, cum determinatione: Siquidem alia quoque erat Bethlehem in tribu Zabulon, vt ex cap.19. *Ioſue patet*, ad cuius differentiam Bethlehem dicit in Iudæa ſitam. *1.Reg.16* *Ioſue 19.*

Vt profiteretur cum Maria, &c. Hinc apparet in hac deſcriptione præceptum fuiſſe vt & mulieres profiterentur. Non enim videtur veriſimile Ioſeph cũ vxore ſua tam vicina partui aſcẽſurũ, niſi & mulieres deſcribi neceſſe fuiſſet. Maria autem dicta eſt non ſimpliciter vxor, ſed duntaxat vxor deſponſata, quamuis per verba de præſenti fuerit Ioſeph legitimè coniuncta; vt ſecundùm copulam carnalem non vxor, ſed vxor deſponſata, hoc eſt, viro incognita ſignificaretur, eámque virginem peperiſſe, ſicut virgo conceperat, oſtenderet Euangeliſta, *Non quidem ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine,* Luc.1. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, &c.* Dicit enim eam deſponſatam, innuens quòd ſolis ſponſalibus præcedentibus eſt conceptio, ac partus ſiue Chriſti natiuitas ſubſecuta. Verùm ne lectori tædium adferatur, viſum eſt commodum in alterum ſecare & partiri caput hoc Euangelium. *Luc.1.c.*

CAP. SECVNDVM DE EODEM EVANGELIO NATIuit. Domini noſtri.

F*Actum eſt vt pareret filium ſuũ primogenitum, &c.* Pareret, inquam, ſine dolore, hinc ſiquidem exordiri libet: Iſai.66. *Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit maſculum.* Hoc eſt, priuſquam partus dolorem ſentiret, peperit: Priuſquam veniret dolor ex partu, peperit maſculum. Quis, inquit Iſaias, *Iſaia 66.*

audiuit

audiuit vnquam tale? & quis vidit huic ſimile?q.d.Nullus.
Siquidem in omni partu, aliqua partum præcedit parturi-
tio. In hoc verò partu, parturitio nulla ſiue nullus dolor
parturientis prçceſſit.Sine tormento namque peperit,quia
in conceptione,venerea voluptate caruit:æquũ enim erat
vt immaculatà virginitas,quç concupiſcentiam neſciebat,
à dolore parturientium aliena exiſteret.

Filium ſuum peperit primogenitum,&c Primogenitum vo-
cat,quia neque antea neque poſtea alium peperit.In ſacris
ille primogenitus vocatur,qui primùm natus eſt,quamuis
nullus poſtea naſcatur.Primus non quia ſequatur alius,ſed
Num. 18 quia nullus præceſſit: vt Numer.18.*Quicquid primum erum-
pit è vulua, ſiue ex hominibus, ſiue ex pecoribus fuerit, tui iuris
erit.* Vbi definit deſcribitque Deus primogenitum, quic-
quid primùm erumpit è vulua. Cùm Deus omnes primo-
Exod. 12 genitos occidi iuſſit:dicitur,Exod.12.ca. *Neque erat domus
in qua non taceret mortuus.* Num fortè vnaquæque domus
plures habebat filios?Minimè.Imò plurimæ vnum tantùm
habebant, & tamen primogenitum, huiuſmodi ſcriptura
appellat, & vt primogenitus in poſtrema Ægypti plaga à
deuaſtante angelo interemptus eſt. Exterminator etenim
in noctis medio,omnia Ægypti primogenita deleuit ac in-
l.34.ff. terfecit.Iuriſconſultus etiam proximum ſic interpretatur,
de vulg. quãuis ipſe ſolus ſit leg.34.Ex duobus.D. de vulgari & pu-
& pup. pillari ſubſtitutione. Proximus, non ſolùm is,qui ante ali-
ſubſtitut. quem, ſed etiam is ante quem nemo ſit intelligitur. Et ſu-
& l. 92. premus non is demùm, qui poſt aliquem, ſed etiam poſt
D. de quem nemo ſit intelligitur. Item leg.92.D. De verborum
verb. ſi- ſignificatione;proximus eſt, quem nemo antecedit: Supre-
gnificat. mus eſt,quem nemo ſequitur. Et leg.155. Proximi appella-
& l. 155. tione.D.eodem.Proximi appellatione, etiam ille contine-
D. eodẽ. tur qui ſolus eſt.Concordat Baſilicon iuris.Sic enim lib.2.
Baſilicõ. Græcè ibi habetur: Ἐγγύτερος λέγεται καὶ μόνος ὤν. Proximus
Iuris lib. vel propinquior dicitur, & ſolus exiſtens. Ad hunc planè
2.pag.14 modum primogenitus etiam nominatur,quamuis ſolus ſit
Extra, genitus.Extra,de verborum ſignificatione cap.5.ex D.Hie
de verb. ronymo,in Matthçum,*Peperit filium ſuum primogenitum.*Ex
ſignif.ca. hoc loco quidam peruerſiſſimè ſuſpicantur, & alios filios
5.ex D. Mariam habuiſſe. Cùm mos diuinarum ſcripturarum ſit,
Hierony vt primogenitum non vocent,quem fratres ſequuntur,ſed
mo in eum,qui primò natus fuit.Sic ille.Itaque vnigenitus idem
Matth. eſt quod primogenitus.Quod ſi primogenitus intelligitur
ratione

ratione aliorum ſubſequẽtium, ſequeretur quod iura primogeniti non haberent locum in primogenito quamprimùm natus eſſet, ſed expectandus eſſet alius filius, ſecundus, vt primogenitus eſſet offerendus in templo ex illa Moſis ſeu potius Domini lege, quæ Luc.2. *repetita legitur; Omne Maſculinum adaperiens vuluam (id eſt primogenitum, ex πιρίςραοι) ſanctum Domino vocabitur.* Quod ſi alius filius eſſet expectandus, ad hoc quod primogenitus eſſet offerendus, 40. die poſt ſuum natalem, quomodo poterat lex ſeruari, cùm in natiuitate ſecundi iam ferè vnum haberet annum primogenitus? Hæc lex nullo pacto ſeruari poſſet, ſi primogenitus diceretur reſpectu aliorum ſubſequentium. Nam Hebræi primo filio nato, hoc facere tenebantur, licet poſtea nullum alium filium haberent: qui primogenitus vocatur, eò quòd ante illum nullus ſit natus, licet vnigenitus eſſet, non habens poſtea fratrem. *Luc. 2.c.*

Cæterùm, quia in veteri teſtamento magna ſemper dignitas extitit primogenituræ: inde conflatum odium in Iacob ab Eſau fratre, *Primogenita mea, inquiebat ille, antè tulit, & nunc ſecundò ſurripuit benedictionem meam, Geneſ.27.c.* Primogenituræ item fuit olim annexum ſacerdotium in lege naturæ, vt deprehendere licet ex ſacris, ideò vt eum honorem Christo quoque tribueret Euangeliſta, eum primogenitum vocauit. Idque longè conuenientiùs quàm ſi vnigenitum nominaſſet: quia ad hoc temporaliter naſci voluit ex matre ſecundum carnem, vt multos fratres acquireret per Spiritusſancti regenerationem, vnde & Paulus Roman. 8.cap. *Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Dicitur & primogenitus, quoniam dignior vniuerſis, ſeu inter genitos primatum tenens. Quid plura? Primogenitus ille fuit matris ſuæ in humana natura, primogenitus fuit, & vnigenitus in tẽpore, qui vnigenitus erat in æternitate. *Gen. 27.* *Rom. 8.*

Pannis eum inuoluit & reclinauit in præſepio, &c. Adam exiſtens in ſtatu innocẽtiæ nudus erat, nec ob id erubeſcebat, at poſtquam peccauit, *Fecit illi Dominus tunicas pelliceas, & induit eum, Geneſ.3.* Ergo indumentum ſignum euidentiſſimum peccati. Siquidem, quia peccauit homo, data eſt illi veſtis qua tegeretur. Conſidera igitur dominum peccatoris inſignibus & indumentis veſtitum: Quia peccauit homo, dedit illi dominus pannos, quibus vlcera ligaret, vt & CHRISTVM etiam videas pannis inuolutum vti peccatorem & plagatum, cùm agnus ſit innocentiſſimus, ſine *Geneſ.3.*

macula

macula & per naturam impeccabilis. *Deus tamen* auctore D.Paulo,Rom.8.c. *filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati damnauit peccatum in carne.* Peccatoris igitur veſtem induerat,etſi peccator non eſſet, ſed mundi ſaluator, & peccati deſtructor. *Serpens ille quem Moſes erexit in eremo,Numer.21.& Ioan.3.c.* Serpentis tantùm figuram habebat,venenum autē minimè. Sic Chriſtus in ſimilitudinem venit peccati, & indutus pannis veſtibúſque peccatoris, cùm ipſe ab omni labe peccati prorſus eſſet immunis. Videas in Chriſto veritatem expreſſam figuræ Iacob iuſti & ſancti,*qui veſtibus Eſau peccatoris indutus erat:Geneſ 27.c.* vt patris æterni benedictionē, omnibus fratribus poſt illum venturis accipiat, qui ſanè illi ſunt qui fidei ratione Chriſti filij,& fratres appellantur.Iuxta illud, Hebr.2.cap. *Non confunditur fratres eos vocare dicens:Nuntiabo nomen tuū fratribus meis. Vnde debuit per omnia fratribus ſimilari.* Et Ioan. 20.*poſtquam à mortuis ſurrexiſſet, dixit Chriſtus Mariæ Magdalenæ: Vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcende ad patrem meum,& patrem veſtrum,Deum meum & Deum veſtrum.*

Rom.8. *Num.21 & Ioan. 3.c.* *Gen.27.* *Heb.c.c.* *Ioan.20.*

Reclinatur in præſepi: vt nos humilitatem doceret & paupertatem. Siquidem Apoſtolo teſte, *cùm diues eſſet, propter nos egenus factus eſt, vt illius inopia diuites eſſemus*, 2.Corinth. 8. *O quàm verè dicere poteſt: Vulpes foueas habent,& volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Luc.8.* Vbi nunc domine Imperatoris pompa, ac magnificus apparatus?Nihil hic præter paupertatem, oculis corporeis intueor.

2.Cor.8. *Luc.8.c.*

Vbi ſunt parietes tapetibus & pretioſis ſericiſque pannis decorati? Nihil niſi aranearum telas conſpicio. Vbi lectus pretioſus, mollis, ac delicatus? nihil niſi fœnum cerno. pro lecto præſepe in ſaxo excauatum, petra pro ceruicali, fœnum pabulum vtrique iumentorum, pro reclinatorio molli. Vbi caminus ignis? Nihil niſi gelu, rigidámque intueor hiemem. O Rex gloriæ!te ſine gloria intueor. Neque naſcens propriam domum, vel etiam in communi hoſpitio & diuerſorio aliquem locum habuiſti,neque moriens lectum, neque mortuus proprium ſepulchrum, neque dum per mundum peregrinareris, propriam tibi ac peculiarem vllam domum poſſediſti: Conſideraui opera tua & expaui, ait propheta. *Diſcedite à me, inquit Chriſtus,* Matth.11.cap. *Exemplum enim dedi vobis.* Ioan. 13. cap. *vt quemadmodum ego feci,ita & vos faciatis.Siquidem cœpit Ieſus facere*

Matt.11. cap. & Ioan. 13.

facere & docere: Act.1. *Potens in opere & ſermone: Luc.* 24. *cap.* Si rex in aurea lectica, vel triumphali curru iter age-ret, præciperétque vt omnes potentes & magnates regni, nullis equis nec mulis conſcenſis illum comitarentur, diceret fortaſſis non poſſe pedeſtres iter conficere, ſed equitantes haud incommodè illum comitaturos. Quod ſi Rex iter ſuũ pedes vel pedeſter perageret. Omnes alij magnates illum comitarentur ſpontè & vltrò, à pedibus Regis non diſcedentes, nec equos ad iter conficiendum ſibi iam requirentes. Sic apud Q. Curtium de Alexandro magno loquitur: Alexander cùm interiorem Perſidis regionem petiiſſet, ventum eſt ad iter perpetuis obſitum niuibus, quas frigoris vis gelu aſtrinxerat. Solitudines inuiæ fatigatum militem terebant. Omnia vaſta, & ſine vllo humani cultus veſtigio attoniti intuebantur. Rex caſtigare territos ſuperſedit. *Act.* 1. *c.* *Luc.* 24. *Q. Curtius li.* 5. *De geſtis Alexandri.*

Cæterùm ipſe equo deſiliit, pedéſque per niuem & concretam glaciem ingredi cœpit. Erubuerunt non ſequi primùm amici, deinde copiarum duces, ad vltimum milites, primúſque rex dolabra glaciem perfringens, iter ſibi fecit. Exemplum Regis cæteri imitati ſunt. Tandem propemodum inuias ſiluas emenſi, humani cultus rara veſtigia reperêre, & incolæ qui ſparſis tugurijs habitabant, cùm ſe callibus inuiis ſeptos eſſe credidiſſent, vt cõſpexerunt hoſtium agmen deuios montes & obſitos niuibus petierunt. Inde per colloquia captiuorum paulatim feritate mitigata, tradidêre ſe Regi nec in deditos grauiùs conſultum. Hucúſque Curtius. Conſidera igitur Chriſtum regem gloriæ, qui in humili præſepio collocatur, vt nos ad mundi huius vanam pompam & apparatum ac ſuperbiam fugiendam animare, necnon ad humilitatem nos adducere ſtudeat.

Quod ſi milites Alexãdri erubuerunt Dominum ſuum videntes ab equo deſcendiſſe: Quomodo tu Chriſtiane, pompam ornatúmque ſæculi non deponis aut contemnis? *Vrias dixit Dauid,* 2. Reg. 11. *Dominus meus Ioab ſuper terra faciem manet, Et ego ingrediar in domum meam, vt comedam & dormiam cum vxore mea?* Sed quid eſt, quòd tu pudore ac rubore non ſuffunderis, in voluptatibus & deliciis viuendo, cùm Chriſtum ducem tuum videns in duro præſepio iacentem & aſpero frigore trementem? Statim cùm naſcitur iſte puer, vt doctor è cathedra, ſic ipſe *2. Reg.* 11

ipſo à præſepio humilitatis lectionem legit, non verbis, ſed ipſis operibus nos inſtruens, vt vehementiùs noſipſos excitaret ad ſui imitationem. Clamat vile ſtabulum, clamat arctum præſepe, clamat alienum & commune ſed viliſſimum hoſpitium. *Si quis non renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Luc. 14. cap.* Anteposuit infantulus iſte humilem paupertatem, cunctis mundi opibus ac diuitiis. *Nouit ipſe reprobare malum & eligere bonum, Iſai. 7. cap. Reſponde tu mihi,* qui Chriſtiana profeſſione cenſeri gloriaris? Tu ne prudentior es Chriſto Domino? Elige, ſi ſapis, quod ipſe elegit, hanc mundi vanitatem reiice. Nam præſepe hoc durum delicias huius mundi condemnat: hoc ſtabulum efficaciter demonſtrat, quàm vani ſint honores mundani, & viles illi panni, honeſti tamen, mundi ac venerandi, ob Chriſtum illis inuolutum, nobis oſtendunt qualis conditionis ſint diuitiæ huius ſeculi. At ſi tu ô anima Chriſtiana, ait Stella in hunc locum, *Videris ſponſum tuum per terram peregrinantem, debes cooperiri pallio, ſicut altera Rebecca erubeſcens. Geneſ. 24. cap.* Cùm videas Chriſtum Dei filium, Dominum tuum, in præſepi duro iacentem, téque in camelo alto huius mundi honoris ac potentiæ conſcendiſſe. Et ita deſcendens ſicut altera Rebecca fecit, & contemnendo vanitates ſæculi præſentis, vitam redemptoris tui inſequere, quandoquidem certiſſimè noſti illum errare non poſſe. Sic ille.

Luc. 14. cap. *Iſai. c. 7.* *Stella in Lucam ad hunc locum.* *Gen. 24. cap.*

Obſerua, quomodo mater illum in præſepi reclamauerit. Liceat mihi, cùm ſim puluis & cinis, cum matre Domini mei paululum ſermocinari. O mater Dei, ſi lectulum tibi tua denegabat paupertas, in quo paruulum hunc reclinare valeres, ſaltem ſinus tuus virgineus, illi lectulus molliſſimus eſſe potuiſſet, ad tenera pueruli membra refouenda calefaciendáque, duro præſepio longè aptior. Reſponſio in promptu eſt, nempe quod ſanctiſſima Deipara in huiuſmodi negotio id præſtitit, quod filium ſuum velle intelligebat. Pia namque mater non parùm angebatur, quòd quem tàm charè amabat, tàm aſperè tractaret, & educaret: Et ſicut, ſecundum Aſtrologos, inferiores orbes motu contrario à primo mobili mouentur naturaliter ab occaſu in orientem, ſemper tamen ſuperius cœlum regit ac mouet inferius. Decimum ſiquidem cœlum ſuo impetu rapit omnes globos inferiores ab oriente verſus occaſum,

viginti

viginti quatuor horarum emenſo ſpatio: ita quamuis ſanctiſſima Deipara naturaliter optaret infantem IESVM delicatè enutrire, ab eodem tamen quem ſuum agnoſcebat Dominum, regi ſe ac moueri ſinebat, & eius voluntatem propriæ anteponebat. Adde, quod, hunc ideò in præſepi reclinauit, vt cum genibus flexis humillimè adoraret, ac coram veneraretur: atque mundi totius nomine diuinæ ſuæ maieſtati immenſas ageret gratias. Nam quemadmodum cùm eum concepit, ſe ancillam appellauit, flexis poplitibus, vt doctores pij hoc in loco meditantur & contemplantur (Vide, ſi placet, Decades noſtras ſacras, concione de Virg. Annunciatione, ad verba iſta: Ecce ancilla Domini) ita ſtatim poſtquam peperit, *Virgo quem genuit adorauit, vt ſancta mater canit Eccleſia. Non erat ei locus in diuerſorio &c.* Hinc apertè ſignificatur, nullum locum illis eſſe in hoſpitio, & proinde præſepium eſſe extra hoſpitium. Nam ſi intra diuerſorium eſſet: Non vtique dixiſſet, non erat ei locus, ſed non erat ei alius locus. Totum quippe diuerſorium occupabatur ab aliis, idcirco neceſſe illis fuit pauperrimo tugurio & vili ſtabulo ſeſe recipere. Verumtamen diuino conſilio factam eſſe arbitror, vt hoſpitio non reciperentur, vt ſola eſſet cùm pareret, vt ab aliis non eſſet viſa, neque obſtetrice, neque confortante, neque lecto, neque culcitris eguiſſe, vt ſic ſemper eſſet virgo הָעַלְמָה, haalmah, ſiue abſcondita. Conſule Decades noſtras vbi ſuprà. Vide, amabo, Chriſti altiſſimam paupertatem ac humilitatem profundiſſimam! *Arca Dei ſub papilionibus habitat. 2. Reg. 11. dicebat Ioab* Dicant & Chriſtiani: Dei filius homo pro noſtra ſalute factus, ac ſanctiſſima mater eius in ſtabulo, vili tuguriolo ac gurguſtio ſunt, & ego hìc deliciis affluam? Nullomodo hoc faciam. Vnde D. Bernardus: *Pudeat ſub ſpinoſo capite membrum fieri delicatum. Si compatimur, ait Apoſtolus, & corregnabimus.* Verùm oppoſitum *fit hodie.* Delitiis affluere percupimus, gaudere & abundare peroptamus, crucem poſt Chriſtum ferre detrectamus. Cùm iam tamen puerili præſepe, ſtabulum, panni & frigus ſæuum, quod ipſe perpetitur, clament & vociferentur, feriántque aures noſtras: *Si quis vult venire poſt me, tollat crucem ſuam & ſequatur me. Matth 16. & Mar. 8. Item, Luc. 14. cap. Qui non baiulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Sequentia videamus.

Sacræ Decades.

Eccleſia Cathol.

Sacræ Decades to. 1. Ser. de Virg. Annunciat.

2. Reg. 11. cap.

D. Bernardus.

D. Paulus.

Matth. 16. ca. & Mar. 8. ac Luc. 14. cap.

Paſtores erant vigilantes in eadem regione &c. Poſtquam

deſcripſit Diuus Lucas, quando & vbi natus eſt Chriſtus, & qua occaſione in Bethlehem natus ſit, & in quanta paupertate & humilitate ſit natus, iá deſcribit quibus primùm natiuitas eius ſit manifeſtata, & quomodo, quámque natiuitatis eius humilitas plena fuerit magnificentiæ. Non indignum conſideratione eſt, quomodo ea quæ ſunt Dei, longo interuallo differant ab iis quæ mundi ſunt.

Fauſta ſiquidem nuncia, & Euangelia, vt ſic dicam, priùs regibus & magnatibus, proceribúſque deferuntur, deinde ad alios deriuantur, cúmque ad pauperes perueniunt, iam veteraſcunt, ſed longè aliter fit in domo Dei. Natalis ſiquidem Chriſti Domini nuncium, non Auguſto Cæſari denunciatur primò, non principibus Hieroſolymitanis, verùm pauperibus humilibúſque paſtoribus, vt per huiuſ-

Matt. 11. modi paſtores deferatur ipſis principibus. *Sic Matt.* 11. *Ab-*

1. *Cor.* 1. *ſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus ſeculi, & reuelaſti ea*

cap. *paruulis. Ibidem pauperes Euangelizantur.* 1. *Cor.* 1. *Non multi ſapientes ſecundum carnem non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi huius, elegit Deus vt confundat ſapientes.*

Angelus Domini ſtetit iuxta illos &c. Ita tamen vt in aëre per humani corporis aſſumptam effigiem, tanquam è cœlo deſcendens illis apparuerit, & è ſublimi illorum verticibus imminens, ſuper illos aſtiterit. Cæterùm, ſunt qui opinentur hunc eundem Angelum fuiſſe, qui Mariæ Chriſtum annunciauerat ex ſe naſciturum, & qui paſtoribus illum euangelizauit iam natum. Nimirum Gabrielem Archangelum, qui ſemper fuit, non quidem cuſtodiæ Chriſti, ſed eiuſdem obſequio deputatus. Nam Chriſtus cùm Deus eſſet, Angelorum cuſtodia non eguit, ſed duntaxat

Sacra eorundem obſequio vſus eſt, ſicut pleniùs in Decadibus

Decades noſtris Dominica prima quadrageſimæ diximus. Expende

*to.*1.*Do-* quòd non abſolutè vocauit illum Angelũ, ſed cum adiun-

minica 1. cto ſeu aditamento, Angelum Domini, quia venerat nun-

40. ciaturus ea ſolùm quæ Domini erant, ille prænunciauerat

*Luc.*1.*ca.* præcurſorem, *Luc.* 1. miſſuſque fuerat ad virginem, is ipſe nunc in corpore aſſumpto ex aëre, venit ad paſtores in claritate, ſicut ſubditur: Et claritas Dei circumfulſit illos.

Neque Patriarchis, neque Prophetis Angeli, qui tam ſedulò apparuere patribus, cum luce apparuiſſe leguntur, ſed hoc priuilegium rectè huic tempori ſeruatum eſt,

Pſalm. quando, vt inquit Pſalmographus, *Exortum eſt in tenebris lumen*

lumen rectis corde, misericors & miserator Dominus. Dignum profectò fuit, vt qui eum annunciatum venerat qui eſt *lux vera. Ioan. 1. & 8. quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, homines nouo luminis radio illuſtraret, & nouitate cœleſtis lucis perfunderet. Mirādum, ſanè prodigiū. Lux refulſit in noctis medio, & nox ſicut dies, ingēti miraculo, illuminata eſt, cùm Chriſtus natus eſt, neque in Iudæa duntaxat id contigit, verùmetiam in Hiſpania eadem nocte natiuitatis Domini, vt ſcribit Lucas de Tuy, hiſtoriographus Hiſpanus, apparuit nubes adeò lucida, vt noctem claram quaſi diem ipſum efficeret. Verba Petri Mexiæ Hiſpanicè hìc referam ad maiorem certitudinem, fidémque faciendam. *Don Lucas de Tuy en la Coronica de Eſpanna, eſcriue coſa marauilloſa, que hallo por las antiguas coronicas de Eſpanna conformando y ygualando los tiempos: que la noche miſma que nueſtro Redemptor naſciò, aparecio à la media noche en Eſpanna vna nuue en el cielo que daua deſi tanta lumbre que ſe hizo la noche tan clara, como à medio dia.* Sic ego interpretor. Dominus Lucas de Tuy in Chronico Hiſpaniæ rem miram deſcribit, ſe nimirum in veteribꝰ Chronicis Hiſpaniæ reperiiſſe, ſecundum computationem temporum exactam, quòd eadem nocte qua redemptor noſter natus eſt, media nocte in Hiſpania apparuit nubes quædam in cœlo, tantam ex ſe lucem emittens, vt noctem æquè claram ac lucidam reddiderit, effeceritque ac meridies ſplendere ſolet. Media autem nocte Chriſtum natum fuiſſe, & ſancta mater tenet Eccleſia, & ſacra inſinuat ſcriptura: *Sap. 18. Cùm quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus, Domine, exiliens de cœlo, à regalibus ſedibus venit.* Atque, vt Comeſtor in hiſtoria Euangelica cap. 5. inter lineas: ſcripſit, Chriſtus natus eſt nocte Dominicæ diei: Nam ea die qua dixit, *Fiat lux, facta eſt lux, & Viſitauit nos Oriens ex alto. Geneſ. 1. & Luc. 1. cap.* Idem quoque Durandus, lib. 6. cap. 13. affirmat in Dominica videlicet natum eſſe Chriſtum his verbis: Qui dixerat in Dominica (primo nimirum dierum omnium, quo mundus extat conditus) Fiat lux, *Geneſ. 1.* In Dominica veniens Oriens ex alto nos illuminauit. Sequentia iam videamus.

Ecce Euangelizo vobis gaudium magnum &c. Vnde manifeſtum eſt quòd non homo ſed Angelus primam de hoc feſto fecit concionem, vt Chriſtus Dominus & ſeruator

Ioan. 1. & 8. cap.

Lucas de Tuy Hiſpanus.

Pero Mexia lib. 2. De la ſilua de varia lecion c. 33. Hiſ.

Sap. 18. c.

Petrꝰ Comeſtor ſcholaſtica ſcriptor hiſtoria Euāg. hiſt. cap. 5.

Geneſ. 1. & Luc. 1. ca. Durādus li. 6. cap. 13.

noſter cognitus eſſet nobis, vniuerſoque innoteſceret mundo. Omnibus natus erat, omnibus quoque gaudium Euangelizatur, vt indicat Angelus, Gaudium, dicens, quod erit omni populo.

Homines hac noſtra tempeſtate ſibi ipſis ſolùm nati videntur. Infœlix ille qui ſibi ſoli natus eſt. Meminerit, vnuſquiſque ſententiæ diuini Platonis, quam Cicero in ſua ſcripta retulit: Non nobis ſolùm nati ſumus, ortúſque noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici. Id quidem præclarè ſcriptum eſt à Platone, vt refert Cicero, lib. 1. Officiorum, ac repetit lib. 2. De finibus bonorum & malorum. Sic enim ad Architam Tarentinum ſcribit Plato, epiſtol. 9. Gaudium Natiuitatis Chriſti commune eſt omni populo, cuiuſmodi non eſt gaudium mundi. Nam quando vnus gaudet, alter triſtatur: Si vnus ridet, alter flet. Vt, verbi gratia. Victor ſuum celebrat triumphum magna cum pompa, & victus ſuam lamentatur miſeriam.

Cicero li. 1. offic. & lib. 2. De finibus bonor. & malorũ. & Plato ad Architam Taretinum epiſt. 9.

Vnus in triumphali curru ouat, alius in vinculis conſtrictus manet. Vnus ad magiſtratum promouetur, alter è magiſtratu confuſibiliter deponitur: Et ſic de aliis. Ideò gaudium mundi non eſt omni populo, ſed aliquibus. Chriſti verò gaudium plenum eſt, & vniuerſale. Percurre ſi libet omnem huius mundi gloriam, & facilè inuenies, vnius fœlicitatem alterius eſſe luctum, & gaudium alterius dolorem alteri adferre. Sic generatio vnius, eſt corruptio alterius, in naturalibus, vt auctor eſt Ariſtoteles. Salus vnius, alteri mors eſt, &, *Luc. 1. Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles.* Exaltatio Heſter, eſt deiectio Vaſty reginæ. Promotio Mardochei Iudæi per Aſſuerũ, vt ſacra narrat hiſtoria, fuit exterminatio proditoris Aman. Gaudium Iudæorum tunc temporis, fuit internecio & interitus hoſtium ac iuratorum inimicorum Iudaicæ gentis in prouinciis Aſſueri. *Heſter. 8. cap. Iudæis noua lux oriri viſa eſt, gaudium, honor & tripudium. Grandis enim cunctos Iudaici nominis terror antea inuaſerat, ſed cùm fuerunt reuocatæ priores Epiſtolæ coniurationis Aman, tunc vltrà quàm dici poſſit lætitia inſolita perfuſi ſunt Iudæi.*

Ariſtoteles. Luc. 1. c. Hiſtoria Heſter. ca. 8. 9. &c.

Natus eſt vobis Saluator &c. Sicut Eliſæus. 4. *Reg.* 4. *Sunamitidis puero mortuo fuit coniunctus, vt illum ſuſcitaret:* ſic æternum ac diuinum Verbum caro factum eſt, *Ioan.* 1. Et noſtræ ſe accommodauit menſuræ, vt nos à morte culpæ eriperet,

4. Reg. 4. cap. Ioan. 1. c.

eriperet, & nobis gratiæ & gloriæ vitam daret. *Natus eſt, inquit Angelus, vobis.*

Hodie. Aduerte; non dixiſſe Angelum, in hac nocte natus eſt Saluator, ſed Hodie, quia rem lætam nunciabat. Non enim pro qualitate temporis dixit; Hodie, ſed pro qualitate rei. Quando enim de rebus triſtibus agitur, nox nominatur, vt, *Matth. 26. Scandalum patiemini in me in hac nocte &c. Et Petro prædictum fuerat à Chriſto: In hac nocte ter me negabis.* Proſpera autem & læta nomen diei accipiunt: *Hinc, 4. Reg. 7. quatuor leproſi quamuis in nocte, inuentis cibis, opimiſque ſpoliis in caſtris Aſſyriorum dixerunt: Hæc dies boni nuncij eſt, ſi tacuerimus vſque mane, ſceleris arguemur.* Lætam noctem; diem vocarunt. Ita & nunc, quia impletum eſt illud Pſaltis regij vaticinium: *Nox ſicut dies illuminabitur,* Solæ iuſtitiæ Chriſto mirabili quodam modo illuſtrata, dicitur? *Hodie natus eſt vobis meſſias.* *Matth. 26. cap.* *4. Reg. 7. cap.* *Pſal. 238.*

Hoc vobis ſignum. Inuenietis infantem pannis inuolutum &c. Quæ (amabo) ſigna ſunt hæc; Angele Dei? Si Saluator iſte eſt; quem tu dicis, & ad ſaluandos homines venit: vbi ſunt copiæ eius? Equitum turmæ? vbi milites? vbi vexilla? vbi tandem inſtrumenta omnia bellica? Vbi theſaurus opulentus, quo mercedem ac ſtipendia militibus ſuis perſoluat? An exercitus eius eſt virgo tenera & ſanctus Ioſeph? & eorum paupertas theſaurus huius Regis Regum immenſus ac infinitus? Nunquid aranearum telæ in ſtabulo extenſæ, vexilla eius ſunt euoluta, ac in lucem prodeuntia? Quid dicis, ô Angele, Hoc vobis ſignum? Hoc maximum argumentum eſt, & neceſſarium ſignum vt cognoſcatur.

Etenim non eſt quid magnum, quòd potens princeps, cum forti ac innumerabili exercitu, hoſtes expugnet & proſternat, verùm ſi humana imbecillitate circundatus, abſque armis & militibus, in præſepi reclinatus, ſuperbum vincat inimicum: hoc quidem maximæ potentiæ eſt tribuendum, & diuinæ maieſtatis ac inuictæ fortitudinis certiſſimum eſt argumentum.

Ideò iſte eſt rex potens, & hominum ſaluator, mundíque redemptor, qui pannis inuolutus & adhuc in cunis exiſtens, tyrannos reges tremere facit. *Matth. 2. cap. Audiens Herodes rex turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo.* *Matth. 2. cap.* Et de celeritate victoriæ naſcentis, dici iure longè optimo poteſt illud, quod Iul. Cæſar vſurpauit. Veni, vidi, vici.

Suetoni⁹ in C.Iul. Caſ.§. 37. Sic enim Suetonius de illo §.37.ſcribit:Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, Veni,vidi,vici,non acta belli ſignificantem, ſicut cæteri, ſed celeriter confecti notam.Sic ille.

Pſal. *Inuenietis infantem &c.* Quatuor de cauſis olim homines de Deo conquerebantur. 1. Quòd ea qua voluiſſent facilitate eum inuenire non poterant.ſic Pſaltes diuinus: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte &c.* Plorabat *Ioan.1.c.* Dauid, quia hominibus indicare non potuiſſet, quod digito Ioannes indicauit. *Ioan.1.dicens: Ecce Agnus Dei &c.* Itaque Dauidis lachrymæ hoc efflagitabant, vt Deus homo factus ſe hominibus manifeſtaret.2. Conquerebantur *Iob 13.* Deum manus habere graues, & illas punire grauiter. *Iob* *Exo.20. cap.* *13. Manum tuam longè fac à me.* 3. Conquerebantur quod aſperè loqueretur. *Sic Exo.20. Dixerunt Iudæi ad Moſem. Loquere tu nobis &c. Non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.* 4. Conquerebantur homines quòd quamuis ſuauiter blandéque aliquoties loqueretur, ſedebat tamen *Iſa.6.ca.* in throno tantæ maieſtatis, vt eum alloqui non auderent. *Iſai.6. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & ſeraphin Τρισάγιον inclamabant*, ſiue, ter Sanctus,alternis vicibus decantabant. Nunc verò Angelus nunciat. d. Inuenietis infantem &c.Q.d.nulla eſt iam querelæ cauſa.Nam ſi conquerebamini, quòd inueniri non poſſet, nunc quidem inuenietis. Si quòd verba eius aſpera eſſent,nunc inuenietis infantem. Q. fari loquiue nondum per ætatem valentem, qui interim lachrymis ac vagitu amantiſſimè loquitur. Si quia manus haberet graues, nunc pannis inuoluitur,vinctas habens panniculis iſtis manus ſuas.Neq; *Ioan.3.c.* enim in hũc mundum venit vt offenderet vel lęderet quẽquam: ſed vt ſaluaret, *Ioan. 3.cap.* Si conquerebamini, quòd in ſublimi throno ſederet, nunc inuenietis poſitum in præſepio,pro throno & ſolio regio, iam habet lapides *Gen.28. cap.* duros ac frigidos, inſtar *Patriarchæ Iacob, qui lapidem capiti ſuo ſuppoſuit dormiturus: Geneſ.28.cap.* Si Seraphinorum multitudine Iſaias circundatum eum vidit,hîc brutis animalibus,boue nimirum & aſino circumdatum inuenietis. Illic omnis terra gloria ſua plena erat. Hîc autem omnis ſua gloria plena eſt terra,viceuerſa id eſt, obſcura ac vilis facta eſt,in hominum opinione.

Subitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium Deum, Nimirum pro humani generis repa

reparatione, & ſuæ, hoc eſt, Angelicæ ruinæ reſtauratione.

Vnde docent nos Angeli ſuo exemplo in tam ſancta Natalis Chriſti ſolemnitate, cum omni gaudio & lætitia ſpirituali magnificare Dominum, gratias ei agere, & de beneficiis omnibus gratitudinem exhibere. Nam etſi omnium noſtrum membra verterentur in linguas, numquam tamen ei poſſemus ſufficientes pro beneficiis hodie nobis impenſis agere gratias. Sequitur.

Gloria in excelſis Deo, Et in terra pax &c. Hanc ex bona voluntate inquiramus, pacem, non autem gloriam D. O. M. debitam proſequamur, ſeu ambiamus. *Hinc 1. Timoth. 1. Soli Deo honor & gloria.* Eámque alteri non dabit. *Iſai.* 1.Timot. *42. Gloriam meam alteri non dabo &c.* Quid ergo dabis 1.cap. nobis Domine? *Pacem*, inquit, *Do vobis, pacem relinquo vo-* Iſa.42.c. *bis. Ioan.14.* Sufficit nobis, obuiis vlnis ſuſcipimus, quod Ioan.14. relinquis, & relinquimus quod retines. cap.

Supra modum placet Angelica illa partitio, qua gloria Deo, Pax hominibus tribuitur: ne ſi nobis gloriam vſurpemus, turbatores pacis ſimus. (Inter ſuperbos, namque, vt ſancta aſſerit ſcriptura, ſemper ſunt iurgia) eámque ſimul cum gloria perdamus.

Quamobrem prorſus abiuremus gloriam, ne fortè ſi vſurpauerimus non conceſſum, perdamus meritò & oblatum. O ſtulti filij Adam, qui contemnentes pacem, & gloriam appetentes, & pacem perditis & gloriam. Huic igitur malo obuiare volens. *Pſalmiſta precatur: Pſal.113. Nō no-* Pſal.113. *bis, Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Benè mecum agitur, ſi pacē habuero. At Deo principaliter debetur gloria, hominibus autem ſtudioſis ac probis, ſolum propter Deum, & aliorum ædificationem. *Sic Matth. 5. Sic luceat* Mat.5.c. *lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* Priùs ab vtraque parte Diabolus hoc effecerat, vt nec Deo ſuus honor à creaturis defferretur, nec homines veram pacem obtinerēt. Verùm enimuerò iam beneficio Dei hoc die in nos collato, & Deo ſuus honor, & nobis noſtra pax reſtituta eſt. Pax totius orbis ſub Monarcha Auguſto figura erat huius ſpiritualis pacis. *Hominibus bona voluntatis* Sic oēs Latini, Grȩca verò vtroq; legunt modo: vel, in hominib. bonȩ volūtatis, vt Chryſoſtomus & Origenes longè antiquior: vel etiā, vt omnia Græca habent exemplaria: *ἐν ἀνθρώποις εὐδο-*

κια. In hominibus bona voluntas. Vtraque lectio apud probatos reperitur authores, *ευδοκια*, träſferri ſolet beneplacitum, quaſi iam Deo ſit beneplacitum in hominibus, quod prius in eis non inuenerat: hoc Deum reſpicit, qui propitius factus eſt hominibus per filium ſuum, per quẽ homines Deo redditi ſunt benè placentes, grati & accepti. *Sic Matth. 3. & 17. capit. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, nempe pro omnibus*, in fauorem ſui vnigeniti chariſſimi. Qui antea, in Geneſi dicebat: *Pœnitet me feciſſe hominem*, propter enormia & exorbitantia ſcelera, modo placatus eſt, per filium, & in eius gratiam, nos ſibi gratos habet. Pius affectus Dei erga homines ſic nobis pateſit. Vel dicatur, hominibus bonæ voluntatis, vt non quibuſuis, ſed, rectis corde, pax facta denuncietur. *Quia non eſt pax impiis, dicit Dominus. Iſai. 48. & 57. Herodes enim turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Matth. 2. Sed vt ait Pſalmiſta 118. p. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum &c.* Hymnus iſte Angelicus in miſſæ ſacrificio auguſtiſſimo decantari ſolet: quia eſt exultationis canticum. Quid ſupereſt, auditores, niſi vt ſanctiſſimæ Deiparæ exemplo, tot myſteria *ſacroſancta conferamus in corde noſtro*, & cum paſtoribus feſtinantes, deuotis animis in Bethlehem natum nobis Saluatorem adoremus? Nam cùm introducit Pater cœleſtis primogenitum in orbem terræ, dicit: *Et adorent eum omnes Angeli Dei, vt Diuus Paulus Heb. 1. Ex Pſalmis citauit, Oſculamini filium & adorate purè, ait ſanctus Vates in fonte Hebraico. Pſal. 2. Naſcu Bar. vbi 70. verterunt. Apprehendite diſciplinam.* Conferamus cum ſcriptis Prophetarum Euangelica myſteria, quemadmodum Virgo conferebat ea quæ à Domino ſecum erant acta, cum his quæ nouerat à Prophetis de Domino prædicta. Nam ſanctas ſcripturas legerat, & Prophetas ſciebat, & collata adinuicem omnia concordia animaduertebat. Legerat enim in Iſaia: Egredietur virga de radice Ieſſe. Iam autem videbat ſe de ſtirpe Dauidis, qui Ieſſe erat filius, & ortam & natam. Legerat, & Nazaræus De radice eius aſcendet, ſiue, flos de radice eius. Iam autem videbat ſe in Nazareth de ſpiritu ſancto concepiſſe. Legerat, & tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda nempe, vicus, apud Michæam prophetam. Iam autem videbat ſe in Bethlehem peperiſſe dominatorem Iſraël, qui æternus ex patre Deus, ante ſæcula natus eſt. Legerat, Ecce virgo concipiet

Matth. 3. & 17. cap. *Gen. 6. c.* *Iſai. 48. & 57. ca.* *Mat. 2. c.* *Pſal. 118.* *Luc. 2. c.* *Heb. 1. c.* *Pſal. 2.*

cipiet & pariet filium, &c. Iam autẽ videbat ſe & virginẽ concepiſſe & peperiſſe filium, non ex virili ſemine, ſed Spiritu ſancto ſuperueniente, Luc.1. ca. Conferebat ergo Maria, verba prophetarum, quæ priùs legerat, cum his quæ iam facta cognouerat, & in omnibus concordiam videbat. *Luc.1.c.* Hæc verò pro expoſitione textus ſint ſatis. Nunc quædam inſignia (ne nos effugiant) tractemus, non quidem *πάρεργα*, vel extra rem, ſed tamen extra contextus interpretationem Deiloquus ille, *ὁ θεόλογος*, ca.1. altiſſimè volans, Aquilæ inſtar, Verbi æterni incarnationem. explicat his verbis: *Ioan.1.* *Verbum caro factum eſt, παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. Pauca quidem, quoad verborum ſonum, ſed valdè ſubtiliter ac profundè*, vt alicubi dicit Homerus. *De Menelao dictũ, Iliad γ, ab Homero.* *Verbum caro factum eſt*, ſecundum carnem, per carnis aſſumptionem, præter carnem, per carnis incorruptionem, cùm etiam naſcens nihil de carnis concupiſcentia & corruptione peccati contraxerit, verè *ἀναμάρτητος*, id eſt impeccabilis. Neque vnquam caro eius vidit corruptionẽ, ſupra carnem per Spiritusſancti operationem, propter carnem, id eſt, propter carnis liberationẽ, vnde canit Eccleſia: *Vt carne carnem liberans, ne perderet quos condidit.* *Hymnus Eccleſ.* Verbum caro, *α ηςὰ ω*, Deus & homo, principium & finis, Immanuel, vnde decurtatũ & abbreuiatum huius feſti vocabulum vulgare, *Nouel* ex Iſai.7. *hoc eſt noſter Deus, vel nobiſcum Deus.* *Iſai.7.c.*
Memoria dignum eſt quod à Nicephoro libr.7.cap.6. diſertè narratur ad hunc modum: Tempore Diocletiani imperatoris, ac Chriſtianorum perſecutoris quum natalis Chriſti feſtus adeſſet dies, & multitudo ætatis omnis Chriſtianorum in templo apud Nicomediam natalem celebratura conueniſſet: *Niceph. hiſtor. Eccleſ.li.7.c.6.* Tyrannus veluti opportunum tempus nactus, miſit eò, qui templum clauderent, & ignẽ circum circa accenderent. Aderat ibi præco, qui promulgabat: vt qui viuere vellet, ex templo exiret, & in proxima Iouis aratura adoleret: alioqui vna cùm domo ipſa conflagraturus. Quidam pro tota multitudine in templo incluſa liberè reſpondit: Omnes nos Chriſtiani ſumus, vnum Deum credimus eſſe Chriſtum, & ipſi ſacrificare, & nos omnes vna offerre parati ſumus. Tunc ignis eſt accenſus, qui temporis momento illos omnes viginti millium numerum explentes, in cinerem redegit. Hactenus Nicephorus. In Kalendario Græcorum 28. Decembris ita habetur: *Bis decem millium martyrum in Nicomedia* *Kal.Græcorum.*

vſtorum,feſtum celebretur. Patet ex fideli memorata ſuprà narratione hiſtoriæ diem feſtum Natiuitatis Chriſti magna populi copia ac deuotione celebrari ſolitum, ab antiquis temporibus. Nec prætermittendum duxi, quod Freculphus Lexouienſis Epiſcopus t.1. libr. 7. cap. 13. (Is circa annum Domini 804. floruiſſe traditur) adnotauit, ita ſcribens, quibus diebus Chriſtus natus eſt, Romæ ſimul tres ſoles exorti ſunt, ſed paulatim in eundem orbem coierunt. per quod innuebatur, quòd vnius & trini Dei notitia mundo oriebatur. In Euſebij Chronico, circa tempora Auguſti, ea de re fit mentio. Quod verò omnem excedit ſuperátque admirationem, niſi quod *Magna opera Domini exquiſita in omnes voluntates eius*, Pſal.110. hoc fuit, bouem & aſinũ, duo bruta animalia, flexis genibus Chriſtum natum adoraſſe, quod ex verſione 70. interpretum facilè colligitur, Abacuch c.3. *Ita enim illi verterunt*: *κύριε κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐξέστην ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ*. *Domine conſideraui opera tua, & obſtupui. In medio duorum animalium cognoſceris.* Vnde D. Auguſtinus tom.10. ſer.8. de Natiuitate, In præſepi cognouit bos poſſeſſorem ſuum, &c. ex Iſa.c.1. Prudentius conſimiliter poëta Chriſtianus, Cathimerinô libro hymno de Natiuitate Domini, atteſtatur dum canit.

O ſancta præſepis tua
Aeterne rex cunabula,
Mutis & ipſis credita,
Adorat hæc brutum pecus.

Quod ne videatur incredibile, reuocetur in memoriam prodigium Aſinæ Balaam, ex Num.22 Loquuta eſt enim, & vt habetur 2.Pet.2. *ſubiugale mutum animal hominis voce loquens, prohibuit Prophetæ inſipientiam.* Quo bouis ac aſini myſterio ſignificabatur, quòd gẽtilis populus, qui per aſinũ, & Iudaicus, qui per bouẽ intelligitur & adumbratur, Chriſtũ eſſent adoraturi, *An Deus Iudæorũ tantum? Nónne & gentiũ: Imò & gẽtiũ* Ro.3. c. *Chriſtus lapis eſt angularis, duos cõiungẽs populos.* Itẽ huius diei priuilegia prętermittere nõ decet. Vnũ eſt, ꝙ tres miſſę à ſingulis ſacerdotib. hodie celebrẽtur, quod nuſquã aliàs cõceſſum eſt, vnde Honorius Auguſtodunẽſis ſer. de Nati. interpretatur id ſignificare, ꝙ per tria tẽpora, Patriarchę ante legẽ, Prophetę ſub lege, & fideles ſub gratia, per Chriſti natiuitatẽ ſaluãdi erãt. Nec enim aliud nomẽ eſt ſub cœlo datũ hominib. in quo oporteat

Freculphus Lexouien. Epiſc. to. 1. lib. 7. c. 13.

Chronicon Euſebij circa Auguſti tẽpora

Pſal.110.

Abacuch c.3.

Aug. to. 10. ſerm. 8. de Natiui. Domini Iſa. 1. cap.

Prudentius libr. Cathimer. hymno de Natiuit. Domini.

Numer. 22.

2. Pet. 2. cap.

Ro. c. 3.

Honori⁹ ſermo de Natiuit.

teat nos ſaluos fieri, Et nõ eſt in aliquo alio ſalus, dicebat D. Petr. Alterum eſt priuilegium huius diei, nimirum, quocumque die hoc feſtum inciderit, etiamſi die Veneris, aut Sabbati, licet carnes edere, ob alacritatem & gaudium de verbi incarnatione: quia, *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, Ioan. c. 1.* Extra, De obſeruatione ieiuniorum c. Explicari, in 6. feria, ſi feſtum natiuitatis venerit, carnibus, propter feſti excellentiam, veſci poſſunt (Chriſtiani) ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ. *Ioan. 1. c.* *Ext. de obſeruatione ieiuniorũ c. explicari.*

Hoc quoque obſeruatione digniſſimum eſt, nẽpe, quòd diuina ſapientia dum humanam naturam ſibi deſponſauit, quando illam ſibi in vnione hypoſtatica copulauit, illámque aſſumpſit, (*Nuſquam enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit, Hebr. 2.*) Nos omnes in illa ſibi vniuit, & ſempiterno amoris vinculo ſibi coniunxit. Plutarchus tom. 1. opuſc. de fortuna Alexandri, libr. 1. narrat, quomodo Alexander M. poſt Perſas ſuperatos, ſub vno aureo inſigni tentorio, coactis in eandem menſam centum Perſidibus ſponſis, totidémque Macedonibus & Græcis, coronatus ipſe, primus Hymenæum orſus, potentiſſimis populis in amicitiam coëuntibus, vnus ipſe ſponſus, omnium verò auſpex idem & conciliator, hos cum illis legitimo coniugio vinciebat: hoc pacto Aſiam Europæ iungens, amore legitimo, caſtis coniugiis, liberorum pignoribus, gentes inter ſe vinciens. Adaptari poterit illud Virgilianum, Æneid. 1. *Heb. 2. c.* *Plut. to. 1. opuſc. de fort. Alexan. M. lib. 1.* *Virgil. Æneid. 1*

Coniugio iungam ſtabili, propriámque dicabo.

Propriam, hoc eſt, perpetuò tecum victuram. Cæterùm Alexander Perſarum cultu inſpecto, Perſicam veſtem ſumpſit, imò miſcellaneum quoddam geſtamẽ, ex Perſico Macedonicoque habitu inſtituit: vt communis Imperator & rex honore veſti habito, eorum quos armis obtinuerat animos ſibi conciliaret: ac Macedones, vt ſibi imperantes amore, non, vt hoſtes, odio proſequerentur. Ad hunc modum Chriſtus communem ſibi & nobis mortalitatis veſtem aptauit, Philipp. 2. *Habitu inuentus vt homo, &c.* vt Deum ſimilem nobis amare non pigeat, ſicut ille noſtri amore, nulli rei pepercit, vt ſalutem noſtram conſtitueret? *Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*, Pſal. 18. *Philipp. 2* *Pſal. 18.*

Præterea vt reſpondeant vltima primis, animaduerſione digniſſima res eſt ab Euangeliſta propoſita, his verbis: puerpera pannis infantem, quem enixa eſt, inuoluit. Illa

ſuſcepit

ſuſcepit manibus, illa inuoluit, illa reclinauit in præſepio. Quæ hæc facit, ſummã in pariendo ſenſit, & inexplicabilẽ lætitiam, cum virginitatis pudore, ac maximâ integritate. Noſtræ enim matres parturientes, doloris vehementia impeditæ, nihil horum facere poſſunt, ſed obſtetricũ hoc officium eſt. Adam de terra virgine formatus eſt, Eua ex Adam virgine quoque, ædificata eſt, vt ſic dicã, ex eius coſta, ſiue latere: decuit & Chriſtum ex perpetua naſci virgine, *Iſa.7.* Benè D. Cyprianus ſerm. de Natiuitate Domini; piéque admodum ſcripſit: Genitrix eſt & obſtetrix, & deuotam dilectæ ſoboli exhibet clientelã. Nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio. Nec locus ibi erat lauacris, quæ ſolent puerperis præparari; quippe nec aliqua naturæ iniuria matrem Domini læſerat, quoniam ſine tormento peperit, quæ in conceptione caruit voluptate. Sic ille ſanctus Martyr. Exempta fuit virgo Deipara, ab hoc contra muliebrem ſexum prolato decreto: *In dolore paries filios, Geneſ.3.* & in Euang. *Mulier cùm parit, triſtitiam habet, Ioan.16.c.* Et ſicut nulla alia virgo concepit; ita neque vlla alia ſine dolore peperit.

Iſa.7.
D. Cypr. de Natiuit. Domini.
Geneſ.3. c. & Ioã. 16.c.

Mirum etiam hoc eſt, quòd quemadmodum Deus factus homo, elegit ſuę natiuitatis locum, tuguriolum nimirum in rupe excauatum, & ſuæ etiam ſepulturæ elegit monumentum in ſaxo ſolido exciſum; vt introitus eius in mundum, & exitus, ſint in firmiſſima petra: vt credentes, & ad quos ſaluandos venerat; ſupra petram firmiſſimã ſe ſcirent & introitum & exitum habere, hoc eſt, in ipſo ſummo angulari lapide Chriſto IESV. Cui ſit honor & gloria per æterna ſecula. Et qui pro nobis hodie naſci dignatus eſt, ac è ſinu patris, in vterum deſcendere matris, intercedente eadem ſanctiſſima Deipara, ſit nobis propitius, ſalutémque nobis concedat & pacem. AMEN.

HOMILIA XXXIIII.

De S. Stephano Protomartyre.

E*Cce ego mitto ad vos prophetas; ſapientes, & ſcribas, & ex illis occidetis, &c. Matth. 23.* Sanctificatus in vtero Propheta Hieremias cap. 25. & 35. ita ſcribit: *Miſit Dominus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas, conſurgens diluculò; mitténſque: & non audiſtis, neque inclinaſtis aures*

Matt.23
Hierem. 25. & 35.

aures veſtras vt audiretis,cùm diceret : Reuertimini vnuſquiſque à via ſua mala , & à peſſimis cogitationibus veſtris. Metaphora hìc ducitur à patrefamilias, qui magna curâ & diligentiâ mane ſurgit, matutinum ſibi ſomnum,qui ſuauiſſimus eſſe ſolet , detrahens , vt operarios in vineam ſuam maturè mittat , vt etiam parabola de operariis in vineam miſſis à patrefamiliâs,qui exiit primo mane ad conducendos operarios in vineam ſuam, ſatis indicat *Matt.20.* Qua *Matt.20*
infinita Dei prouidentia denotatur ac cura, qua operarios in Eccleſiam ſuam mittere nō deſinit , qui eam cœleſti doctrinâ,& ſanctis admonitionibus excolant:nihil tamen tāta Dei diligentia ingratæ illi Hebræorum genti profuit. Dicit ergo:*Ecce ego mitto ad vos,&c.*quaſi dicat.Nihil proficio mittendo ad vos prophetas , quandoquidem illos interfecturi eſtis : ſed non impunè cedet vobis. Sicut ſcriptum eſt,2.Machab.7. *Tu autem ne exiſtimes tibi impunè futurum, quod contra Deum pugnare tentaueris.* Cùm ait, mitto, tempore præſenti , mittendi quandam conſuetudinem ſignificat.

Semper mittit,& mittet homines ſanctos & iuſtos Deus optimus , ad ſuæ vtilitatem Eccleſiæ. *Nam quomodo prædicabunt , niſi mittantur ?* Rom.10.*item*,Luc.10. *Rogate Dominum meſſis,vt mittat operarios in meſſem ſuam.* Quemadmodum autem non omnia poma ſimul producuntur , ſed alia aliis,ſuo quæque tempore matura ſuccedunt:Ita non omnes ſancti vno eodémque tempore vixerunt , ſed alij aliis ſuccedunt, quia ſuprema illa ſapientia, quæ omnia magna æquitate metitur & diuidit, noluit vno quidem tempore, mundum ſanctis eſſe refertum,alio autem omnes eſſe malos,in hos quidem omnia poma effundere, illis verò, nihil præter folia remanere. Sed continuâ nec interruptâ ſucceſſione ſanctos mittere ſolet prophetas, diuini verbi præcones, vt ad pœnitentiam homines conuertantur,nec Hodie ſi vocem Domini audierint , velint obdurare corda ſua, veluti ſanctus per Dauidem proteſtatur Spiritus. Nota,ex Apoſtolo,1.Timot.4.*quoſdam cauteriatam habere conſcientiam.* Quæ metaphora eſt à cauteriis,ſeu,candentibus ferris deſumpta, quibus ſeruos olim emptos ſeu mancipia Domini inurebant , & quibuſdam ſignis vel ſtigmatibus compungebant , ſiue notabant, vt ſerui eſſe dignoſcerentur , veluti & nunc cauterio conſignantur quædam animalia,vt equi ac muli,ad homines vehendos conducentia.

Rom. 10. c.et Luc. 10.c.

1.Tim.4.

Ita dia

Ita diabolus ſeruis ſuis cauteriũ & ſignum quoddam imponit,(Characterem nimirum beſtiæ, *In Apocalypſi,c.13.deſcripta*) quandam ſcilicet conſcientiç deprauationem,animi obdurationem,& duritiam cordis. Ex qua impudentia prouenit & pullulat, qua palàm & publicè tales obſtinati ſe Sathanæ ſeruos oſtendunt,ac profitentur: De cordis obfirmatione plurima habes in decadibus noſtris ſacris,concione,Fer.2. poſt ſecundam 40. Dominicam ad verba: In peccato veſtro moriemini,&c. Quare hìc plura congerere nunc quidem ſuperſedeo,&c.

Apoc.13.

Sac.Decades Fer.2. poſt 2.Dominicam Quadrageſ.to.1.

Sapientes. Quomodo,dicet aliquis,ſapientes miſit Chriſtus,cùm ipſe diſertis verbis proteſtetur: Matth.11. *Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea,regni cœleſtis arcana,paruulis?* Reſpondeo,hoc loco ſapientiam non huius ſeculi intelligi,ſed cœleſtem, *qua de Apoſtolus*,1.Cor. 2. *ſcribit: Loquimur Dei ſapientiam in myſterio,quæ abſcondita eſt,quam nemo principum huius ſeculi cognouit, &c. Et cap.1. eiuſdem Epiſt. Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem: Sed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus,vt confundat ſapientes.* Sapiẽtiam,inquam,illam hìc intelligere debemus, de qua *D. Iacobus, cap.3.* ſcripſit: *Quæ deſurſum eſt ſapientia, primùm quidem pudica eſt, deindè pacifica,modeſta, ſuadibilis,bonis conſentiens, plena miſericordiâ,& fructibus bonis,nõ iudicãs ſine ſimulatione.* Secularis verò ac mundana ſapientia,contrarios parit effectus,pugnãtéſque habet conditiones: quippe quæ primùm impudica eſt, deinde inquieta ac turbulenta in varias ſectas atque hæreſes diſſecta, nulla modeſtiâ aut perſuaſionis facilitate prędita,à bonis diſſentanea,malis referta operibus,abſque vlla miſericordia, & compaſſione, temerè iudicans alios,plena hypocriſi & fictione,&,vt verbis eiuſdem Apoſtoli vbi ſuprà, vtar: *Non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena,animalis, diabolica.* Sapientia mundi huius inſaniam reputatveram ac cœleſtem hanc ſapientiam. Sic Feſtus,dicebat Paulo: Act.26.cap. *Inſanis Paule. Multæ literæ te ad inſaniam conuertunt. Et Paulus: Non inſanio, inquit, optime Feſte: ſed veritatis & ſobrietatis verba loquor. Et* Sap.5. *dicunt damnati: Nos inſenſati vitam illorum (Sanctorum) æſtimabamus inſaniam,& finem illorum ſine honore,&c.* Sequitur in contextu.

Matt.11.

1. Cor.2. c. & 1.c.

Iac.3.c.

Act. 26.

Sap.5.c.

Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus,qui effuſus eſt,à ſanguine Abel,&c. Significat Chriſtus hac loquendi formula,

Iudæos

Iudæos prophetarum homicidas,meritas quandoque pœnas daturos. Hic enim loquendi modus Hebræis eſt familiaris,quo etiam vſi ſunt illi,Matth.27.cap. *Pilato dicentes:Sanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros.* Et dixit Dauid rex Amalechitæ, qui mortem Saul illi nunciabat: *Sanguis tuus ſit ſuper caput tuum.2.Reg.1.* Hoc eſt, pœna tibi ob ſanguinis effuſionem debita, ſuper te veniat. Hoc intellexerunt filij Iacob,cùm dixerunt,*Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum.Quibus dixit Ruben:Nunquid non dixi vobis,nolite peccare in puerum, & non audiſtis? En ſanguis eius exquiritur, Geneſ. 42. cap.* Quod ſi quæras, Cur Abelis & Zachariæ tantùm meminerit, inter occiſos iuſtos,quos Sacra ſcriptura veteris teſtamenti nominat? Reſpondeo, Hos ſolos idcirco nominari,quia in his duntaxat,Scriptura petitionem vindictæ explicat.In Abel quidem:Geneſ.4. cap. *Ecce ſanguis fratris tui Abel, clamat ad me de terra.* In Zacharia autem: 2.Paralip 24.*Videat Dominus & requirat.* Quia enim de vindicta ſanguinis iuſti Chriſtus loquebatur,par fuit vt illorum iuſtorum ſanguinem effuſum commemoraret,quorum vltio petita & vindicta poſtulata traditur in ſacra hiſtoria, vt ex his duabus vltionibus petitis, intelligantur ſimiliter petitæ vindictæ coram Deo omnium aliorum iuſtorum: ac per hoc rationabiliter dictum ſit: vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt,tanquam petens vindictam,à ſanguine Abel iuſti,cuius ſanguis clamauit ad Deum, vſque ad ſanguinem Zachariæ,qui moriens dixit:Videat Dominus & requirat, A ſanguine Abel,qui paſtor fuit ouium,necatúſque eſt in agro, vſque ad ſanguinem Zachariæ, qui fuit ſacerdos, fuítque in templi atrio interemptus:Per quos duos vtriuſque gradus martyres, & Laicos & ſacerdotes, ſignificare voluit Chriſtus. Amen dico vobis, Venient hæc omnia ſuper generationem iſtã, &c. Hoc factũ eſſe manifeſtiſſimè patet, cũ iam per mille quingentos annos,& quod excurrit, Hebræorum gens infidelitatis & crudelitatis ſuæ, imò Deicidij,ſi ita fari liceat,iuſtas det pœnas,quia verum hæredem extra vineam ſuam eiectum,verum Meſſiam ſuum ac Dominum,eiúſque ſeruos,tot generibus tormentorum necauerunt:Dixit illis Deus *in pœnam Idololatriæ,*Ierem.25. *Seruiet omnes gẽtes iſta regi Babylonis 70.annis.* Quę ſeruit⁹ ideò immiſſa dicitur,quia rex Manaſſes peccauit grauiſſimè, & crimen idololatriæ perpetrauit: *4.Reg.21.* Et quidẽ verum eſt,Deum

Matt.27
2.Reg.1.
Gen.42.
Et c.4. ibidem.
2.Paral. 24.c.
Iere. 25.
4.Reg. 21.

eſt, Deum peccata alia aliis grauius punire, non aliam ob cauſam, niſi quia grauiora ſunt: Peccatum autem idololatriæ 70. annorum ſeruitute, ſeu captiuitate Babylonica tot annis durante, puniuit duntaxat. Hoc autem in Meſſiam perpetratum, tot annorum, mille quingentorum & amplius, duriſſima ſeruitute, in omnes orbis partes diſperſione gentis Iudaicæ, tot flagellis, tot iniuriis, tot ignominiis, & exactionibus, in hodiernum vſque diem punit: Sequitur itaque hoc in Deum admiſſum patricidij crimen ac ſcelus, idololatriæ peccato, ſine vlla comparatione maius fuiſſe. At nullum inueniri poteſt grauius Idololatria, niſi Deum interficere & crucifigere regem gloriæ. Satis ergo apertè inde reuincuntur Iudæi, quòd homo ille quem occiderunt, verus eſt Deus.

Ieruſalem, Ieruſalem, quæ occidis prophetas & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt, &c. Conduplicat nomen exaggerando cōditionē ciuitatis, tot dignitatibus, gratiis & beneficiis donatę. Solēt enim qui dolore premuntur, vti repetitione.

3. Reg. 13 Hoc quidē loquēdi genere vſus fuiſſe videtur *Propheta ille, 3. Reg. 13. cū dixit: Altare, Altare, Hæc dicit Dominus Deus, &c. Quæ occidis prophetas,* Nō dicit, Occidiſti, & lapidaſti: de actione quę tranſierit in pręteritum, & iam dudū deſierit. Sed in pręſenti adhuc remanente, Quæ occidis, &c. tāquam perſeuerarit occidendo Chriſtum, lapidandóque Stephanum. Quoties volui, &c. voluntate ſigni, vt loquūtur Theologi, pręcipiendo, monendo, viſitando per prophetas, & demùm per meipſum. Hęc enim omnia ſigna ſunt congregare volentis. Et quamuis Deus non habeat niſi vnam voluntatem, & vnicum velle, quod eſt eius ſubſtantia, velle tamen diuinum relatum ad præcepta, monita, conſilia, prohibitiones, & ſimilia, appellatùr voluntas ſigni: contra quā volumus, quoties peccamus non obediendo præceptis Dei. Vnde hic dicit Dominus: Quoties volui, & noluiſti! Velle verò relatum ad illa quę ab æterno diſpoſuit executioni mandari, vocatur voluntas beneplaciti, *de*

Pſalm. *qua ſcriptum eſt: Omnia quæcunque voluit, fecit. Item, Voluntati eius quis reſiſtet?* Porrò Chriſtus dicēs: Quoties volui, &c. monſtrat ſe eſſe Deum, vt potè qui toties temporibus pręteritorum prophetarum, voluit congregare *filios Ieruſalem.*

Hebr. 13. Hebr. 13. *Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula.* Itē, Ioā.

& Ioan. 8. c. *Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit, & gaui-*

8. cap. *ſus eſt.* Ex quo idē Chriſtus intulit ſe eſſe ab æterno, verum

Deum,

Deum, His verbis: *Antequam Abraham fieret ego ſum*, Sic
& nunc colligere licebit. In lege naturæ, & lege Moſaica
olim Chriſtus miſit prophetas, ſapientes, & ſcribas. Ergo
ille eſt æternus Dei filius, qui ab omni æuo mittebat pro-
phetas. *Volui congregare te.* Venit enim necnon mortuus
eſt, non tantùm pro gente(ſub. Iudaica) ſed vt filios Dei *Ioan. 11.*
congregaret in vnum. Ioan.11.cap. Lucæ, item 11. cap. Qui non & Luc.
colligit mecum, diſpergit. Paſtor bonus congregat oues, vt ſit v- 11.cap.
num ouile, & vnus paſtor. Ioan. 10.cap. At Lupus rapit & diſ- Ioã.10.c.
pergit oues. Ibidem, Sicut Gallina congregat pullos ſub alas, &c.
Simile quidam reperias in Moſis Cantico, *Deuter. 32. cap. Deuter.*
Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos 32. cap.
volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum populum Iſraëli-
ticum) atque portauit in humeris ſuis. Gallinæ ingenium, &
natiuus in pullos ſuos affectus, bonitatem Chriſti erga
nos ſummam, & vt, Græci loquuntur, φιλανθρωπίαν, eximiè
delineat. Solet enim Gallina natura duce alis ſuis pullos
contra miluum defendere, ſub alis illos fouere, & calefa-
cere, pro ipſis acriter etiam contra armatum hominem pu-
gnare, & ſe diſcrimini vitæ, vt eos integros ſeruet ac inco-
lumes, obiicere: Vnde Plutarchus tom. 2. opuſc. lib. de a- *Plutarc.*
more parentum naturali erga proles, ita ſcribit: Quanta *to.2.opu-*
cura & ſedulitate gallinæ pullos cuſtodiunt & gubernant, *ſc. lib. de*
aliis alas, quas ſubeant, remittunt: aliis dorſum, vt ſcan- *amore pa*
dant, reclinant: neque vlla pars corporis eſt, qua non ſuſ- *rentum.*
cipere ac fouere illos, ſi poſſent, cupiunt: Neque id ſine *&c.*
gaudio & alacritate, quod & vocis ſono teſtari videntur.
Serpentes verò & angues, quum de ſe agitur, ſibíque ſolis
metuunt, fugiunt tum quidem: ſi verò pullorum agmini
ab iis periculum verentur, vindicare illud ab iniuria ni-
tuntur, & ſuprà quàm vires patiuntur, ſæpè dimicant.
Hanc tantam in fœtibus curandis diligentiam à natura
gallinis inſitam credimus: Hactenus Plut. Sic æterna Dei
ſapientia protegit infirmitatem noſtram, & reſiſtit Diabo-
lo ne nos rapiat. In qua defenſione, quod gallina aduerſus
miluum conatur affectu, hæc aduerſus Diabolum perficit
poteſtate. Nulla alia auis quòd ſit mater agnoſcitur. Vide-
mus quippe nidificare paſſeres ante oculos noſtros, hirun-
dines, columbas, quotidie videmus, parentes eſſe non a-
gnoſcimus. At Gallina tum ex rauca voce, tum ex alis de-
miſſis, tametſi filios non videas ſequentes, mater tamen
facilè agnoſcitur, & deprehenditur. Adde quod Gallina in

vita ſua multos ſuſtinet labores & ſollicitudines, ac tandem non morte ſua naturali moritur, ſed potius iugulatur, & interficitur. Contrà verò accipiter (Gallicè, *vn Eſperuier*) & eius generis aues rapaces, ad prædam volantes,) quamdiu viuunt, geſtari ſolent manibus dominorum ſuorum, poſtquam autem mortuæ ſunt, in ſterquilinium proiiciuntur.

Ita electi, multas perpetiũtur afflictiones & poſt exantlatos labores, apponuntur in menſa Domini, cœleſtem beatitudinem percepturi, poſtquam fuerint variè torti, lapidati, vt Diuus Stephanus, vſtulati, vt Diuus Laurentius, & cæteri pro Chriſto variis tormentorum generibus affecti, atque conſummati. Non ſic impij, non ſic: ſed qui hac in vita corpori & genio indulſerunt, omnibus voluptatibus dediti, *quorum Deus venter eſt, vt ſcribit Apoſtolus:* tandem in ſterquilinium inferni proiiciuntur, & ſepultura aſini ſepeliuntur, *vt de rege Ioachim dixit ſanctus vates Ieremias*. Sicut enim aſinus poſtquàm mortuus eſt, excoriatur, & pelle ſola reſeruata, reliqua feris, canibus, ac vulturibus exponuntur dilanianda: Sic & reprobus diues, relictis & aliis reſeruatis opibus ſuis, ſepelitur in inferno. Et carnes quidem eius relinquuntur vermibus deuorandæ, at miſera diuitis epulonis & rapacis anima, cruciatur in flamma gehennæ. Ita enim de malo diuite, *qui ſepultus eſt in inferno*, *Luc. 16. Euangelica teſtatur veridica Hiſtoria, nedum parabola*. Qua de re conſulere poteris noſtras Decades ad illud Euangelium. O Chriſte mundi huius perditi reparator, & inſtaurator, qui gallinæ te voluiſti comparare, aperi quæſumus ac ſupplices deprecamur, alas tuas cœleſtes, & tua nos defende tutela: ita vt Dæmones communes omnium noſtrum hoſtes, & aduerſarij capitales, damnum nobis inferre nequeant. Huius auxilij certitudinem ſignificauit Diuus Stephanus, *Act. 7. cùm vidiſſe ſe dixit, cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei*. Stãtem vidit, non ſedentem, quaſi feriantem, & veluti otioſum, at quoniam ſtare pugnantis eſt & militantis, Dominus verò Chriſtus cum Stephano, imò verò, pro Stephano contra aduerſarios eiuſdem pugnabat, adeò vt non poſſent reſiſtere ſapientiæ, *& Spiritui, qui loquebatur per illum:* meritò proinde, ſtans Chriſtus viſus eſt ab illo.

Philipp. 3. cap. *Iere. 22. cap.* *Luc. 16. c.* *Sac. Decadas Euang. De diuite Epulone.* *Act. 7. c.* *Actorũ. 6. cap.*

Quod ſi quæras, Cur hic ſpecialiter, potiuſquàm cæteris martyribus, hæc admirabilis viſio oſtenſa eſt? Reſpondeo?

pondeo? Quia Diuus Stephanus primus omnium martyrum fuit, ac veluti vertex, coriphæus, & anteſignanus, ſeu vexillifer, & ſignifer inclitus: vt alios, qui cum ſequerentur, Vehementius inflammaret, & accenderet Chriſtus agonotheta, & *inquirentibus ſe remunerator: (Hebr. 11. cap.)* *Heb. 11. c.* Ideò oſtendit ei Deus, in hac vita præmium, quod in alia daturus eſt his, qui vitam & ſanguinem, eius amore effunderent? Sequitur. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta, &c. A patrocinio ſcilicet meo derelicta. Quid eſt hoc Domine? Nónne tu es ille, qui Abrahamo pollicitus es? *Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis? Geneſ. 15.* *Gene. 15.* *& per Ioëlem, capite tertio. Dominus ſpes populi ſui, & protector filiorum Iſraël eſt?* *cap. Ioël. cap. 3.* Nónne illum ab Allophylis, ſeu, alienigenis, ſæpè defendiſti? Nónne alias nationes in illorum gratiam ac fauorem expugnaſti? Debellaſti? profligaſti? *Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine, ſicut iuraſti Dauid in veritate tua? Pſalm. 88.* Reſponſio in promptu eſt. Ingratitudo huius populi, quæ hoc loco atro notatur carbone, *Pſalm.* in cauſa eſt. *Siquidem, Volui congregare, ait Chriſtus, & noluiſti.* *88. cap.* Inſuper miſſos ad te legatos meos, & prophetas, interemiſti: Et quod omnem ſuperat malitiam, Dominum prophetarum, ac ipſum Sanctum ſanctorum impiè crucifixiſti.

Ideò concludit aduerſus homicidas illos idem Chriſtus, *Matth. 20. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, & hic: Relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* *Matth. 20. cap.* Significauit ſubtractionem protectionis diuinæ, *Sic Ioan. 14. cap. Surgite, eamus hinc.* Narrat etiam Ioſephus, proprius Iudæorum hiſtoriographus, auditas fuiſſe Angelorum in templo voces dicentes: Abeamus ab his ſedibus. *O ingrata patria! In propria venit, & ſui eum non receperunt, Ioan. 1. Inſuper occiderunt.* Quis tantum ſcelus, & impiam *Ioan. 1. c.* hanc crudelitatem, & perfidiam, non deteſtetur; *Dereliquit ergo vos Dominus, quia vos eum dereliquiſtis. Perditio tua ex te, ô Iſraël. Oſee, 13. cap.*

Animaduerte quòd cùm ſæpè triumphaſſet de hoſtibus *2. Par. 15.* ſuis Ieruſalem, tamen quia Rex Sedechias fidem non ſer- *ca. & Oſee, 13. c.* uauerat regi Nabuchodonoſor, euerſa eſt ciuitas ipſa, & rex ipſe in captiuitatem abductus. Sed omnium calamitatum atrociſſimam paſſi ſunt Iudæi, ob filij Dei necem, & internecionem ſacrilegam. Quandoquidem in ſanguinis impiè effuſi vltionem, Domus eorum deſerta relicta eſt,

I 2 templum

templum ſuccenſum, ciuitas euerſa, in diſperſionem gen-
Geneſ.4. cap. tium abierunt vniuerſi Iudæi, vagi ac profugi, inſtar *Cain, ſuper terram*, palantes, & ſicut oues errantes, hac illac diſperſi, in hodiernum vſque diem conſpiciuntur: ſine altari, ſine ſacrificio, ſine templo, hoc eſt ſpoliati omni honore, & religionis exercitio carentes. Habent quidem Rabinos & Thalmudicos ſiue Cabaliſtas, impoſtores ac mendaciorum artifices & architectos ſuos miniſtros & prædicantes.

Apocal. 2. cap. Habent etiam ſuas Synagogas & congregationes Sathanæ, *Apocal.2.cap. Se dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt Synagoga Satanæ.* Sabbatizant, circumciduntur, verpi, & recutiti illi. Sed extra Ieruſalem non eſt ſacrificij locus. Sunt ergo Iudæi hoc tempore ſine ſacrificio, ſine rege, ſub tributo, in captiuitate ad finem vſque ſeculi duratura. Nunquámque reſtituetur eorum Reſp. & politia, ſicut olim veluti poſtliminio reuerſi ſunt, è tranſmigratione Babylonica, poſt annos 70. in Ieruſalem: & ſub ducibus ac ſacerdotibus ſummis, Sanhedrim quoque, ſine ſenatoribus, & conſiſtorio magno, ad Herodem vſque, ſummum rerum in terra ſua obtinuerunt, ac rerum potiti ſunt Iudæi. Verùm in vindictam mortis Chriſti, venerunt Romani, ſub Veſpaſiano ac Tito eius, ducibus exercitus, & Ieruſalem penitus deſtruxerunt, à paſſione Domini anno circiter 40. quod ipſi antea timuiſſe vbi ſunt, cùm dicerent: *Venient Romani, & tollent locum noſtrum & gentem. Ioan.11.cap.* Iure
Ioã. 11.c. itaque prædicit illis nunc Chriſtus Dominus, *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Subdit autem.

Non me videbitis, donec dicatis, &c. Futurum ſecundi aduentus diem hoc in loco ſignificat, q. d. vſque ad meum aduentum glorioſum: cùm velitis, nolitis, dicturi eſtis, & profeſſuri de me. *Benedictus qui venit in nomine Domini,*
Pſal. 117. *ex Pſalm.117.* Significans eos etiam qui vehementer increduli ſunt, tunc adoraturos. Et nihil eis proficiet. Videbit eum enim omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Videbúntque in quem transfixerunt, ex oraculis ac vaticiniis prophetarum.

Obſerua totam hanc periodum, Ieruſalem, Ieruſalẽ, quę occidis prophetas vſque ad finem, Benedictus qui venit,
Luc.13.c. &c. etiam extare *apud Diuum Lucam, capite 13.* Vnde apparet Dominum, non ſemel tantùm hæc dixiſſe. O tu Ieruſalẽ, illa interfectrix prophetarum, & lapidatrix eorum, qui

ad te mittũtur. Alloquitur autẽ proculdubio ſub ciuitatis nomine ipſos ciues, vnde poſteà facta mutatione dicit: *Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Iſai.1. de eadem ciuitate dicitur: Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iuſtitia habitauit in eà, nunc autem homicidæ.* *Iſai.1.ca.*

Nec leuiter pertranſeundum eſt, quòd hic commemoratur: *Volui congregare & noluiſti, &c.* Hinc quiddam ſimile comperies; *Ezech.24.cap. Mundare te volui; & non es mundata à ſordibus tuis. Væ ciuitati ſanguinum, aduerſus Ieruſalem dictum eſt.* Porrò ex hoc loco euidenter aſtruitur arbitrij noſtri libertas & vis, quòd ſcilicet in nobis ſitum eſt, & noſtra voluntate, ſaluari, quamquã non ſine Dei gratia nos præueniente, quàm eſſe neceſſariam etiam hic locus oſtendit, dum prius dicit Dominus; ſe voluiſſe filios Hieruſalem congregare. *Ezech. 24.cap.*

Si enim ille noluiſſet, nec iſta velle potuiſſet: Sed illo volente & optantes, iſta noluit. Vnde ſine præueniente Dei gratia, benè quidem velle non poſſemus; ſed præuenientem Dei gratiam, nulla neceſſitate amplecti cogimur, ſed liberum eſt eam vel amplecti, vel non. Quantòpere Dei gratia, protectione, & veluti fomento egeamus, oſtenditur comparatione hominum cum pullis. *Vnde orat propheta Dominum Pſalm.16. Sub vmbra alarum tuarum protege me.* *Pſal. 16.*

Opportunè hic producetur Diui Irenæi locus, libr.4. cont. hæreſ. cap.72. Sui arbitrij, inquit, ac ſuæ poteſtatis hominem ſignificans; dicebat. Dominus ad Hieruſalem: *Quoties volui, & noluiſti.* (*hoc loco*) Qui autem his contraria dicunt, ipſi impotentem introducunt Dominum, ſcilicet quaſi non potuerit perficere hoc quod voluerit. Hæc Irenæus. *D. Irenæus, lib. 4. ca.72. Matt.23. Luc.13.c. Pſal. 35.*

De impio ac reprobo, *Pſalm.35. dicitur, Noluit intelligere; vt bene ageret.* Longè plura ea de re legere poteris in Decadibus noſtris, Fer.6. poſt primam Dominic.40. ad verba, Vis ſanus fieri. *Sacræ Decades Feri. 6. poſt 1. Domini. Quadrageſ.*

Relinquetur vobis domus veſtra, id eſt, ciuitas, nedum templum, tota etiã Iudęorum natio, aut habitatio, deſerta: *Iuxta illud, Pſal.68. Fiat habitatio eorũ deſerta: & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet, & repetitum legitur, Act.1.ca. Item, Iſai.1. Derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ vaſtatur. Terra veſtra deſerta: ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni, &* *Pſal. 68. & Act. 1.c. item, Iſai.1.ca.*

deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili. Vobis ergo, id eſt, in veſtram confuſionem, veſtrorúmque criminum vindictam, relinquetur domus, id eſt habitatio, regióque veſtra, deſerta ab omni habitatore. Deſerta, inquam, ab inhabitante in ea diuina gratia: Hanc autem diuinæ gratiæ derelictionem, ſecuta eſt illa ſolitudo facta per Romanos. Cæterùm quod ſubiungitur. Non me videbitis amodo, &c. intelligendum eſt de nouiſſimo Chriſti aduentu, quo in claritate eſt venturus, vt ſuprà attigimus. Non me videbitis amodò, hoc eſt, poſt breue tempus, quo ſum vobiſcum ad huc in mortali hac carne conuerſaturus, vſque ad iudicij diem, quando vel inuiti cogemini me agnoſcere eſſe Meſſiam, & illum de quo dixit propheta: Benedictus qui venit, &c. Méque cogemini adorare, quia mihi curuabitur omne genu, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Tunc enim ruſum videbunt eum corporaliter. Solet autem Dominus Iudæis in primo ſuo aduentu ipſum agnoſcere recuſantibus, ſecundi ſui aduentus ingerere mentionem, quo illum vel inuiti agnoſcere cogentur, cùm videbunt eum venientem cum poteſtate & claritate magna.

Vnde paſſionis ſuæ tempore interrogatus, Num eſſet Chriſtus: Reſpondit *ſe eſſe, & ſubiecit: Matth. 26. cap. Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis, ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.* Quod ſi alicui dura videatur hæc expoſitio, qua intelligitur impios Iudæos (nam tales Dominus hic alloquitur) in nouiſſimo die, cùm Dominum videbunt, dicturos: Benedictus qui venit, &c. cùm ea vox ſit excipientium aliquem cum gaudio, quo modo mali ipſum in iudicio non excipient. Intelligẽdum ſignificari à Domino Iudæos, qui in primo eius aduentu illum noluerunt agnoſcere Meſſiam, & benedictum Domini, diu ab ipſo derelinquendos, & quamuis Meſſiam ſuum longo tempore expectaturi eſſent, non priùs tamen ipſum illos viſurum corporaliter, quàm circa finem mundi conuerſi fuerint ad fidem, Dicturi tunc de Chriſto veniente ad iudicium: Benedictus qui venit in nomine Domini, Tempus enim quo ad fidem conuertetur Iudæorum natio. Docet Paulus eſſe, cùm intrauerit plenitudo gentiũ, reliquiæ Iſraël tunc ſaluæ fient. Tum autem fore conſummationem ſeculi, & mox venturum iudicium, docet Dominus, dicens: poſt prædicatum Euangelium in vniuerſo mundo, venturam conſummationem. Conſonat & perbellè qua

Mat. 26.

lè quadrat huic propoſito, *Oſeas, cap. 3. Dies multos expecta-* *Oſee, 3.*
bis me: non fornicaberis, & non eris viro: ſed & ego expectabo *cap.*
te: quia dies multos ſedebũt filij Iſraël ſine rege, ſine principe, ſi-
ne ſacrificio, ſine altari, & ſine Exhod: Et poſt hæc reuertẽtur fi-
lij Iſraël, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem
ſuum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius nouiſſimo
dierum. Sic diuinus vates. Quid hoc aliud eſt, quàm Iudæo-
rum domum relinquendam deſertam, nec viſuros regem
ſuum, niſi poſt multam expectationem in nouiſſimo die-
rum, quando illum venturum mox ad iudicium, cum gau-
dio excipient? Putarim hunc eſſe genuinum huius loci in- *Corn. Iã*
tellectum, ait Corn. Ianſenius, Epiſcopus Gandauenſis, *ſeni⁹, cõ-*
Concordiæ Euangelicæ, ca. 90. Si itaque ad conuertendos *cord. E-*
in fine Iudæos, & in Chriſtum credituros, retuleris: Scito, *uang. ca.*
hoc magna animorum alacritate dicturos de Chriſto. Be- *90.*
nedictus qui venit, &c.

Si autem ad probos & incredulos Iudæos referas, tunc
illud ſic exponere conuenit, quòd velint, nolint, imò coa-
cti agnoſcent, & adorabunt iudicem in maieſtate venien-
tem. Veritas ab inuitis Iudæorum pectoribus erumpet, &
dicere cogentur: Benedictus qui venit. Non cum gaudio,
ſed maximo animi angore & dolore proferent iſta: Bene-
dictus eſt qui venit. Nos infœlices & inſenſati, ac miſeri!
qui hunc regem non ſuſcepimus. Væ nobis, ſic ingemiſcẽt
præ anguſtia. Sed ſerò ſapiunt Phryges, vt eſt in prouer-
bio. Cæterùm videndum nobis, ne & nos præſeruantem
Iudæorum malitiam imitantes, poſt multiplices reſipiſcẽ-
di occaſiones nobis oblatas, demereamur à Deo penitus
deſeri, ac derelinqui. *Terra enim, vt Diuinus ait Paulus,*
Hebr. 6. ſæpè venientem ſuprà ſe bibens imbrem, & tamen pro- *Heb. 6. c.*
ferens ſpinas, & tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima. Be-
nè Diuus Stephanus Iudæis iſtis exprobrabat, dicens: Dura cer-
uice, & incircuncis̃is cordibus, & auribus, vos ſemper ſpiritui-
ſancto reſtitiſtis ſicut patres veſtri, & vos. Quem prophetarum
non ſunt perſequuti patres veſtri? Et occiderunt eos, qui prænũ-
tiabant de aduentu iuſti, cuius vos nunc prod.tores, & homicidæ *Act. 7. c.*
fuiſtis. Act. 7. cap. O beatum protomartyrem, magnum vti-
que in cœlo pro deuotis clientibus patronum ac aduoca- *Collecta*
tum! qui pro ſuis etiam perſequutoribus eum lapidanti *ſiue, ora-*
bus exorauit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt in *tio Eccl.*
collecta hodiernæ feſtiuitatis continetur. Et quod valdè
mirandum eſt, qui ſtando ſubmiſsè pro ſe orauit, cum

clamore magno pro inimicis genua flexit: illic acriorem orationem exhibuit, vbi maiorem difficultatem apparere vidit impetrandi. Nam ſibi patens cœlum videbat, lapidãtibus verò infernum imminere. Nec verò ſine fructu fuit eius oratio. Paulum ſiquidem nobis doctorem gentium, prædicatorémq; Eccleſiæ vtiliſſimum impetrauit: qui huius martyris merito & oratione, ex lupo factus eſt agnus, & ex Saule atque perſecutore, effectus eſt Paulus, humilis ac modicus (ſi etymon Latinæ vocis obſerues) aut certè mirabilis operarius in Euangelico miniſterio,) ſi Hebraicam radicem contempleris) & ex perſecutore factus eſt prædicator veritatis in vniuerſo mundo. Non prętermit-
D. Aug. tam Diui Auguſtini hac de re fidele teſtimonium. Ille to.
tom. 10. 10.ſermon.1.& 4.de beato Stephano, diſertè ſcribit, dicẽs:
ſer. 1. & ſi Stephanus non oraſſet, Eccleſia Paulum non habuiſſet.
4. de S. Vtinam cor tenerum ac molle ſiue carneum, hoc eſt, cor
Steph. pœnitens, cor contritum & humiliatum nobis è cœlo nunc impetret aduocatus: Vtinam lapidea corda noſtra, in carnea vertantur: & cordis noſtri ſaxea durities emolliatur: Hæc enim nobis impetrare lapidati Martyris propria functio eſt: in hoc ipſum Eccleſiæ Dei clientelam apud principem gerit. Ab aliis martyribus alia petere conſueuimus, & in his quæ paſſi ſunt ipſi, ſimilia patientium aduocati conſtituti ſunt. In peſte Rochum confeſſorem egregium, in ophtalmia, ſiue oculorum doloribus, ac imbecillitate viſus, Luciam, in carcinomate, ſiue mammillarum tortura & cruciatu, in morbo qui cancer vulgò dicitur, Agatam, in dentium dolore, Apolloniã, imploramus. Huius verò lapidati martyris, hoc eſt munus & patrocinium, duritiam cordis ſuis precibus emollire, indurata corda in Deũ conuertere ac proferre de petra aquas. Extat huius rei præter inſignem illam & mirabilem Pauli
D. Aug. conuerſionem, miraculum grande, à D. Auguſtino tom. 5.
tom. 5. li- libr. 22. de ciuitate Dei ca.8. commemoratum, his verbis.
22. de ci- Fuit Calamæ habitans (ciuitatis Aphricæ nomen eſt) vir in
uit. Dei, nomine ſuo primarius, nonne Martialis, æuo iam grauis,
cap. 8. & multum à religione abhorrens Chriſtiana. Habebat ſanè fidelem filiam, & generum eodem anno baptizatum. Qui cum ægrotãtem multis & magnis precibus & lachrymis rogarent, vt Chriſtianus fieret, prorſus abiuit: eoſque à ſe turbida indignatione ſubmouit. Viſum eſt genero eius, vt iret ad memoriam Sancti Stephani, & illic pro eo

quan

quantum poſſet, oraret, vt Deus illi daret mentem bonam, qua credere non differret in Chriſtum. Fecit hoc ingenti gemitu & fletu, & ſinceriter ardente pietatis affectu: deinde abſcedens, aliquid de altari florum, quod occurrit, tulit: eique cùm iam nox eſſet, ad caput poſuit. Tunc dormitum eſt, & ecce ante diluculum clamat, vt ad Epiſcopũ curreretur, qui mecum fortè tunc erat apud Hipponem. Cùm verò audiſſet eum abſentem, venire presbyteros poſtulauit. Venerunt, & ſtatim ſe credere dixit admirantibus atque gaudentibus omnibus, baptizatus eſt. Hoc quandiu vixit, in ore habebat: Chriſte accipe ſpiritum meum: cùm hæc verba beatiſſimi Stephani, quando lapidatus eſt à Iudæis, vltima fuiſſe, Actor. 7. neſciret: quæ huic quoque vltima fuerunt. Nam non multo pòſt etiam ipſe defunctus eſt. Hactenus S. pater Auguſtinus. Quanta eſt huius ſanctiſſimi Martyris virtus, qui paganum hominem damnationi proximum ab inferno retraxit? Ad hunc igitur martyrem, tantum ac talem tutelarem ac patronum deuotis precibus accurramus: illi negotia noſtra ſecurè committamus: fidelis eſt & pius, & quod pagano contulit, libentiùs præſtabit Chriſtiano. Non eſt enim dubium, quòd qui tanta in terra poſitus charitate flagrauit, ampliorem nunc in homines affectum habeat, locatus in cœlo Empyreo, & cœleſti paradiſo. Eſt ſanè Paulus eleuatus in cœlũ, quia Stephanus orauit in terra. De eius nomine id poſſumus dicere: Secundum nomen, ita & laus. Στέφανος quippe corona interpretatur: hinc περὶ Στεφάνων, de coronis, libellum quendam ſuum inſcripſit, doctus ac pius poëta Chriſtianus, Prudentius Diuo Auguſtino coæqualis, ſiue contemporaneus, in quo de Martyrum encomiis, ac coronis triumphisque diuite ac fluida eloquentia agit. A. Gellius lib. 5. cap. 6. de variis militaribus coronis verba faciens, nominat triumphalem, obſidionalem, ciuicam, muralem, caſtrenſem, naualem. Triumphales coronæ, inquit, ſunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Antiquitus è lauro erant: pòſt fieri ex auro cœptæ. hac vtiq; glorioſa corona, redimitus eſt protomartyr Stephanus, qui de hoſtibus fidei, glorioſum reportauit triumphum. Corona ſiquidem victoribus datur, & ſicut dicit Apoſtolus, 2. Timoth. 2. *Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit.* Obſidionalis eſt, ait Gellius quam ij qui liberati ſunt obſidione, dant ei duci qui liberauit. Ea corona gra-

Act. 7. c.

Prudentius libr. περὶ Στεφάνων.

A. Gelli⁹ lib 5. c. 6.

minea eſt: è gramine nimirum quod in eo loco generatū eſſet, intra quem clauſi erant qui obſidebantur. Hanc S. P. Q. R. id eſt, Senatus populúſque Romanus, Quinto Fabio Maximo dedit, bello Pœnorum ſecundo, quòd vrbem Romam obſidione hoſtium liberaſſet. Hanc etiam obſidionalem coronam, nonne Stephanus optimè meruit? quippe qui obſeſſum ab hoſte maligno Saulum tum ſpirantem minarum & cædis in diſcipulos Domini, & deuaſtantem Eccleſiam Dei, efficaci ſua oratione, & armatis zelo charitatis precibus, dæmonis obſidione liberauit, ac dux iſte inclitus Paulum Chriſto lucrifecit, vt ſuprà fuſiùs dictum eſt. Ciuica autem corona appellatur, quam ciuis, ciui, à quo ſeruatus eſt in prælio, teſtem vitæ ſalutiſque perceptæ dat. Et fit è fronde querna: quoniam cibus victúſque antiquiſſimus, querceus capi ſolitus ſit. Hac ciuica corona L. Gellius vir cenſorius in Senatu Ciceronem Conſulem donari à Republica cenſuit: quòd eius opera eſſet atrociſſima illa Catilinæ coniuratio detecta, vindicatáque. Quanto verò æquiore iure, ob ſeruatum ciuem Romanum, Paulum videlicet (qui ſe Romanum ciuem, non ſemel in Actis Apoſtolicis, ingenuè ac palàm profitetur) ac Eccleſiæ acquiſitum, Diuus Stephanus, ciuicā meretur coronam, teſtem vitæ ſalutiſque Stephani ardentibus precibus perceptæ à maximo illo Apoſtolo, *Qui diuina ſibi cooperante gratia, abundantius Apoſtolis omnibus, in Dei Eccleſia, & diſſeminando Chriſti vbique terrarum Euangelio laborauit?* Muralis eſt corona, qua donatur ab Imperatore, qui primus murum ſubiit, inque oppidum hoſtium per vim aſcendit. Idcirco quaſi muri pinnis decorata eſt. Caſtrenſis eſt corona, qua donat eum Imperator, qui primus hoſtium caſtra pugnans introiuit, ea corona inſigne valli habet.

1. Co. 15. cap.

Naualis eſt, qua donari ſolet maritimo prælio, qui primus in hoſtium nauem vi armatus tranſiliuit. Ea quaſi nauium roſtris inſignita eſt.

Et Muralis autem, & Caſtrenſis & Naualis fieri ex auro ſolent. Hactenus A. Gellius vbi ſuprà. Omnes iſtas coronas deberi protomartyri quis abnuat? Primus poſt Chriſti aſcenſionem murum perfidiæ Iudaicæ diruens, aduerſus Synagogas incredulas acerrimè diſputans, tandem prę ualuit, victoriamque numinis fauore de illis egregiam reportauit, vt acta referunt Apoſtolica. Primus hoſtium

caſtra

caſtra introiuit,ac perfregit,lapidatus à Iudęis.Primus denique in hoſtiũ nauem, fide armatus ac gladio verbi Dei, charitate item heroica munitus, tranſiliuit, è naufragio multas eruens animas,ac ex hoſtibus,illas ad ortum deferentibus, (vt de Martiali pagano moribundo,ſuprà dictũ eſt,ex D.Auguſtino) ſuis ſuffragiis apud Deum,ac potenti oratione pro inimicis ſuis ac perſecutoribus ad Deum fuſa; eripiens, ſpolia Eccleſiæ inſignia reportauit.Ideóque triumphat in cœlis tot coronis meritò rutilans,ac exornatus,qui in numero martyrum inuentus eſt primus, quique regna cœlorum intrauit glorioſus ac in terris adhuc poſitus,cœlos ſibi apertos vidit lætabundus. O magnũ virum, charitate inflammatum! Samuel orauit pro Saule.Stephanus pro Saulo,Saul remanſit perſecutor,reprobatus à Deo ob inobedientiam, & conſultam phytoniſſam ac magam: ſed Saulus factus eſt egregius veritatis prædicator, per B. Stephani feruentem deuotámque orationem. Expende, amabo,quomodo in ſtatu legis naturæ primus martyr fuit Abel,in ſtatu legis ſcriptæ,*Achimelech ſacerdos,qui conſuluerat Dominum in Dauidis gratiam, qui eam ob cauſam à Saule rege occiſus eſt ipſe, & octoginta quinque viri veſtiti Ephod*, 1. *Reg.22*.In ordine prophetarum primus martyr fuit Zacharias,cuius præſenti Euangelio meminit Chriſtus, in ſtatu autẽ legis gratiæ, ſiue Euãgelicæ ſiquidem de adultis ſermo habeatur) primus martyr fuit Ioannes Baptiſta,ab impio Herode decollatus & capite plexus.Si autem paruulorum & infantium habeatur ratio, Innocentes ab immani tyranno,Herode parricidâ,in Chriſti recẽs nati odium interfecti, in Martyrum numero inuenientur primi, qui ad quatuordecim millium perueniunt numerum, ex calculo ac ſupputatione Menologij ſeu Calendarij Græcorum 29. Decembris.Tot enim Innocentes in Bethlehem occiſi ibidem referuntur.Verùm enimuerò poſt Chriſti in cœlos aſcenſionem triumphalem, & glorioſam,omniũ primus Stephanus laureâ martyrij meritò decoratus celebratur,veluti & in ordine gradúque Apoſtolico, magnus Iacobus,frater Ioannis,ab Herode truculentiſſimo,gladio occiſus,inter cæteros Apoſtolos martyr primus (in *Actis cap.12.*)numeratur. Stephanus itaque ex campo certaminis Martyrij decurſo ſtadio,primus conuolauit ad cœlum,quod eſt priuilegium Martyrium;iuxta illud,Matth.5. *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum*

1.Reg.22

Menologium ſeu Kalendariũ Græ.

Act.12.

Matt. 5.

gnum cœlorum.& iterum ibidem: Merces veſtra, copioſa eſt in cœlis. Sicut autẽ fuit Ioab princeps militiæ Dauidis regis (vt penultimâ homiliâ me attigiſſe memini) ſic beatus Stephanus ſignifer conſtitutus eſt militiæ Chriſti: atque ob id non abs re feſtum eius ſtatim celebratur poſt natalem Domini noſtri. Et quidem hic beatus protomartyr conformis fuit paſſioni Chriſti. Per falſos teſtes, ſicut & Chriſtus, de blaſphemia accuſatus. In idem concilium (in quo Chriſtus fuerat condemnatus) & ipſe adductus, mortique iniuſtè adiudicatus, extra ciuitatem, ſicut Chriſtus, vt lapidaretur, eiectus. Et quemadmodum Chriſtus, antequàm expiraret, patri ſuum commẽdauit ſpiritum, dicens:
Luc. 23. Pater, *In manus tuas commendo ſpiritum meum*, Luc.23. *Sic &*
ex Pſal. *Stephanus morti vicinus pro ſe orauit; dicens: Domine* I E S V,
30. *ſuſcipe ſpiritum meum, Act.7.c.* Et ſicut Chriſtus pro ſuis cru-
Act. 7.c. cifixoribus deprecatus eſt, dicens (*Luc.23.*) *Pater ignoſce illis:* ſic & iſte pro perſequutoribus ſuis exorauit, flexis genibus poſtulans; vt ne ſtatueretur illis hoc peccatum. Demùm, veluti Chriſtus honorificè ſepultus eſt: ita D.Stephanus laudabilem habuit ſepulturam, & non vulgarem pom-
Act. 8.c. pam funebrem: Sacra & Apoſtolica teſtãte hiſtoria, Act.8. *Curauerunt Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum.* Curauerunt, inquam, hoc eſt, funeris curam geſſerunt, iuſta funebria illi fecerunt; parentarunt; vt dicitur, & ſepulturæ honorem illi procurauerunt: atque pij viri eius perficiendæ rei gubernatores, curatores, ac prouidi ſollicitatores, vt ita dixerim, extiterunt. Quid plura: Memorabile eſt, nec ſilentio obrui decet, quod ſanctus
S. Mar- Martialis, epiſtola ad Burdegalenſes §.3. ſcripſit, in hæc ver
tialis epi. ba: Aram ignoti Dei reſeruari & conſecrari iuſſimus, in
ad Bur- honorem protomartyris Stephani, &c. Ex quo ſatis liquet
degalen- huius Martyris feſtum eſſe antiquiſſimum, ac memoriam
ſes §.3. ipſius fuiſſe apud veteres Chriſtianos celeberrimam ac ſa-
Clemens croſanctam. Vnde Clemẽs Romanus Conſtitutionũ Apo-
Conſtitu ſtolicarum lib.8.cap.39. In Natali feſto, quieſcant ſerui. In
tio. Apo- die Stephani protomartyris, quieſcant etiam. Sic ibi. Defi-
ſtolic. lib. ceret me tempus enarrantem ſingula miracula, meritis
8.c.39. huius glorioſi protomartyris à Deo facta, quæ fuſiſſimè,
D. Aug. li.2. De ciuitate Dei, c.8. Sanctus pater commemorat Au-
li.22. De guſtinus. Nempe quòd ad eius reliquias ac memoriam,
ciu. Dei cęca mulier protinus viderit: quòd Lucillus Epiſcopus, vbi
c.8. to.5. ſanctas attigit reliquias, fiſtula, cuius moleſtiâ iam diu laborauerat,

borauerat, repentè ſanata eſt: Quod etiam Eucharius preſ-byter, veteri morbo calculi, per memoriã ſuprà dicti martyris ſolutus, ac curatus eſt. Ac idem ipſe poſtea morbo alio mortuus, ſuſcitatus eſt, &, quod denique per eundem martyrem, etiam tres podagrici (Gallicè *gouteux*) ſanati ſunt, atque puer paruulus, cùm in area luderet, rotâ currus, ſeu vehiculi, obtritus: atque mortuus, ad eandem memoriam à pia matre delatus, non ſolùm reuixit, verumetiam illæſus apparuit. Innumera propè ſunt, quæ ibidem pertractantur, per D. Stephanum perpetrata miracula. Sit & ipſe pro nobis apud Chriſtum Dei filium propitius aduocatus. AMEN.

HOMILIA XXXV. IN FESTO DIVI IOANNIS Apoſtoli ac Euangeliſtæ.

Dixit Ieſus Petro, Sequere me: Et cõuerſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat IESVS *ſequentem, (qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine quis eſt qui tradet te?) Hunc ergo cum vidiſſet Petrus, dixit* IESV: *Domine, hic autem quid?*

IOAN. XXI. CAP.

OMNES in vniuerſum Apoſtolos, à Chriſto Domino fuiſſe dilectos, ipſe contextus ſacer, ſatis ſupérque ſignificat. *Nam*, Ioan. 13. *Ioan. 13.*
ita habetur: Cùm dilexiſſet ſuos, qui erant in *c. & c. 15.*
mundo, vſque in finem dilexit eos. Rurſus, cap. *Ioan.*
15. Sicut dilexit me pater, ita & ego dilexi vos, &c. Mirum igitur cuiquam videri poſſit, quòd Ioãnes hoc loci dilectus Dei ſpecialiter, nominetur diſcipulus. Imò iactantia alicui videri poſſet, hæc de ſeipſo referre, & non potiùs alteri Euangeliſtæ dicenda relinquere. Ad id dicendum putauerim. Primùm quidem, hunc Apoſtolum ſpeciali dilectione præ cæteris à Chriſto fuiſſe dilectum. Eam ob

rem,

rem, *κατ' ἐξοχὴν*, iuxta præeminentiam, dilecti titulum habere, Chriſti I E S V inſtar, de quo in baptiſino, eiúſq; transfiguratione, ab æterno Patre dictum fertur: Matth. 3. & 17.
Matt. 3. & 17. c. *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui, &c.* Hoc eodem titulo Chriſtus ſanctum hunc diſcipulum honorare voluit, vt meritò ac iure optimo, nominis rationi ſingularis iſta ac eximia dilectio quadret ac correſpondeat. Ioannes ſiquidem, ex fonte Hebraico deriuatum vocabulum, Latinè vertitur & interpretatur, Dilectus Deo, illíque gratioſus: à radice ſeu themate חן Hhen, (quod gratiam ſignificat, formato inde adiectiuo חנון Hhannum, quod ſignificat gratioſum) & nomine Dei, יה Iah Quaſi dicat in quo eſt Dei gratia. Conſonat huic negotio verſus.

Verſus. *Conueniunt rebus nomina ſæpè ſuis.*

Cæteri omnes tituli abſque iſto, nihil ferè ſunt, hic autem per ſeſe, ac ſolus, inſtar eſt omnium, quinimò omnes vnus ſuperat.

Secundò dicendum, nullam hîc eſſe poſſe iactantiæ ſuſpicionem: Quandoquidem non ſeruitia & obſequia hic refert, quæ Chriſto redemptori noſtro exhibuerat, impenderátve, ſed beneficia, quæ ab eo acceperat, tanquam gratus, & beneficiorum memor. Et quamuis ſeruitia referret, ea interim vno pius, Dei beneficia eſſe reputat. Verum hoc loco duplex occurrit difficultas. Vna eſt, Quomodo ſe di-
Eccleſiaſtes 9. c. lectum nominat, *cùm* Eccleſiaſtes c. 9. *ſcribat dicens: Neſcit homo vtrum amore an odio dignus ſit, ſed omnia in futurũ ſer-*
Prou. 8. *uantur incerta?* Altera, cùm æterna Dei ſapientia, Prouerb. 8. *dicat: Ego diligentes me diligo.* Et Petrus Chriſtum diligebat
Ioan. 21. ſuprà cæteros; Ioan. 21. *Diligis me plus his? Tu ſcis, Domine, quia amo te.* Chriſtus ergo Petrũ plus debuit diligere, quàm Ioãnem. Vtriuſque obiectionis facilis eſt dilutio, hoc modo: Regulariter quidẽ & lege cõmuni verum eſt, neminem certò ac euidẽter ſcire ſe eſſe amore vel odio dignum, loquendo de æterna prædeſtinatione, vel reprobatione alicuius, ſoli enim Deo cognitus eſt electorum numerus. Verùm ſpeciali quodam priuilegio, ac ex Domini interna reuelatione, ſcire quis poteſt, efficítque certior, in huius vitæ exilio, etiam conſtitutus, quod à Deo diligatur. Patet in
Luc. 7. Diua Magdalena, cui dictũ eſt: Luc. 7. *Remittuntur tibi peccata tua; vade in pace;* & ſingulariter in Diuo Ioanne, qui vocatur Diſcipulus, quem diligebat I E S V S. O te beatum ac fœlicem, qui in hac lachrymarum valle, de tua ſalute, ob amoris

amoris præcipui priuilegium ſecurus extitiſti, & tanti tituli, dilecti nimirum diſcipuli, dignitate nobilitatus fuiſti. Ad ſecundam autem difficultatem reſpondendum exiſtimo, quòd Petrus plus dilexit Chriſtum, quantum ad promptitudinem & feruorem: at Ioãnes plus fuit dilectus, quantum ad familiaritatis oſtenſionem. Chriſtus etenim Ioanni plura familiaritatis indicia & argumẽta præbuit, quàm alicui ex coapoſtolis eius & collegis; dũ ſuper pectus Domini in cœna ipſe recubuit, & præ omnibus aliis confidentiùs Chriſtum, quiſnam proditurus eſſet? interrogauit. Sed iam ad textus explicationem accedamus.

Sequere me, &c. Præcipit Petro Dominus, vt eum ſequatur, id eſt crucis ſupplicium perpetiatur, ſicut ipſe fuerat crucifixus, eíque mortis genus obſcuro ſermone Chriſtus prædixerat, vt immediatè præcedentia verba indicant ac inſinuant: hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum. Et ſtatim ſubditur, dixiſſe eidem: Sequere me, &c. Erat Romanis in vſu, hoc genus mortis maximè ſceleratis infligere, vnde Chriſtũ cum latronibus crucifixum à Põtio Pilato ſacra prodit hiſtoria, quia cum impiis reputatus eſt, & morte turpiſſima, morte, inquam, crucis, propter nos condemnatus fuit. Et tyrannus Nero, hoc eodem ſupplicio Petrum quaſi maximè impium affecit, cùm alioqui non ob ſcelus, ſed ob fidei veritatem, pertulerit crucis ſupplicium.

Sequere me. Vt diſcipulus ſequitur magiſtrum, vt oues paſtorem, vt ſolſequium ſequitur ſolem, potiſſimum tamen intelligitur de imitatione charitatis, & paſſionis. Hæc enim duo iam Petro ſpecialiter inculcauerat, his verbis: *Diligis me plus his?* Et, *Alius cinget te, & ducet* *Ioan. 21.*
quo tu non vis, &c. Eſt igitur ſenſus, Meo exemplo diſce diligere oues tibi commiſſas: meo item exemplo diſce, teipſum in mortem offerre pro ouibus, boni paſtoris inſtar.

Vidit diſcipulum, quem diligebat IESVS ſequentem, &c. Quoniam autem ſingularis inter eos erat amicitia ac neceſſitudo, voluit Petrus ſui amici ſtatum diſcere à Chriſto futurum. Nam ſicut noſtra curamus ſollicitè, ita amicorum curam non abijcimus. Iam ergo didicerat à Chriſto ſe crucifigendum, voluit proinde de Ioannis ſucceſſu edoceri.

Domine, hic autem quid? Num tuus hic dilectus, te quoque

que per mortem ſequetur? Curioſitatem quandam, qua homines aliena curare ſolent, indicant iſta verba.

Quem diligebat IESVS *&c.* Sanctiſſimum exercitium eſt, diuina beneficia ſemper habere ob oculos, de iis ſæpè loqui & agere: Ita enim diuinus amor ſolet in nobis excitari ac prouocari. Dominus idcirco Manna reſeruari iuſſit in arca, *Exod.16.* vt illius beneficij memoria non intercide- *Exod.16. cap.* ret, ſed poſteris etiam innoteſceret, quo cibo ſuos in deſerto 40. annorum curriculo, pauiſſet Dominus. *Sic Pſalm.65.* *Pſal.65.* *Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit anima mea.* Hæc fuit ſanctorum omnium conſuetudo, paſſim Dei beneficiorum memoriam celebrare. *Grati eſtote, ait Apoſtolus, Colloſſ.3.* Ea de cauſa dilecti appellationem, *Colloſſ.3. cap.* nunc quidem ſibi aſſumpſit Ioannes. Cúmque ſanctus hic Apoſtolus magnis à Deo priuilegiis ornatus ſit, ſolus tamen amoris hoc loco mentionem facit. Dicere vtique potuiſſet. *Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum*, qui in gratiæ lege princeps prophetarum fuit, qui in inſula Pathmos, Apocalypſim habuit, & reuelationem à IESV Chriſto. Item, Vidit illum diſcipulum, cui ſanctiſſima Dei mater commendata fuit. *Ioan.19.* Ecce mater tua &c.

Ioan.19. cap. Iterum, Vidit illum diſcipulum, qui paſſionis tempore, & in conſiſtorio pontificis magiſtro adfuit, & in Caluariæ monte illum non deſeruit, ſed iuxta crucem IESV præſens aſtitit. Nihil horum expreſsè hic dixit, verùm ſolùm id adiecit: Vidit illum diſcipulum, quem diligebat IESVS. Magis eſt extenuatio ſui, & admiratio diuinę dignationis, quam iactantia: quandoquidem nulla ſua merita commemorat, ſed tantùm Chriſti dilectionem. Sequitur deinde.

Qui & recubuit, &c. Quaſi inſinuare velit Euangeliſta, ſe vnicè dilectum, hinc patere, quia ſenſibiliora dilectionis ſigna illi Chriſtus oſtenderit, quippe qui recubuerit ſuper pectus Domini in nouiſſima cœna. Ad hunc modum parentes paruulis filiis ſigna dilectionis ſuauiora oſtendunt, eóſque teneriùs diligunt, cùm alioqui primogenitum plus ament & conſtantiùs. *Super pectus Domini, &c.* Inde fluenta Euangelij præ cæteris hauſit. Omnium maximum ac ſupremum iſtud eſſe videtur, ſuprà pectus Domini recumbere. O miram audaciam! Non audet Baptiſta ſacrum Chriſti verticem contingere, ſed potius maximo cum tremore accedit ad Chriſtum. Magdalena cum timore ac tremore pedes tangit dominicos. Thomas niſi iuſſus manum

num non mitti ad latus. Ioannes verò dilectus non iuſſus, non petita venia, confidenter recumbit ſuper Domini pectus. Amor fecit hoc, eſt enim ſuprà modum audax dilectio. Omnia audet, omnia ſibi putat licere amor, & vt iſte ſanct⁹ in ſua ſcripſit Epiſtola: Perfecta charitas foras mittit timorem. Non vtique ſacrum Domini pectus contingere Ioannes auderet, niſi fiduciam illi præſtaret amor, qui latebat in pectore. Nec de ruſticitate, ſiue inurbanitate ac inciuilitate arguendus venit hoc nomine, quin potius de familiaritate commendandus eſt: palámque factum eſt, ipſum gratiam ac ſingularem apud Dominum inueniſſe fauorem. Inurbanum fortaſſis & arrogans cuiqúam videri poſſit dictum illud Dauidis: *Pſalm.30. Propter nomem tuum deduces me.* Quis enim regi dicere auderet, Domine deduc me, obſecro illuc, enim proficiſci volo? Impudens, nonne tibi ſufficit, vt rex ſeruum ſuum mittat, qui te ducat: quomodo non vereris Regem ipſum, vt te deducat, poſtulare? Et tamen nulla hæc fuit inciuilitas, ſeu impudentia: Quandoquidem ſpirituales vrbanitates à mundanis longè differunt: Non ſunt viæ meæ, viæ veſtræ, dicit Dominus per prophetam. Ciuilitas morum inter homines exigit, vt ſerui dominis ſuis inſeruiant & obſequantur: ac quamuis viceuerſa Domini famulis vellent inſeruire, vt hoc non permittant. At verò aliud ſpiritualis vrbanitas iubet. Si enim Deus ipſe tibi ſeruire voluerit, eius famulatum, magna cum humilitate ſuſcipere debes, nec vllo modo obſiſtere contradiceréve. Noſti quàm ſeuerè lauari recuſans D. Petrus fuerit à Chriſto reprehenſus, dicente: *Ioan.13. Niſi lauero te, non habebis partem mecum.* Quoniam igitur Dauid optimè ſciebat Deum, & ſibi, & fidelibus ac deuotis ſeruis, ductorem, ſeu, viæ ducem eſſe velle: ideò non ſolùm hoc ab eo ſeruitium recipit, verum etiam illud ab eo magna cum reuentia & humilitate petit, dicens: Propter nomen tuum deduces me &c. Et glorioſus Euangeliſta Ioannes, non ignarus diuinæ huius vrbanitatis, hoc à clementiſſimo magiſtro ſeruitium recepit, vt ſuper ipſius pectus recumberet: vt in eo diſcipulus requieſcens cordis ſui ſecretarius fieret. Nam cùm in vltima illa cœna de grauiſſimis rebus cum eo agere vellet, ne verba & tempus inſinuerentur; iuſſit caput ibi eum reclinare, vt dum corpus quieſceret, anima cordis arcana & Theoſophiæ myſteria inde hauriret ac imbiberet.

Pſal.30.

Ioã.13.c.

K *Si eum*

Si eum volo manere, donec veniam, quid ad te? &c. Eſt ſermo nihil definiens, niſi quod non pertinebat ad Petrum, ſi IESVS vellet manere Ioannem, vſque ad ſuum aduentum. His verbis innixi nonnulli opinati ſunt Ioannem Euangeliſtam nō adhuc mortis ſenſiſſe aculeum, ſed cum Enoch & Elia in paradiſo terreſtri etiamnum viuere: Qua in ſententia eſt Symeon Metaphraſtes, ita ſcribens de eo: Ille quidem Enoch & Eliæ Theſbitæ coniungitur. Item Andreas Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, commentariis in Apocalypſim, cap.29. ad verba: Oportet te iterum prophetare gentibus.

Symeon Metaphraſtes in vita D.Ioannis & habetur in Oecumenio, poſt Apocaly. expoſitionem Andreæ Cæſareæ Cappadociæ Epiſcop' commēt. in Apoc. 29.ca.apud eū.

Per hæc, inquit, inſinuatur alterutrum, nempe oportere beatum illum virum, partim quidem per Euangelium, quód ſcripſit: partim etiam per Apocalypſim vſque ad ſeculi finem, quæ futura ſunt lectoribus annunciare, Aut ſanctum certè Apoſtolum mortem needum guſtaſſe, ſed ſub ſeculi conſummationem venturum, vt impoſturarum Antichriſti impetum ſiſtat, atque coërceat. Sic ille Sanctus Pater venerandæ antiquitatis. Cui D. Hilarium adiungo. Is libr. 6. De Trinitate, de Ioanne ſic ſcribit: Loquatur Ioannes, ſic vſque ad aduentum Domini manens, & ſub ſacramento diuinæ voluntatis relictus deputatus, dum non mori dicitur & manere. Loquatur ergo ſua, vt ſolet, voce: Deum nemo vidit vnquam &c. Sic ille. Videtur ſanctus iſte pater ſentire cum ſuperioribus Græcis doctoribus, D.Ioannem Euangeliſtam, adhuc inter viuos, non autem inter defunctos connumerandum eſſe. Aliorum eſt opinio, mihi quidem viſa probabilior, Ioannem quidem mortem obiiſſe, quippe ex Pſalmo docemur: *Quis eſt homo, qui viuit, & non videbit mortem? Et, Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur in terram* 2. *Reg.* 14. Verùm non eſt Ioannes mortuus, vt alij Apoſtoli, qui extremo martyrio ſunt mortui. At Ioannes non hanc martyrij mortem eſt perpeſſus, ſed longæuam vitam ducens, poſt euerſionem Hieroſolymorum Palæſtinam linquens, in Aſiam ſe contulit. Quia ergo mortuus eſt, non ſentiens dolorem mortis, ſeu anguſtias, ideò Dominus ait, Sic eum volo manere, id eſt, circa mortis dolorem, volo eum mortem ſubire. Vnde ait Beda, Tam liber fuit à dolore mortis, quàm à concupiſcentia carnis inuenitur alienus. Atque ita completa eſt veridica Saluatoris ſententia, quia ſic volo manere eum, donec ipſe veniam ad leuandum eum in cœlum.

D.Hilarius lib. 6 de Trinitate.

2. Reg. 14. cap.

Alij expoſuerunt locum prætactum: Sic enim volo manere, id eſt, quod in Palæſtina ſubſiſtat, donec ego veniam, per Titum & Veſpaſianum vltionem ſumam de Iudæis.

Quia ferunt iſti, tunc Ioannem deſtituta Palæſtina in Aſiam commeaſſe. Sic Oecumenius Græcus in cap. 5. Diui Iacobi, hunc locum interpretatur: Sic eum volo manere, hoc eſt, volo eum viuere, vſque ad excidium Hieruſalem, per Romanum exercitum. Huic etenim prorogatum eſt tempus huius vitæ, vſque ad euerſionem vrbis, & paulò vltrà illud tempus. Hoc etiam modo exponit Diuus Chryſoſtomus, ab Oecumenio citatus. Suprà in Ioëlem homilia quadam, vtriuſque ſentētiam ac verba retulimus. Sic eum volo manere, ſenſus eſt iſte, Eſto, quòd ſic voluerim eum manere, quid ad te? Vulgata & trita loquendi formula permiſſiua, non affirmatiua, ſed ex hypotheſi ſermo eſt: vnde non conficitur Ioannem non fuiſſe mortuum, vt quibuſdam arriſit, quos ſuprà memorauimus, conditio namque, vt dicitur, nihil ponit in re. Quæ ratio poſtulat Ioannem Baptiſtam fuiſſe mortuum, quo nullus maior natus eſt & mulieribus, naturaliter parientibus, vt quod Euangeliſta non fuerit mortuus? Virgo ſanctiſſima, Dei clariſſima parens, vnicè dilecta mater, pro conditione humana mortua eſt, & migrauit de corpore: Quomodo multis partibus inferior Ioannes, immunis ac exemptus eſſet à morte? Et quidem ſi mortuus non fuiſſet Ioannes, Eccleſia Catholica non celebraret eius feſtum. Siquidem nullius viuentis in carne mortali, feſtum diem celebrat, ſed ſolum ſanctorum iam defunctorum. Indicat Euſebius, lib. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 31. ex tralatione Ruffini. Mortuum eſſe D. Ioannem Euangeliſtam, & de loco quietis eius, ſecundum fidem Polycratis Epheſij Epiſcopi, ita ſcribit: Polycrates, inquit, Victori Epiſcopo vrbis Romæ ſcribens, aſſerit, quòd Ioannes, qui ſupra pectus Domini recubuit, qui fuit ſacerdos Dei, Pontificale πέταλον (id eſt, mitram, capitis ornamentum) geſtans, & Martyr & Doctor optimus apud Epheſum dormiuit. Hæc de locis, in quibus requieſcunt in ſomno pacis (nimirum Philippus, qui fuit vnus ex Apoſtolis, qui dormiuit apud Hierapolim, & Ioannes apud Epheſum) adieciſſe ſufficiat. Hæc ibi Euſ. Et quidem qui credunt huc uſque Ioannem mortuum non eſſe, etſi videantur in fauorem Ioannis ſermonem hunc texere, fauet tamen nihil

Oecumenius in epiſt. D. Iacobi ca. 5. & ſuprà citatum reperie in Ioëlem.

Euſebius hiſt. Eccl. li. 3. c. 31. Ruffino.

illi. Nam Ioannem iſti orbant æternæ felicitatis participio & contubernio, quo cæteri fratres eiùs Apoſtoli & diſcipuli Domini, iampridem fruuntur. Et quòd dicitur, eum nouiſſimè venturum cum Enoch & Elia, confutaturúmque Antichriſti impoſturas & detecturum eius fraudes: iſtud ſanè qua facilitate aſſeritur, eadem negari poterit. Quandoquidem ſcriptura hos ſolùm duos iudicium præuenturos commemorat: *Apoc. 11. non Ioannem.* Neque eſt neceſſe, vt ſicut ex lege naturæ Enoch, & ex lege ſcripta Elias, alter ex antiquiſſimis patribus, alter verò ex prophetis, venturi denunciantur, ita etiam ex Euangelica lege, Ioannes Euangeliſta præceſſurus ſit Chriſti ad iudicium aduentum.

Apocal. 11. cap.

Futuri enim ſunt ex electis illius ætatis ac tempeſtatis aliqui, in mundo tunc ſuperſtites, qui & Chriſti fidem prædicare poterunt, & confirmare vacillantes, ac nutantes Chriſtianos, atque Antichriſti aſſeclas & miniſtros reuincere: Quando etiam Enoch & Elias Iudæis tunc conuertendis præcipuè, & ad Chriſti fidem pertrahendis, necnon Antichriſto confutando, ſedulam nauabunt operã. Quòd ſi dixeris Ioannem quidem mortuum eſſe, & diem ſuum obiiſſe, at verò ſtatim reſurrexiſſe, ſicut quidam in ea fuerunt opinione, quæ eſt in ordine tertia. Dico eſſe liberè dictum & gratis. Vnde enim hoc probabitur priuilegium conceſſum Ioanni, & negatum Petro, qui diligebat Dominum impenſiùs? Et Baptiſtam eadem prærogatiua orbatum, quis credat? Et Paulum vſque ad tertium cœlum, dum adhuc in terris ageret, eleuatum ac raptum, non eadem gratia fuiſſe donatum, à ſimili quis ſibi perſuadeat: Verùm enimuero iſtorum ſanctorum, Ioannis Baptiſtæ, ac Petri & Pauli Apoſtolorum reliquias ſacras & oculis noſtris conſpeximus: Diui quidem Baptiſtæ, apud Angeriacum, (Gall. *ſainct Iean d'Angely*) anno Domini 1557. & Ambianum 1584. Sanctiſſimorum autem & præcipuorum Apoſtolorum, Romæ in Lateranenſi Eccleſia 1571. vidimus capita, & venerati ſumus. Non itaque certum eſt Euangeliſtam in cœlo cum corpore & anima eleuatum fuiſſe, & ſtatim reſurrexiſſe.

Quod tamen quidam piè credendum exiſtimarunt, vnde noſter Philippus Diez Luſitanus, concione 1. in feſto ſancti Ioannis Euangeliſtæ: Piè creditur, ait ſanctiſſimum eius corpus, vna cum anima in cœleſtem gloriam fuiſſe tranſlatum.

F. Philippus Diez Frãciſcanus conc. 1. in feſto ſãcti Ioãnis Euan gel. Michaël de Palacio in Ioan. 21. cap.

tranſlatum. Michaël de Palatio Granatenſis in Ioannis præſentem locum, Diuum citat Ambroſium in quodam ſermone De ſanctis martyribus (quem reperire inter D. Ambroſij opera non mihi contigit) Verba eius ſunt: Ille clauſus tumuli foribus, gratia reſurrectionis ſublatus eſt, vt conſtaret ſepultura, & non inueniretur, ſepultus. Vides Amb. exiſtimaſſe, Ioannem quidem ſepultum fuiſſe, at ibi non ſubſtitiſſe, ſed à mortuis reſurrexiſſe. Item in Theſauro concionatorum Thomas de Trugillo Dominicanus, in feſto eiuſdem D. Ioannis, Credendum eſt, inquit, quod mortuus fuit, & reſurrexit etiam in corpore. Cuius ſignum eſt, quia corpus eius non inuenitur, &, ſic beatus manet cum Chriſto. Vide Diuum Thomam in Ioan. 21. lectione 5. Hactenus ille. aliter tamen ſentit Dantes Italus Poëta, qui lingua Ethruſca hac de re ita ſcripſit: Paradiſo, Canto 25. Loquitur autem de ſancto Ioanne Euangeliſta.

F. Thomas de Trugillo in feſto D. Ioan.

Il Dãte', Paradiſo Cãto 25.

Queſti è colui, che giacque ſopra'l petto
*Del noſtro * Pelicano: & queſti fue*
Di ſula croce al grande officio eletto.

**Cioè di Chriſto.*

Deinde ſubiungit ad noſtrum propoſitum. Verba ipſius Ioannis Euangeliſtæ.

In terra è terra il mio corpo: & ſaragli
Tanto con gli altri, che'l numero noſtro
Con l'eterno propoſito s'agguagli
*Con le due * ſtole nel beato chioſtro*
Son le due luci ſole, che ſaliro:
Et queſto apporterai nel mondo voſtro.

** Cioè cõ proprij corpi.*

Hucuſque Dantes.

Sic Latinè vertendum duxi: Iſte eſt Ioannes qui ſuprà pectus noſtri recubuit Pelicani, id eſt, Chriſti, & cui de cruce à Domino maximum illud munus demandatum eſt, ac ipſe ad hoc electus eſt officium, vt virginis matris, ipſe virgo curam gereret. Poſtea ſubditur eiuſdem ſancti Ioannis reſponſum. In terra iacet corpus meum: ibíque tamdiu cum aliis corporibus quieſcet ac manebit, donec impleatur numerus fratrum noſtrorum, iuxta diuinum reſponſum ſanctis Martyribus in Apocalypſi redditum, hoc eſt, vſque in reſurrectionis nouiſſimum diem, cùm corpora glorificabuntur. In beatorum choro cum duplicibus ſtolis, id eſt, in corporibus glorioſis nedum in animabus, duo illa magna luminaria collocata ſunt. Chri-

ſtus nimirum, & virgo Maria. Ex his conſequitur, Dantem Chriſtianum Poëtam ſentire Ioannem non eſſe in corpore aſſumptum in cœlo, veluti eſt ſanctiſſima Deipara, in corpore etiam ſimul cum anima ad cœlos exaltata. Hoc priuilegium ſoli Chriſto, qui propria virtute aſcendit in cœlum eiúſque genitrici, quæ Angelicis ſtipata choris, aſſumpta eſt ad æthereum thalamũ, conuenit: Cæterùm nulli alij: quamuis problema ſit Theologum de ſanctis illis, reſurrectionis Chriſti teſtibus, qui cum Domino cœlos conſcendiſſe creduntur eóſque cum corporibus ſuis in cœlum fuiſſe receptos, probabile ſatis viſum eſt quibuſdam antiquis Doctoribus.

Georgiꝰ Trapezũtius in illud: Ioã. 21. Si eũ volo manere, in Bibliotheca sãctorum Patrum, tom. 6.

Si eum volo manere donec veniam &c. Hic operæpretium duxi, Georgij Trapezuntij in hæc verba, commentarium ſubtilitatis plenum, producere, & in opuſculum contrahere, ac conciſiùs, quæ ab eo ſcripta ſunt diffusè, pertractare. Quòd ſanctus Ioannes nondum ſit mortuus, ad Papam ſcribens, nititur omni dicendi artificio perſuadere. Verba eius adſcribam. Vtrum mortuus ſit, an adhuc viuat Tonitrui filius, cœpi cogitare. Nam etſi vtrumuis quis dixerit, à ſinu Eccleſiæ non recedit, nec alterum aperte ſic in Euangelio dicitur, vt alterum credere nefas ſit. Tractánſque Dominicum verbum, quod Petro loquutus eſt, Sequere me &c. ita ait: Si non eſt ſeruus Domino maior, oportet patroni labores clientem ſubire. Et qui labores Domini ſumit ſui, is mortem non debet ſimilem recuſare. Quare vitæ quoque totius imitatio pro viribus neceſſaria eſt. Quæ liquidò Euangelij verbis exprimuntur: Nam morte crucis, extenſione manuum ſub oculis Petri poſita, ſtatim ei dicitur: Sequere me, id eſt, qui morte me ſequuturus es, veſtigia quoq; viuendi, mea ſequaris. Vidénſque Petrus Ioannem ſequentem. Curioſitate mentis humanæ, qua magis aliena quàm noſtra quærimus nimiùm commotus, (non enim erat adhuc omninò perfectus) audet à Domino petere, qua morte Ioannes moreretur? dicens: Domine, hic autem quid? Dominus autem & hanc curioſitatem reprehendit, nec moriturum Ioannem vſque ad exitum huius ſæculi (vt ego arbitror) oſtendit, dicens: Si eum volo manere &c. Græcè (ſi verbum de verbo exprimitur) non ſic eum volo, ſed, ſi eum volo ſcriptum eſt. Dicens autem, volo eum manere donec veniam, ad finem vſque vitæ huius victurum Ioannem, aſſeruit, addens

addens præterea, quid ad te? curioſitatem Petri redarguit. Exiit autem ſermo iſte inter fratres, ſiue in diſcipulos, quòd diſcipulus ille non moritur. A quo exiuit? per quem euulgatus fuit? Quis diſcipulis omnibus prædicauit? Duo certè ſolum ſermonem hunc Domini audierunt Petrus & Ioannes: Cæteris Dominum ea replicaſſe, quæ Petrus & Ioannes ſecretiùs acceperant, minimè credendum eſt. Ioannes autem & virginitate tum corporis, tum ſpiritus, apprimè præditus, & cæteris virtutibus ſummus, quod & dilectione Domini, & commendatione matris eius percipitur: nequaquam id quod ad gloriam ſuam pertinere videbatur, ſociis quaſi iactabundus prædicaſſet. Relinquitur ergo, à Petro fratribus enarrata fuiſſe, quæ Dominus Ioanne dixit. Petrum autem aliter dixiſſe, quàm audierat, nefas eſt dictu. Quid ergo retulit fratribus Petrus? Quod Dominus de Ioanne dixit: ſic eum volo manere. Id à Petro, à cæteris omnibus eodem intellectu modo fuit, quòd diſcipulus ille non moritur. Quare ipſe quoque delinquere mihi viderer, ſi non ita hunc Domini ſermonem caperem, ſicut omnes diſcipuli, tunc intellexerunt. Quod autem ſequitur, & non dixit Ieſus, quòd non moritur: ſed, ſic eum volo manere, &c. putaret aliquis fortè, perſpicuè hîc Euangeliſtam illis contradicere, qui arbitrentur non moriturum ipſum, vſque ad finem ſæculi huius: cùm ſciebat, Non dixit ei Ieſus, quòd non moritur, vſque ad extrema tempora, ſcilicet.

Sic enim ſupplendum ſemper eſt. Ego autem pro modeſtia ſumma & virginali humilitate, qua gloriam humanam Ioannes omninò calcauit, ita eum ſcripſiſſe crediderim, vt & veritatem digito monſtrarit, & inanem huius ſæculi gloriam abiecerit.

Non enim negat rem, ſed ſermonem & verba. Non enim hoc verbum protulit IESVS, ſed aliis verbis vſus eſt. Quibus? Sic eum volo manere donec veniam. Præterea, Oportuit vnum ex illis mittere, contra Antichriſtum, veritatis teſtem, qui ante legem fuerunt. Vnum, qui ſub lege: Tertium (conſimili pariq́ue ratione) qui CHRISTVM ipſum vidꝫrit, audierit, allocutus fuerit, multóque magis neceſſe aduerſus Antichriſtum, (qui ſe CHRISTVM filium eſſe Dei finget) quàm aliquem ex vetuſtiſſimis. Reſeruauit autem ex veribus duos: Reſeruauit igitur etiam ex Apoſtolis.

Tres ergo reſeruati ſunt aduerſus Antichriſtum, pro veritate: vt in trium tantorum virorum teſtimonio, miraculis cõfirmato, ab impietate incredibili, atque inaudita homines illius ſæculi reuocentur. Erit autem teſtimonium Ioannis (vt ego arbitror) multò maioris dignitatis: quòd facilè percipitur, ſi quaſi controuerſiam inſtituamus. Dicant impij Antichriſtum eſſe Meſſiam & filium Dei. Teſtes vetuſti negent, aſſerántque Tiberij Auguſti temporibus Chriſtum veniſſe, quamquam malè, poterunt tamen contendentes impij replicare, non fuiſſe illos tunc Hieroſolymis, & propterera falsò atteſtari, quod non viderunt. At Ioannes & vidiſſe clamabit, & audiſſe illum, & tetigiſſe, & allocutum fuiſſe, & aſtitiſſe in cruce pendenti, & aſpexiſſe ſanguinem & aquam è latere mortui proſilientem, & poſt reſurrectionem comediſſe ac bibiſſe cum illo, & *Ioã.11.c.* manus atque pedes crucifixi vidiſſe palpaſséque. Miracula quoque narrabit, auribúſque ſuis vocem illam audiſſe aſſeuerabit, *Lazare veni foras*, Ioannis vndecimo capite, & quatriduanum mortuum exiliiſſe foras è ſepulchro vidiſſe, & inſtitas, quibus erat alligatum Lazari corpus, manibus ſuis ſoluiſſe.

Hæc aliáque eiuſmodi affirmabit. Tres igitur temporibus illis, falſitati reſiſtent teſtes: Enoch ille iuſtus, cuius ante diluuium iuſtitia claruit, quando nullum aliud mandatum extabat hominibus, quàm quod natura in ſingulorum pectoribus inſitum eſt: Helias propheta, qui vel mortuos in vitam reſtituit oratione, & ſub lege coruſcauit: Et Ioannes Euangeliſta quem Dominus plurimùm dilexit. *Apoc.10. cap.*

Idem Ioannes in calce decimi capit. Apocal. dictum ſibi eſſe ſcribit: *Oportet te iterum prophetare populis, gentibus, linguis & multis regibus.* Id certè non poteſt de Euangelio dici licet, poſt Apocalypſim ſcriptum ab eo ſit. Non enim multis ſcriptum eſt linguis, ſed Græcè ſolum. Nec refert, ſi per traductionem, ad multas peruenerit linguas. Traductiones enim non ſunt auctorum, ſed translatorum. Ipſe autem prophetaturus per multas dicitur linguas. Accedit quòd his ei dictis, confeſtim in initio capitis vndecimi dicitur de duobus teſtibus Enoch & Elia, vnde patet, non ſimul ſibi dictum diuinitus fuiſſe de tribus teſtibus, ſed diuiſim, in calce decimi de ſeipſo, & acturum in vndecimo de reliquis: quum omnia ſint nota Domino. *Apoc.11.*

Rur

Rurſus ex Euangeliſtis Matthæo & Marco capit. 20. & 10.ipſorum filiorum Zebedæi martyrium magno præconio conclamatur,Calicem quidem meũ bibetis. Calicem hic nemo dubitat,violentam mortem , id eſt martyriũ appellari.Et apud Marcum : baptiſmo quo ego baptizor,baptizabimini. Baptiſmum hìc intelligens effuſionem ſuper ſe proprij ſanguinis. *Mat.20. & Mar. 10.cap.*

Hæc Iacobus & Ioannes non intellexerunt. Adhuc enim terrena,piſcaturam ac retia nimirum, colebant. Ideò de potu , & de baptiſmo aquatico dici putantes , illico ſe poſſe reſponderunt. Et Dominus: Calicem quidem meum bibetis,& baptiſmo,quo ego baptizor,baptizabimini,hoc eſt, ego pro vobis cęteriſque hominibus ſanguinem meũ effundam , ſed vos quoque pro veritate prædicationis veſtræ ſanguinem veſtum effundetis. Hunc calicem baptiſmúmque ſanguinem,Iacobus quidem iam bibit, & baptizatus eſt,ab Herode occiſus , Ioannes verò minimè. Bibiturum ergo quis negat? Chriſtus enim de vtriſque fratribus dixit:Calicem quidem meum bibetis, &c.hoc eſt ſanguine veſtro infuſi,pro veritate moriemini.Et iuxta Chryſoſtomum,martyrij corona potiemini, ac violenta morte, ſicut & ego,à vita decedetis. Credendum igitur eſt Ioannem adhuc viuere , & in extremis temporibus martyrio moriturum,nec credendum ſolum , verũ etiam prædicandum. Hucuſque allata ſunt ac recitata Trapezuntij verba & argumenta Ab illo autem, citra Catholicæ fidei præiudicium,me diſſentire profiteor,& vt omnibus pateat, quæ ab eo producta fuère argumenta,non eſſe inſolubilia , ad rationes eiuſdem ſic reſpondendum duxi.

De expoſitione horum verborum:Si eum volo manere ſuprà plurima à nobis dicta ſunt, & in ſequentibus dicentur. Donec veniam. Diuus Chryſoſtomus , non, vſque ad extrema tempora,vel vſque ad finem ſæculi huius , interpretatur : verùm de excidio Hieroſolymitano. Ad illud quod de tribus teſtibus attulit , Reſpondeo , duos diſertis verbis expreſſos,tertium non exprimi.

Duos autem ſufficere,ac Eliam teſtem maximè idoneũ, & omni exceptione maiorem futurum , quippe qui non auritus tantùm,ſed & oculatus fuerit.

Cùm in monte Thabor Chriſto träsfigurato in gloria præſens adfuerit illi collocutus , vt Matth. 17. copioſiùs narratur. *Mat. 17. cap.*

Quòd verò ex Apocalypſi profertur: De prophetia reiteranda ac repetenda ipſius Ioannis, Reſpondeo id per eius ſcripta impleri facilè poſſe. Et quum donatus eſſet peritia omnium linguarum, ſimul cum cæteris in die Pentecoſtes, Act.2. multis linguis, variisq́; populis per Aſiam diſperſis, viuæ vocis oracula, à regreſſu & reditu ſuo, de inſula Pathmos, prædicare potuit, multis etiam proceribus, principibus & regulis prophetare ſiue Euangelizare, ante obitus ſui diem. Quod denique de calice bibendo propoſuit, dico non officere vel incommodare ſententiæ noſtræ. Bibit enim de calice Domini & ſuo tinctus eſt ſanguine, pro Christo in actis flagellatus cum cæteris collegis & coapoſtolis, in feruentis olei dolium miſſus ſub Domitiano, & ciuili morte, ſiue exilio, quod morti æquiparatur, multatus, atque in inſulam deportatus.

Act.2.

Taceo quod veneni poculum hauſit, ſed diuina ſe præſeruante gratia illæſus permanſit. Sed de eiuſdem matyrio, nedum ſecundum animi deſiderium & præparationem, ſed etiam effectu ac reipſa quamuis non finierit aut conſummatus fuerit morte violenta, ſed ſuaui ac naturali: dicetur (σὺν θεῷ in ſequentibus. Tenendum igitur ac prædicandum potius exiſtimo (ſub ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſura ac correctione) Ioannem diem ſuum obiiſſe. Nam (eodem Trapezuntio citante vbi ſuprà) Tradunt omnes ferè, qui hac de re loquuti ſunt, poſtquam Ioannes ſenſit vltimum aduenisse diem, iuſſiſſe diſcipulos foueam facere: in quam cùm viuus veſtitúſque deſcendiſſet, imperaſſe illis vt abirent, & ſic iacentem in fouea, Dominúmq; expectantē relinquerēt, obtēperarúntq; illi: & poſtero die reuerſi, non inuenerunt ipſum. Hæc ibi.

Nónne iſta ſatis reuincunt & demonſtrant Ioannem ſepultum fuiſſe: in foueam deſcendiſſe: quia ſe moriturum placidè, tanquam dormiret, & ſomnum caperet, pręcognouit: Nónne quiddam ſimile in Eccleſiaſt. hiſtoriis, de quibuſdā ſanctis dormientibus legimus? Præterea, quod Polycrates, apud Euſebium, vt ſ. citatum reperies, & rurſus apud eundem li.5.c.24. Ruffino interprete, teſtatur, mortuum eſſe hunc Euangeliſtam ſatis perſuadet. Magna quędam luminaria apud Aſiam dormierunt, ſummi & electi viri, quos Dominus ſuſcitabit in aduentu ſuo, cùm veniet de cœlis in gloria, & requiret omnes ſanctos ſuos, in quibus eſt Philippus Euangeliſta, qui dormiuit apud Hierapolim,

Euſeb.li.5.hiſt. Eccle.c.24.

rapolim,&c. Necnon & Ioannes,qui ſupra pectus Domini recubuit, qui fuit ſummus ſacerdos & pontificale πέταλον (Hieronymus vertit auream laminam in fronte, habet ſcholion in margine ibidem) geſſit: martyr & doctor Eccleſiæ, qui apud Epheſum dormiuit. Ego Polycrates regionis Aſianæ Epiſcopus octauus.

Septem namque ex parentibus meis per ordinem fuerunt Epiſcopi. Ergo octauus. Sic ibi. Huius ſtandum teſtimonio putarim potiùs, quàm Trapezuntij, aut neotericorum Græculorum, negantium Ioannem adhuc mortuum eſſe, ſatis eſſe nobis debet, eum dormiiſſe Epheſi, & ſicut per dormitionem ſanctiſſimæ Deiparæ mortem eius, ac migrationem è corpore intelligimus, ſimili modo de Ioannis dormitione accipiendum, quia ſcilicet Ioannis deceſſus,ſomnus, potiuſquàm horrida mors fuerit. Sicut & quorundam (ſingulari Dei fauore & priuilegio) obitus,dormitio quædam placidiſſima extitit.In eum finem obſeruabis admirandam ac veridicam hiſtoriam Eccleſiaſticam, de ſeptem dormientibus martyribus apud Epheſum, qui per 372.annos, à temporibus, nimirum Decij, vſque ad tempora Theodoſij iunioris,dormierunt,atque in teſtimonium reſurrectionis excitati ſunt poſtea, vt Gregorius Turonenſis lib.1.de miraculis cap. 95.narrat,& Symeon Metaphraſtes, habetúrque tom. 4. Iulij 27. apud Surium.

Gregor. Turonenſis 1. de miraculis c.95. Suri. to. 4.Iulij 27.ex Symeone Metaphraſte. Et Nicephorus lib. 14.c. 45.hiſt. Eccleſia.

Refert etiam Nicephorus, hiſtoriæ Eccleſiaſt. libr.14.c. 45.Ad hæc,notabis ſimiliter vitam ſanctorum ſeptem aliorum dormientium, quorum corpora in maiori monaſterio continentur (Gallicè *à Marmouſtier pres de Tours*) ipſi conſanguinei & conſobrini erant D. Martini Turonenſis Epiſcopi,filij nempe patruorum eius,qui ad eum vſque ad Turonenſem ciuitatem acceſſerunt, deinde accepta ab eo benedictione, limina Apoſtolorum Petri & Pauli viſitarunt,ac Hieroſolymam ſepulchrum Domini inuiſuri,profecti ſunt, crucémque Chriſti adoraturi, tandem per B.Iacobi ſepulchrum venturi, & redituri ad ipſum ſanctum Martinum, quam longinquam peregrinationem quinquennio peregerunt.Vixerúntque poſt obitum B.Martini: qui ſecundi ab ipſo Abbatis Maioris monaſterij Aichardi nomine, temporibus, illis apparuit media nocte, prænuncians eis diem obitus ſui, Confitemini, inquit, & ſinguli communicate. Miſſáque finita proſtrabitis vos ad orationem.

nem. Viam vniuerſæ carnis ingrediemini, tam à dolore mortis extranei, quàm à corruptione carnis eſtis alieni. Sícque ab Angelis ſuſcipiemini. Quod totum factum eſt, vt beatus Martinus prædixit. Nam finita miſsâ genibus flexis, ſani atque incolumes, viam vniuerſæ carnis ingreſſi ſunt. Abbas Aichardus poſt beatum Martinum ſecundus, non mortuos putabat, ſed dormientes, cùm facies eorum, vt roſa ruberet, caro vt nix ſplendeſceret. Quamobrem per ſedilia ſedere fecit, ſicuti ſoliti erant ſedere in cella ſua. Omnes aduenientes videbant ſanctorum facies, non ſicut mortuorum, ſed ſicut dormientium. Quia licet hominibus mortui eſſent, Deo, cui omnia viuunt, dormiebant. Per ſeptem autem dies, quibus ſuper terram fuerunt, non defuit odor ille ſuauiſſimus. Septimo autẽ die à tranſitu eorum, Abbas Aichardus funeri eorum adfuit, euocato etiam Turonicæ ciuitatis Archiepiſcopo Beato Brictio, vnà cùm clero & populo. Et ſicut erant veſtiti, ſepulti ſunt in ipſa cella, vel oratorio. Hæc de vita & morte ſeptem dormientium ſcripta comperi in quodam originali impreſſo. Vt ad inſtitutum regrediamur, addit vbi ſuprà Trapezuntius.

Vita Sãctorũ 7. Dormiẽtium, cũ quibuſdam opuſculis Gregorij Turonenſ. Archiepiſc.

Quòd poſtero die non fuit in ſepulchro inuẽtus S. Ioannes Euang. Nonne inſolubili argumento eſt, viuum inde aliò tranſlatum? Ita prorſus. Sic ille. Dico autem, id non conuincere, ſicut nec de Moyſi corpore, quamuis non inuenti poſt mortem eius, non propterea tamen dicitur in paradiſum terreſtrem raptus, vel adhuc in terris viuens, & nondum verè ac naturaliter mortuus. Nec eum propterea iam tum reſurrexiſſe affirmamus.

Sic eum volo manere, &c. Vetuſta exemplaria Latina, Sic legunt: Aliqua etiam habent: ſi eum volo manere. Vtraque lectio Latinis ac Græcis Doctoribus non improbata, ſed conſentanea viſa eſt. Et quidem in Miſſalibus, ex Decreto Concilij Tridentini emendatis, Sic, habetur, non, ſi. Vulgata quoque editio ſic, habet. Et Georgius Trapezuntius linguæ Græcæ longè peritiſſimus, cẽſet germanam eſſe vulgatam tranſlationem, quam Eccleſia admittit, opuſculo ſuprà memorato. *Exiit ſermo, &c.* id eſt, euulgatus eſt ſermo iſte inter Apoſtolos, & alios Chriſti diſcipulos, quòd Ioannes non erat mortem ſubiturus. At verò Chriſtus non hoc dixerat, quod non erat moriturus, ſed quòd non erat mortem crucis ſubiturus. Interrogationi nimirum Petri, Hic autem

Georgius Trapezũtius, vbi ſuprà ad Eugeniũ, Pontificẽ Maximum.

autem quid? Reſpondens; Hoc eſt, Quid Ioanni accidet mortis? Quo ſupplicij genere interibit? *Tu me ſequere, ait Chriſtus Petro.* Nempe, per crucis iter: Sed quæro, Si omnes Apoſtoli per mortis iter Chriſtum ſecuti ſunt, cur ſoli Petro dicitur hic à Domino, Tu me ſequere? Nam ſi hoc dixiſſe putas, ob mortis genus, eo quòd crucifigendus erat vt ipſe, falleris: *Quandoquidem Diuus Andreas germanus Petri, in paſſione quoque fuit ſocius, vt ſancta canit Eccleſia.* Et Philippus vnus ex duodecim Apoſtolis cũ Hierapolim Phrygiæ veniſſet, pro Chriſti nomine cruci affixus, lapidibúſque obrutus eſt Calendis Maij. Et Sanctus Simeon filius Cleophæ poſt Iacobum proximus Hieroſolymis ordinatus Epiſcopus, eodem paſſionis genere, quod Saluator noſter ſubierat, afficitur: mirantibus omnibus, quòd homo ætate confectus (erat enim centum & viginti annorum) acerbiſſimos crucis dolores cõſtãter pateretur, veluti Euſebius Hiſtoriæ Eccleſ. l. 3. capite 32. Ruffino interprete, ex Egeſippo retulit. Non ergo ſolus Petrus per crucis iter magiſtrum ſuum ſequutus eſt. Reſpondeo igitur, hoc illi tantùm dixiſſe, eo quòd omnium prælatus eſſet, vertéxque & columen Apoſtolorum, ſignificans, quòd ſi is, qui cæteris præeſt, primus omnium cœleſtem hunc ducem ſequatur, facilè etiam eum cæteri ſequentur. Nemo tamen iuerit inficias, pro ſignificatione paſſionis, Petro dictum fuiſſe: Sequere me. Alioqui Ioannem non excluſiſſet, qui & ipſe, vt diſcipulum decet, Chriſtum ſecutus eſt. Verùm non de hac Chriſti ſequela (quæ omnibus in vniuerſum Diſcipulis eius competit) dixerat Chriſtus præcisè, ſed de imitatione & forma paſſionis & mortis. Latini autem aſſertiuè legunt, Sic eum volo manere, &c. hoc eſt, nolo vt in cruce moriatur, ſicut tu, &c.

Eccleſia.

Egeſipp. apud Euſeb. lib. 3. c. 32.

Quid ad te? Quid tua refert? Optandum eſſet hanc ſententiam omnium mentibus inſculptam eſſe, vt vnuſquiſque diſceret in ſuam vocationem reſpicere. Vnde & Paulus: *Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum? Rom. 14.* Bonum quidem eſt, etiam proximorum curam agere. *Vnicuique enim mandauit Deus de proximo ſuo.* Debemúſque ſinguli quærere non quę noſtra ſunt, ſed quæ aliorum: non tamen debemus anxiari, vel, curioſè ſcrutari, quid Deus ordinauit de proximis noſtris, quoad genus mortis, & quo ad occulta futura: *Vnde & alias Apoſtolis dixit:* Act. 1. *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, &c.* Eccle. 3. *In pluribus ope*

Rom. 14.
Eccl. 17.
Act. 1.
Eccl. 3.

bus operibus Dei, ne fueris curioſus, (bis repetit ſententiam hanc:) Sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper.

Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, &c. Familiare eſt Ioanni Euangeliſtæ dicere, ſe perhibere teſtimonium de geſtis Chriſti, id quod aliis Euãgeliſtis non vſuuenit. Enimuerò Ioannes interfuit omnibus, & ſermonibus, & geſtis Chriſti, quæ vniuerſa oculatè conſpexit: Ideò vt hoc inſinuaret, ait, ſe perhibere teſtimonium: vnde ſuprà dixerat: Et qui vidit, teſtimonium perhibuit, &c. Et quia vera narrabat, idcirco ait, Et ſcimus, quod verum eſt teſtimonium eius. Qui enim exploratam habent rei, de qua loquuntur, veritatem, ita loqui conſueuerunt: Scio hoc eſſe verum. Ioannes ad Magiſtri adulationẽ non ſcripſit hæc, ſed propter veritatem. Etenim qui aſſentandi gratia ſcribunt, ignominioſa prętermittunt, & magnifica proſequuntur. Ioãnes autem exquiſitè ſcriptis mandauit tam ignominioſas Chriſti paſſiones, quàm glorioſa eiuſdem trophæa.

Hinc ſatis conſtare poterit, B. Ioannis Euangeliſtæ celeberrimum encomium. Dilectus enim ſpecialiter vocatus eſt Apoſtolus iſte. *Velut alter Salomon: de quo* 2. Reg. 12. cap. *Vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum. Miſitque in manu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius amabilis Domino, eò quòd diligeret eum Dominus:* Vocatur item honorarius Chriſti comes & ſocius, quia in transfiguratione, in puellæ ſuſcitatione, in horto, & in cruce, in vita, & in morte ſua, Chriſtus eum, ſocium eſſe voluit. Inſuper in cœna altiſſimis contemplationibus illi frui donauit. Neque tortorum & carnificũ manibus eum vitam finire permiſit. Sed ſicuti *redeunti Dauidi ex periculoſiſſima pugna contra Philiſthiim, in qua periclitatus fuerat, dixerunt ſui, ac iurauerunt his verbis: Iam non egredieris nobiſcum in bellum, ne extinguas lucernam Iſraël, 2 Reg. 21.* Ita etiam Dominus voluit, vt D. Ioannes è feruentis olei dolio egreſſus illæſus ac innoxius, nunquam poſtea in tortorum & tyrannorum prælium, egrederetur, vt Martyrio vitam finiret, quin potius placida morte vitam ſuã mortalem terminaret, ne ſcilicet extingueretur lucerna Eccleſiæ. Adeò autem dilectus fuit Ioãnes à Chriſto, vt omnes dignitates, quas inter cæteros ſanctos diſtribuit, in eo vno cumulatè & plenè collocarit. D. Petrus Apoſtolus fuit, non Euãgeliſta. D. Marcus Euangeliſta, ſed non Apoſtolus. D. Laurentius Martyr fuit, non Doctor,

2. Reg. 12

2. Reg. 21

Doctor, D. Auguſtinus Doctor fuit, at non Martyr. Verùm Ioannē Apoſtolum, Euangeliſtam, Prophetam, Doctorem, Cōfeſſorē fecit ac Martyrem. Fuit ille Patriarcha, hoc eſt, ſeptem Eccleſiarum, quæ ſunt in Aſia, pater eximius. Eas ſiquidem optimè informauit ad pietatem, & virtutem omnem ac ſapientiam ſalutarem & cœleſtem *illas edocuit. Apocalyp.1.2.3 c.* Fuit Propheta noui teſtamenti. Apoc.1. Beatus qui audit verba prophetiæ huius, & ſeruat quæ in ea ſcripta ſunt. Fuit Apoſtolus, atque etiā Euangeliſta per Aquilam deſignatus, Ezech.1. *Facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor. Et Prouer. 30. Via aquilæ in cœlo.* Ioannes ſupra cœlos volauit, ſic orſus ab alto. *In principio erat verbum, &c.* Fuit quoque Martyr, nempe in dolio, qua de re ſic antiquiſſimus Tertullianus, lib. de præſcriptionibus hæret. Apoſtolus Ioannes, inquit, poſtea quàm in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt (Romæ ſcilicet ad portam Latinam ſub Domitiano) in inſulam relegatur: Sic ille. Nónne exilium ſeu deportatio mors quædam ciuilis reputatur? Bibiſſe eum venenum tradit veneranda antiquitas. Vnde Iſidorus Hiſpalenſis, de patribus noui teſtamenti agens, ſic de eo ſcribit: Bibens lethiferum hauſtum, non ſolùm euaſit periculum, ſed & eodem proſtratos poculo in vitæ reparauit ſtatum. Hæc ille. Quamobrem pingitur iſte Euangeliſta habens calicem in manu: tùm quia de eo dixit Chriſtus: Calicem meum bibetis, tum vel maximè quia bibit lethiferum poculum. Martyr etiam tunc fuit, cùm cruci aſſiſtens, mortémque magiſtri ſui cernens, grauiter angebatur, illícque non mori, maior erat mors, & ingens cruciatus. Quod ſi obieceris, Mortem in tormentis non obiiſſe, ideóque martyrij palmam non conſequutū. Quæro, an dicere quis audeat, Deum miracula permittere, in ſanctorum ſuorum detrimentum? Minimè profectò. Neque enim miracula erga ſanctos oſtenſa, vllum eis detrimentum, vel præiudicium, ſed vtilitatem potiùs non vulgarem adferre cenſenda ſunt. Roman.8. *Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, &c.* Sed in feruens oleum coniectus. Diuus Ioannes, ſine superueniente miraculo, Martyr vtique fuiſſet, velut in ſartagine aduſtus & vſtulatus. Ergo cùm miraculo etiam Martyr fuit. Nec fuit rationi conſentaneum aut æquum, Martyrij coronam illi detrahere vel eripere, quam vehementiſſimus hic amoris actus merebatur. Nam ſi tunc combuſtus

Apoc. 1. 2. 3. c.

Ezech.1.

Prou.30.

Ioan.1.c.

Tertullianus li. de præſc. hæretic.

Iſidorus de patribus noui teſta. de Ioanne Apoſt. et Euang.

Rom.8.

non

non eſt, & elixus (Gallicè, *Boully en l'huyle*) per eum non ſtetit, ſed hoc accidit, quia ſatis Deo fuit promptiſſima feruentiſſimáque eius voluntas(ſicut in ſacrificio Abrahami,& Iſaac immolatione dicendum)perpetiendæ tolerandæque mortis,opere,quantùm in ſe fuit, adimpleta. Confeſſor fuit,quatenus in nominis Chriſti confeſſione, naturali ſua morte,non violenta,obiit:iuxta illud: Si eum volo manere donec veniam, &c. Epiſcopus etiam fuit Epheſiorum, Doctórque Eccleſiarum Aſiæ ὁ θεόλογος. per antonomaſiam & excellentiam ab antiquis cognominatus.Et denique, Virgo electus à Domino, virginem virgini commendauit. Qua in re maiorem illi amorem oſtendiſſe videtur. Cùm eſſet patriarcha Iacob morti proximus,vt ſingularem amorem quo filium ſuum Ioſeph proſequebatur, oſtenderet,dixit:*En ego morior. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio & arcu meo. Geneſ.* 48. Ita patriarcharum duodecim pater, Ieſus Chriſtus,morti proximus,cùm animam in cruce patri iam redditurus eſſet, vt ſingularem amorem, quo ſuum hunc diſcipulum proſequebatur, oſtenderet:dedit ei partem vnam extra fratres ſuos,id eſt, matrem ſuam vnicè charam illi commendauit,quam tulit de manu Amorrhæi, in gladio & arcu ſuo, hoc eſt, ſuæ crucis ac paſſionis gladio & arcu,illam ne à Diabolo tangeretur vllo modo,præſeruauit,ab omni labe peccati immunem, & expertem, quam Ioannis curæ commiſit dicens:*Ecce mater tua:Ioan.19.* Pē-
Ioā.10.c. debat Chriſtus in cruce moriturus, & vnde venerat redi-
Pſal. 88. turus:*Diſpoſuit teſtamentum electis ſuis, Pſalm.88.*Patri ſpiritum,Eccleſiæ corpus, peccatoribus ſanguinem,latroni regnum, militibus veſtes, Petro Eccleſiam, Apoſtolis Paracletum, & conſolatorem Spiritumſanctum, electis chariſmata liberaliter diſtribuit,aderat ibi dilectus, quid ſibi legaretur expectans.Quid in vltimis dabo tibi ô dilecte?Ecce mater tua:Hęc omnium quę poſſideo,chariſſima & pretioſiſſima gemma.Hanc tibi trado, hanc dono. *Depoſitum cuſtodi ô chariſſime Diſcipule. Verè funes ceciderunt ei in præclaris,& hæc eius hæreditas præclara eſt ſibi.* O magnum dilectionis indicium, ſuo loco apud matrem ſubſtituit eum, & pro ſe filium virgini reliquit. Mater ergo illius eſt, non naturâ, ſed gratiâ, & materna charitate,ac affectione.Vnde & meritò ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam, ſciens,quia verè ſua eſt,quam veritas ſuam dixit.Impreſſit
in hóc

in hoc verbo Dominus ſtatim cordi virgineo, amorem quendam maternum in Ioannem, fortiorem & ardentiorem, quàm ſoleat matribus natura tribuere. Viſceribus etiam Sanctiſſimi Apoſtoli reuerentiam filialem in virginem quidem inſeruit, qualem nullus filius natura habet in matrem. Iam ex hoc intelligere licebit, quantæ fœlicitatis & gloriæ fuerit tot annis poſt Domini aſcenſionem cum virgine commorari, eam ſicut filius alloqui, eius præſentia & iucundo colloquio tam familiariter frui, eius magiſterio imbui, eius exemplo & moribus inſtitui ac inſtrui. Lex Imperialis, & adoptio ſolet filios inſtituere. Sed ille, qui verbo ſuo cuncta creauit ex nihilo, de Apoſtolo filium fecit virginis matris ſuæ, ſuúmque confratrem. Non quod Ioannem, filium virginis naturalem fuiſſe exiſtimem, verùm adoptiuum, & ſecundum charitatis affectum: quamuis non defuerint, qui aſſererent Ioannem, non ſola adoptione filium reputari, ſed etiam miraculoſa quadam operatione diuina, de non filio, factum fuiſſe filium. Sed huic opinioni meam non aſtringo fidem. Dominicus de Dominicis Venetus, Epiſcopus Torcellanus primùm, & poſtea Brixienſis Epiſcopus, ac Referendarius Apoſtolicus, ſacræ Theologiæ profeſſor, Pio ſecundo Pontifici maximo Tractatum quendam de filiatione Ioannis Euangeliſtæ ad B. Virginem, dedicauit ac nuncupauit: vbi inter cætera ſcribit, quòd quidam magiſter antiquus, & qui multos annos Cathedram rexerat, in ſermone ſuo ad populum prædicauit, quòd illa verba dicta à Domino in cruce, ſcilicet, Ecce filius tuus, fuerunt tantæ efficaciæ, & virtutis, quòd per illa Ioannes potuit eſſe factus filius naturalis beatæ virginis Mariæ, ſicut illa verba ſacramentalia, H.E.C.M. hoc eſt corpus meum, ſunt tantæ efficaciæ, quod per illa panis efficitur corpus Chriſti. Quòd cùm eſſet ad curiam Romanam delatum, tamquam propoſitio ſcandaloſa, erronea, & impia. Et idem Magiſter ex doctrina aliquorum, & ſpecialiter Franciſci de Maronis eam defenderet, inuitatus vt in corona aliquid dicerem, adduxi contra eum aliqua argumenta. Proponit autem in dicto tractatu plurima, quæ breuitatis cauſa prætermittenda exiſtimaui. Quomodo verò per hæc verba, Ecce filius tuus, Ioannes potuerit effici filius naturalis Beatæ Virginis, non ſatis capere queo. Nam quomodo quis poteſt eſſe filius alicuius, abſque hoc quod fuerit genitus ab illo, quia parens

Dominicus de Dominicis libello de filiatione Ioan. Euang. ad B. Virginem.

dicitur, qui vel quæ de ſua ſubſtantia genuit aut peperit ſibi ſimilem in ſpecie, ergo filius ille dicitur, qui eſt natus de ſibi ſimili in ſpecie ſua, de eius, inquam ſubſtantia. Cùm ergo nequeat intelligi definitum ſine definitione ſua, ergo non poterit intelligi filius, & non genitus ſiue natus à patre aut matre. Ioannes nõ eſt natus de virgine, ergo non eſt eius naturalis filius. Nec eſt ſimile de verbis conſecrationis & de iſtis, Ecce mater tua: Nam per illa facta fuit tranſſubſtantiatio panis in corpus virtute diuina: per hæc autem non facta fuit tranſſubſtantiatio Ioannis in Chriſtum, ſeu, in alium filium naturalem, quem Beata Virgo habere potuiſſet. An verò per illa verba potuerit produci à Deo relatio filiationis in Ioanne, & quòd generatio non interuenerit. Ingens ſanè difficultas, nec minima dubitatio eſt.

Quia quicquid Deus operatur mediante cauſa ſecunda, in genere cauſæ efficientis, poteſt operari ſine illa. Sed mediante generatione, tanquam cauſa relationis huius, quæ dicitur filiatio, in genere cauſæ ſecundæ efficientis, Deus operatur: vt ſit aliquis naturalis filius alterius. Ergo potuit facere relationem realem, quæ dicitur filiatio, in aliquo homine, abſque generatione actiua & paſſiua illius. In quocũque autem eſt relatio filiationis realis ſubiectiuè, ille eſt filius, ergo erit filius, & non genitus. Non autem adoptiuus, vel impropriè dictus, quia loquimur præcisè de filiatione eadem, quam cauſare ſolet generatio naturalis, quòd, ſcilicet, ſine illa poteſt à Deo produci. Igitur, &c. Perſuadetur inſuper, quia ſi Deus producit filium, mediante ſole & Platone patre ſuo (*Deus enim, ex Ariſtotele, ſol, & homo producunt hominem*) poteſt etiam eum producere ſine parentibus, *ſicut fecit primum hominem, formauitque de limo terræ, ſine patre & abſque matre, in Geneſi*, quia cùm cauſa efficiens ſit extrinſeca, & non de eſſentia rei poterit prima cauſa ſupplere vicem eius. Quæ plus influit in effectum, quàm ipſa cauſa ſecundaria, & cuius virtute cauſa ſecunda agit.

Ariſtoteles.

Geneſ.

Cùm ergo generans, ſit cauſa efficiens relationis, quæ dicitur filiatio: itaque filiatio producitur mediante generatione, tanquam mediante cauſa efficiente ſecundaria inſtrumentali, ex quibus conſequitur & conficitur, quòd Deus poteſt producere filiationem naturalem, quæ eſt quædam relatio in Ioanne, qua referatur ad beatam Virginem,

ginem, dato quod non fuerit generatio actiua beatæ virginis, nec generatio ipſius Ioannis paſſiua. Et ſic cùm relatio denominet ſubiectum in quo eſt, ipſe Ioannes erit verè filius naturalis beatæ virginis. Non obſtante hoc argumento, in ſpecie valdè probabili: dico Ioannem non eſſe naturalem filium B. Deiparæ, diſtinguendo contra adoptiuum, id eſt, eum qui adoptatur loco naturalis filij, cùm alienus ſit. Intelligendo autem de filiatione impropriè dicta, aut per ſimilitudinem, nullam habet difficultatem. Dicitur enim aliquis filius impropriè, quando habet aliquas conditiones vel ſimilitudines cum filio propriè & naturaliter dicto: *vt, Deuter. 32. Nónne ipſe eſt pater tuus, qui creauit te, fecit, & poſſedit te?* Dicimur filij Dei per creationem, conſeruationem, prouidentiam, quam erga nos exercet Deus. *Deuter. 32. cap.*

Nec videtur Deum poſſe facere relationem ſine fundamento: cùm ergo paternitas & filiatio fundentur ſuper potentia actiua & paſſiua, imò ſunt modi & differentiæ determinantes huiuſmodi relatiua, quæ ſunt pater & filius, & diſtinguentes ipſa, ſicut colligitur ex Philoſopho in Metaphyſicis, vbi ponit huiuſmodi relatiua fundata ſuper actiuo & paſſiuo, ergo cum penes fundamenta accipiantur differentiæ relatiuorum, & impoſſibile ſit aliquid eſſe ſine differentia eſſentiali determinante ipſum, non poterit eſſe aliquis filius ſine generatione paſſiua. Non eſt autem Ioannes genitus de virginis ſubſtantia, Neque ergo eius erit naturalis filius. His accedit, quòd ſi relatio filiationis non requirit generationem, ſed poſſit poni à Deo in aliquo ſine re alia, ſequitur quòd poterunt eſſe multi filij naturales Dei, quod eſt hæreticum. Poſſet enim à ſimili ponere in Ioanne Deus relationem realem filiationis ad Deum, ſicut per te potuit ponere relationem realem filiationis reſpectu Mariæ. Tuncque diceretur per te realiter filius naturalis Dei, referretúrque ad Deum, quod ſuſtineri non debet, & à vero abhorret. Item in filiatione non ſufficit natura ſpecifica, quia homo generat hominem ſibi ſimilem in natura, ſed requiritur etiam generatio de ſubſtantia ſua. Ioannes non fuit de virginis ſubſtantia genitus. Igitur propoſitum. Ad argumentum allatum: Quando Deus agit aliquid mediante cauſa ſecunda, &c. Reſpondeo, Si illa ſecunda ſit ſolum in genere cauſæ efficientis, tunc poteſt agere ſine illa: Si autem vltrà hoc, quòd ſit *Ariſtoteles in Metaph.*

cauſa efficiẽs. Habeat etiam alium modum cauſandi, tunc non oportet, quod poſſit agere ſine illa, ſicut non poteſt facere actum voluntatis, ſine potentia voluntaria, vel ſaltem, ſine ipſa anima omnino: quia licet anima ſit cauſa efficiens actus ſui in genere cauſæ efficientis, tamen eſt etiam in genere cauſæ materialis & receptiuæ. Materiæ, nimirum, in qua quidpiam recipitur, non ex qua, quæ eſt altera pars compoſiti. Nam ſecundum Philoſophum in naturalibus, cauſa efficiens non concidit cum tali materia, quæ eſt pars compoſiti, nec efficiens & forma concidunt in idem numero, loquendo de forma propriè, non de illo, quod laxato vocabulo dicitur forma, id eſt determinans & declarans quidditatem, non perficiens materiam. Et quando dicebatur, quòd generatio actiua, & paſſiua ſunt cauſæ iſtarum relationum paternitatis ſeu maternitatis & filiationis, in genere cauſæ efficientis: Dico, quòd non ſolùm ſunt in illo genere cauſæ, ſed etiam in genere cauſæ formalis, capiendo formam liberè non ſeuerè, nempe pro omni determinante rem ad eſſe. Non ſolùm ipſum fundamentum eſt cauſa effectiua relationis, ſed etiam quodammodo formalis, quia determinat ipſam relationem ad certam ſpeciem, vnde penes diuerſa fundamenta accipiuntur diuerſę ſpecies & modi relationum. Fundamentum igitur, cùm non ſit ſolùm cauſa efficiens relationis, ſed etiam ſit cauſa formalis determinans, ſine qua ipſa relatio nec eſſe nec intelligi poteſt: Sequitur, quòd non poſſit eſſe verè filius, niſi genitus. Et in hoc fuit error proponentium talem propoſitionem: Quidquid poteſt Deus cum cauſa ſecunda, &c. quia crediderunt, quòd hoc eſſet ſolum cauſa efficiens, ſed hallucinati ſunt. Ad hæc, filius naturalis & adoptiuus ita differunt, quia naturalis nunquam fuit non filius. Adoptiuus autem aliquando fuit non filius, & poſtea factus eſt filius. Sic Magiſter, lib. 3. Sentent. diſt. 10. Chriſtus, inquit, etiam ſecundum quod homo, non eſt adoptiuus filius, ſed naturalis tantùm, quia natura filius Dei eſt, non adoptiuus gratia. Adoptiuus autem filius non eſt, quia priùs non fuit, & poſtmodum adoptatus eſt in filium, ſicut nos dicimur adoptiui filij: quia cùm nati fuerimus iræ filij, per gratiam facti ſumus filij Dei. Chriſtus verò nunquam fuit non filius Dei, & ideò non eſt adoptiuus filius. Hæc Magiſter. Sed per te poſita tali relatione in Ioanne ad beatam virginem, ſine generatione præuia, aliquando

Ariſtoteles in lib. Phyſicorum.

Magiſter li. 3. Sententiarum di. 10. Litera D.

Ioannes

Ioannes fuit, & non habuit illam relationem. Igitur aliquando fuit non filius, & poſtea eam habuit, & ſic de non filio, factus eſt filius, ergo non naturalis, diſtinguendo contra adoptiuum. Vnigenitus autem, neque fuit aliquando non filius, neque fuit aliquid antequam filius. Ex prædicto Theologo de Dominicis, maxima ex parte hæc collecta & deſumpta fuêre. Interim ne cui videatur Franciſcum noſtrum De maronia arbitratum fuiſſe, Ioannem Euangeliſtam horum virtute verborum, Ecce mater tua, &c. factum fuiſſe virginis naturalem filium, ſed potius adoptiuum, verba eius in ſermone primo de eodem Euangeliſta ſubſcribam. Nona conſideratio, ait, eſt, de ſacramento ſuæ adoptionis, quando verbo Saluatoris factus fuit filius matris Dei: ad virginis aliquale ſolatium, ad quod leges humanæ adinueniunt adoptionem, non niſi in ſolatium eis, qui filiis ſunt orbati: Ita Christus in ſolatium ſuæ matris, pro filio naturali, quem amittebat, dedit ei ac ſubrogauit filium adoptiuum. Item ad virginis debitum obſequium: Ideò Christus loco ſui, beatum Ioannem inſtituit, vt matrem cuſtodiret, eíque miniſtraret. Vnde Ioannes factus fuit filius virginis adoptiuus, ſicut Christus eſt naturalis. Et ſicut in naturalibus eſt miraculum eſſe filium virginis naturalem, eodem modo in politicis, quod habeat filium adoptiuum. Item fuit frater Christi adoptione. Hæc ibi De maronis. O verè egregium diſcipulum! qui matrem Domini audiuit ſe de arcanis inſtruentem. Quid ab ea non didicit; Omnia, quæ à filio in familiaribus locutionibus ipſa audierat, in ſanctum Ioannem, ſicut in filium, ea libentiſſimè transfudit. Sed illud omnium maximum & ſupremum eſt, quòd ſupra pectus Domini recubuit, vt ſuprà fuſiſſimè tractatum eſt. Tanti, itaque patroni precibus ſuffulti, adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ Dei, per Ioannem, in quo eſt Dei gratia, ad Sanctiſſimam Deiparam, matrem gratiæ, confugientes, & per virginem aduocatam noſtram, ad Chriſtum Deum eius filium accedentes, qui nobis gratiam hìc largiri dignetur, in futuro autem gloriam, &c. AMEN.

Franciſc⁹ de Maronis, ord. minorũ, ſer. 1. De B. Ioãne Euang.

***

CAPVT SECVNDVM DE EODEM EVANGELISTA.

Excerpta quædam ex variis haud pœnitenda.

Corneli⁹ Iãſenius in cõcor. Euang. ad præſens Euang.

COrn. Iãſenius Gandauenſis Epiſcopus, ſuis in concordiam Euangelicam commẽtariis expendens hunc ſacri Euangelij contextũ, ita ſcribit: Chriſtus ſurgens à cõuiuij loco, & ad eundum aut ambulandum ſe præparans, inuitat Petrum ad ſequẽdum ſe corporaliter, ipſa corporali ſequela monere illum volens, ad ſequendum ſe in his, quæ dixit nempe in cura ouium paſtorali, & crucis ſupplicio perferendo. Cùm ergo Petrus poſt Ieſum ambulare pergens, reſpexiſſet, & vidiſſet diſcipulum quem diligebat IESVS etiam ſequentem, quãquã iuſſus non eſſet ſequi, rogauit Dominum, quid is facturus eſſet, aut paſſurus pro ipſo? Audiuit Dominum ob confeſſum amorem ſibi committere oues ſuas, atque conſortiũ glorioſæ mortis promittere: Cogitauit quomodo & Ioannes ſingularem erga Dominum gereret amorem, & viciſſim ab eo intimè diligeretur: Vidit illum & ſi non iuſſum, etiam ſequi Dominum, tanquam à quo præ amore diuelli non poſſet: Reputauit ſecum quòd & ille cupidus eſſet audiendi mortis ſuę genus, & quia hunc vnicè diligebat, etiã ipſe quid de illo futurum eſſet, cupiuit cognoſcere. Itaque iam ex familiari Chriſti colloquio audacior factus, partim ex amore, quo Ioannem proſequebatur, quem modeſtiæ cauſa iudicauit non auſum de ſe rogare, cùm alioqui ipſa ſequela ſatis indicaret ſe cupidum rogandi de ſe, partim ex curioſitate, ad quam amor eum pertraxit, de Ioanne rogat dicens: Hic autem quid? ſupple, facturus eſt aut paſſurus? Nam & ipſe te ſequitur: Num & ipſe eadem nobiſcum mortis via gradietur, qui eadem mecum te diligit dilectione? Qui & recubuit ſuper pectus Domini, &c. Id dixerim in memoriam reuocatum, in ſignum ſpecialis & eximiæ dilectionis, quæ fuerit inter Chriſtum & Ioannem, vt cui ſoli datum fuit recumbere ſupra pectus IESV, quique

ſolus auſus fuit de traditore eum percunctari. Cæterùm hanc ſuperuacuam Petri de Ioanne curam corrigens Dominus,& ad id,quod ad ſe pertinebat, conſiderandum excitans,vt nempe ſatageret rerum ſuarum,reſpondit: Si eũ volo manere donec veniam.Quidam,teſte Auguſtino,putant Ioannem in ſepulchro ſuo adhuc viuum iacere, ibique dormire vſque ad nouiſſimum diem, aſſumentes in argumentum quòd illic terra ſenſim ſcatere,& quaſi ebullire perhibeatur, atque id eius anhelitu fieri aſſerentes. Quòd autem verè adhuc dormiens non iaceat in ſepulchro,argumẽtatur Diuus Auguſtinus ex dilectione Chriſti erga Ioãnem.Quomodo enim diſcipulo, quem diligebat I E S V S præ cæteris,in tantum vt ſuper pectus eius diſcumbere mereretur, pro magno munere longum donaſſet in corpore ſomnum, cùm beatum Petrum per ingentẽ martyrij gloriam ab onere ipſius corporis ſoluerit, eique conceſſerit,quod Apoſtolus Paulus ſe concupiſſe dixit, & ſcripſit,*diſſolui , & eſſe cum Chriſto* , Philipp.1. Quæro ego, Quis vnquam, quæſo, talem ſomni naturalis dormitionẽ, per mille quingentos circiter annos,vel in probata aliqua legit vnquam hiſtoria, vel à fide dignis teſtibus audiuit aut accepit?Nónne prodigium vel monſtrum potiùs, imò fidem hominum excedens id videtur? Sequitur apud Ianſenium vbi ſuprà. *Phil. 1.c*

Omnino credendum ideò Ioannem ſcripſiſſe, non dixiſſe Dominum,non moritur, ne illis verbis quæ dixit, Si eum volo manere, donec veniã:hoc voluiſſe intelligi putaretur, ſed putaretur potius & ipſe Ioannes iuxta commune debitum naturæ humanæ mortem ſubiturus, quam iam eum ſubiiſſe, vniuerſa per orbem Eccleſia ſatis ſe declarat credere, dum per ſingulos annos depoſitionis eius diem celebrat, meritorum & orationum eius (tanquam cum Chriſto in cœlo regnantis, vt verè ita eſt) ſuffragia implorans.Teſtati ſunt & qui poſt ipſum apud Epheſios epiſcopatu functi ſunt.

Vt Polycrates Epheſiorum Epiſcopus (ſicut ſuprà non ſemel protulimus). Quod autem reliquiæ corporis eius neque in ſepulchro, neq; alibi vnquam ſunt repertæ, piè creditur poſt mortem,ſicut & Mariam,ob ſingulare priuilegium charitatis, ipſum mox reſuſcitatum, corpore immortali translatum in cœlos, *vt ad inſtar dilecti Benjamin, duplicem acceperit præ aliis portionem, Geneſ.43. capit. Maior* *Geneſ. 43.cap.*

 pars,

pars, ait ſacer contextus, venit Benjamin, ita vt quinque partibus excederet. Sic Corn. Ianſenius. Ego, vt meam explicem ſententiam, (ſaluo ſemper meliore iudicio) non auſim reiicere eam opinionem.

Regula iuris. in 6. Decr.

Cùm admodum probabilis appareat, & iuxta regulam iuris peruulgatã, tritiſſimámve, fauores ampliandi ſint, & veroſimillimum ſit, ſi corporis extarent in terris aliquot reliquiæ, peregrinationis religioſæ viros ſtudioſos, ea de re certum aliquid reſcire potuiſſe, & publicam de his reli quiis, in Eccleſia eſſe famam, nec omninò in hunc vſque diem ignotas permanſuras & ſub terra deliteſcentes. Adde quod, ex priuilegio amoris præcipui, huic plurima à Domino fuere conceſſa, quæ nulli alij Dominus communicauit. Potuit igitur & hoc ex ſpeciali dono ac prærogatiua ei liberaliter impartiri, vt in corpore & anima, cœleſti perfruatur beatitudine. Quod autem ſuprà de Ioanne Baptiſta, Petro, ac Paulo magnis Apoſtolis, per inſtantiam citatum eſt à nobis, & quaſi oppoſitum huic opinioni, ponenti Ioannem quidem mortuum eſſe, & è viuis exceſſiſſe, ſed paulò poſt, à mortuis ſuſcitatum eſſe, nihil officit: quia quod vni conceſſum aſſeritur, non ob id ſtatim omnibus eſſe concedendum iudicari debet & reputari, Matt. 20. *Annon licet mihi facere quod volo? Amice non facio tibi iniuriam.*

Vtrumuis teneas, ſiue Ioannem Euangeliſtam ſtatim poſt ſuum obitum ac ſepulturam, vel deſcenſum in foueã, poſt aliquod temporis interuallum, & interſtitiũ, ſeu ſpatium aliquot horarum au paucorum dierum (Deus ſcit) reſuſcitatum fuiſſe, & cum corpore & anima in cœlum aſſumptum fuiſſe, ſiue corpus eius adhuc in terra (vbicumque Deus voluit ac decreuit) contineri, ac latére, vt nullæ eiuſdem compertæ ſint, & conſpicuæ reliquiæ: Vtrumlibet inquam, dixeris, abſque fidei Catholicę iactura & damno, probabiliter dici poſſe exiſtimo.

At verò probabiliùs ac omnium probabiliſſimè teneri poteſt, & piè creditur, Ioannem priuilegio iſto ſpeciali donatum, vt in corpore & anima Deo fruatur & glorioſam in cœlo habeat manſionem.

Si eum volo manere donec veniam, quid ad te: Tu me ſequere, ait Dominus. Proſequitur deinde Corn. Iãſenius, dicens: Trapezuntius libello quodam ſuper hoc loco edito ad Papam omninò contendit legendum eſſe ſic; & in-

terpretem eo modo rectè vertiſſe, & tum ex hoc loco, tum ex aliis, aliquot argumentis, conatur oſtendere Ioannem needum eſſe mortuum, ſed cum Enoch & Elia viuentem, venturum cum eis ante iudicium. Verum, vt rationes illius non concludunt, ita iam dicta ſententia magis cõcordat cum Eccleſiæ traditione. Sic ille. Veriorem ſemper Eccleſiæ de Ioannis morte ſententiam, teneto: à qua auelli te ne ſineris aut tuleris vnquam. Suffragatur & iſtud Euangelicum dictum: Non dixit IESVS non moritur. Item, correcta videtur fuiſſe hæc opinio, quòd non moreretur Ioannes, hoc contextu: Cùm enim retuliſſet Ioannes occaſione horum verborum Domini: Si eum volo manere exiiſſe ſermonem inter fratres, quòd diſcipulus ille non moreretur, tanquam corrigere volens, hanc ex verbis Domini conceptam opinionem, ſubiecit: Et non dixit IESVS non moritur, &c. Non ergo per hæc verba: ſi, vel, ſic, eum volo manere, &c. aut per alia æquiualentia intendit CHRISTVS declarare, quod non moriturus eſſet Ioannes. Nemo enim rectè negauerit quempiam dixiſſe aliquid, ſi illud verbis licet aliis ſignificare voluerit, Si eum velim manere, &c. Quid ad te? Quoniam curioſa magis quàm vtilis rerum alienarum inquiſitio eſt, Reſpondet quidem Petro Chriſtus Dominus, ſed ita vt rogãtis animum abducat ad alia, nec mortis expertem futurum Ioannem ait, ſed ſi eum volo, &c. quid ad te? Id eſt, audiſti Petre, quæ ad te pertinent, cur aliena quæris? Cur diuinæ iuſtitiæ ſecreta rimaris? Nam ſi etiam vellem minimè iſtum mori, quid ad te? quid tu conſolationis inde conſequereris? Non erit ergo prudens curioſus, ſi quid paſſurus ſit, vtrum etiam alij eadem ſubibunt an non? cùm aliorum calamitate pericula ſua non mitigentur.

Quamuis communiter inſitum eſſe hominibus videatur, vt optent, ſiquid periculi ſint ſubituri, non eſſe ſolos, ſed cæteros etiam, aut videre ſimilia pati, aut ſaltem audire perpeſſos fuiſſe, aut omnino idem paſſuros.

Sic eum volo manere, &c. Dictum intellige, non omnino affirmatiuè ſed conceſſiuè, Dominúmque loquutum vulgari more, quoad retundẽdam curioſam alicuius quæſtionem nonnunquam aliquid affirmatiuè pronunciamus, non quòd ſic ſit, quomodo dicitur, ſed quòd hoc ei donemus, & vt vulgò dicitur, caſum ponamus, vt ſit ſenſus: ſit ſic, quòd ſic eum velim manere donec veniam, &

vt hoc tibi dem, quid iam id ad te? Non ob id tu à prædicta liberaberis morte, nec eo minus tibi curandum, vt quod tibi iniunctum eſt, exequaris.

Conſtat autem Ioannem hæc de Petri ſuáque morte præſenti Euangelio ſcripſiſſe poſt mortem Petri, quam ſub Nerone perpeſſus fuerat in cruce.

Euangelium ſiquidem vel in ſuo exilio in Pathmos inſula, vel poſt reditum ab exilio conſcripſit, ſub Domitiano nimirum tyranno, aut aliquanto poſt. Itaque hoc de Petro tum ſubſcripſit, quo oſtenderet prædictionem Domini fuiſſe veriſſimam. De ſe verò hæc ſcripſit, fortè quoniam ob vitæ eius longęuitatem, exiſtimare quidam cœperint poſt Apoſtolos, ipſum non moriturum, qui omnibus pœnè ſuperuixit Apoſtolis. Peruenit enim, vt ex hiſtoriis fide dignis conſtat, vſque ad Traiani tempora, moriens ſexageſimo octauo, poſt paſſionem Domini anno, hoc eſt, triginta propemodum annis poſt excidium Hieroſolymitanum per Veſpaſianum. Hactenus ex Ianſenio ferè omnia mutuati ſumus. Nunc venerabilis Bedæ concionem excellentem & egregiam hoc de feſto, delibabimus, & quæ ſunt noſtro inſtituto congrua ac conuenientia, ſeligemus. Is igitur tomo 7. ſuorum operum, Homiliis hyemalibus de ſanctis, valdè appoſitè ſic ſcribit: Cùm dixiſſet IESVS Petro: Sequere me, id eſt, crucem patiendo imitare, ſurrexit de loco conuiuij, & abire iam cœpit. Secutus eſt autem eum Petrus etiam inceſſu pedum, cupiens implere quod audiuit, Sequere me.

Beda venerabilis, tomo 7. Conc. de S. Ioãne Euãg.

Secutus eſt & ille diſcipulus, quẽ diligebat IESVS. Neque enim arcendum ſe à conſectatu Chriſti putabat, qui non minori ſe gratia dilectionis à Chriſto complexũ nouerat. Neque incredibile eſt ideò vtique hunc diſcipulum corporali greſſu veſtigia Domini ſecutum, quia necdum intellexerat, quid ſignificauerit in eo, quod Petrum ſe ſequi præcepit. Diligebat autem Ieſus Ioannem, quem ſpecialis prærogatiua caſtitatis ampliori dilectione fecerat dignum: & qui virgo electus ab ipſo, in æuum permanſit. Tradunt namque hiſtoriæ, quòd eum de nuptiis valentem nubere, vocauerit: & propterea quem à carnali voluptate retraxerit, potiore ſui amoris dulcedine donauit. Denique huic moriturus in cruce, matrem ſuam commendauit, vt virginem virgo ſeruaret, & ipſo poſt mortem ac reſurrectionem cœlos aſcendente,

non

non deeſſet eius genitrici filius, cuius caſta vita caſtis eius tueretur obſequiis. *Et quia in pectore* I E S V, *ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, Colloſſ.2.* Meritò ſuprà pectus eius recumbit, vel, recubat, quem maiore cæteris ſapientiæ & ſcientiæ ſingularis munere donat. Quanta de pectore I E S V fluenta doctrinæ cæleſtis, quæ nobis ructaret, hauſit Ioannes! Sic eum volo manere,&c. Non, inquit, cum per paſſionem martyrij volo conſummari, ſed abſque violentia perſecutoris, diem expectare nouiſſimum, quando ipſe veniens eum in æternæ beatitudinis (conſummatæ & completę in anima & corpore, ſubintelligendum puto iuxta illorum ſententiam, qui ponunt eum in Paradiſo cum Chriſto eſſe, ſecundum animam duntaxat, nondum cum corpore) manſione recipiam. Et quidem hanc Domini reſponſionem fratres tunc temporis ita tractabant, quaſi Ioannes nunquam eſſet moriturus. Quod non ita eſſe intelligendum ipſe Ioannes admonere curant, adijciens & dicens: Et non dixit ei I E S V S, quia non moritur, ſed, ſic eum volo manere,&c. Non ergo putandum, quia diſcipulus ille non ſit mortuus in carne, quia nec Dominus hoc de illo futurum prædixit. *Et Pſalmiſta ait, Quis eſt homo, qui viuit, & non videbit mortem? Pſalm.88.* Sed ita potius intelligendum, quòd cæteris Chriſti diſcipulis per paſſionem conſummatis, ipſe in pace Eccleſiæ aduentum vocationis expectauerit, & quia vltimum in pace ſenium finierit, vt pote Eccleſiis Chriſti per Aſiam, quam regebat, iam longè latéque fundatis. Interim à Domitiano Cæſare in feruentis olei dolium miſſus, in Eccleſiaſtica narratur hiſtoria, ex quo tamen diuina ſe protegente gratia, tàm intactus exierit, quàm fuerat à corruptione concupiſcentiæ carnalis extraneus. Nec multo pòſt ab eodem principe propter inſuperabilem Euangelizandi conſtantiam in Pathmos inſulam exilio relegatur. Vnde conſtat promiſſionem ſic manendi, donec veniret Dominus, non eò pertinere, quòd ſine labore certam inis victurus eſſet in mundo, ſed illò potiùs quod ſi ne dolore paſſionis tranſiturus eſſet è mundo.

Colloſſ.2

Pſal. 88.

Etenim cùm longo confectus ſenio ſciret imminere diē receſſus ſui, conuocatis diſcipulis, deinde deſcendens in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum, facta oratione appoſitus eſt ad patres ſuos, tàm liber à dolore mortis, quàm à corruptione carnis inuenitur alienus. Atque ita completa eſt veridica

veridica Saluatoris ſententia; quia ſic eum voluerit manere, donec ipſe veniret (nimirum ad futurum iudicium.)

Qui teſtimonium perhibet de his, &c. Idem venerabilis Beda vbi ſuprà. Perhibuit quippe Ioannes teſtimoniũ verbo Dei, prædicando, perhibuit ſcribendo, perhibuit denuò eadem quæ ſcripſerat docendo. Perhibet etiam nũc Euangelium, quod deſcripſit Eccleſiis legendum, pandendo. Siquidem à tempore Dominicę Aſcenſionis in cœlum vſque ad vltima Domitiani principis tempora, per annos circiter ſexaginta quinque, abſque vllo ſcribendi adminiculo verbum Dei prædicabat. At vbi à Domitiano, qui ſecundus poſt Neronem Chriſtianorum perſecutor extitit, in exilium miſſus eſt, irrumpentes in Eccleſiam hæretici, quaſi in deſtituta paſtore ouilia lupi, Marcion, Cherintus, & Hebion, qui Chriſtum fuiſſe ante Mariam negabant, ſimplicitatem fidei Euangelicæ peruerſa maculauere doctrina. Sed dum poſt occiſionem Domitiani, permittẽte pio principe Nerua rediret Epheſum, rogatus ſanctum conſcripſit Euangelium. Hactenus Beda doctor eximius. *Nota.* Nota quomodo ſeipſum, ſuis in Epiſtolis, ſeniorem vocet, quia ad centum propè peruenit annos. (vt ex Eccleſiaſticis colligi poteſt hiſtoriis.) Nec prætereundum arbitror, quòd plu ries ſeipſum diſcipulum, quem diligebat IESVS, appellet in Euãgelio à ſe deſcripto. *Ioan. 13. & ca. 19. & ca. 20* Primò in cœnæ myſteriis, Ioan. 13. *Erat recumbens vnus ex diſcipulis eius, in ſinu* IESV, *quem diligebat* IESVS, *&c.* Secundo in Caluaria, tempore paſſionis, cap. 19. *Cùm vidiſſet* IESVS *in cruce pendens, matrem & diſcipulum, quem diligebat.* Tertiò in myſterio reſurrectionis, cap. 20. *Cucurrit Maria Magdalena, & venit ad Simonem Petrum, & ad aliũ diſcipulum, quem amabat* IESVS. Quartò in myſterio Dominicæ apparitionis, cap. 21. *ad mare Tyberiadis, aliis non cognoſcentibus quia* IESVS *eſt; qui illis apparebat, dixit diſcipulus ille, quẽ diligebat* IESVS *Petro, Dominus eſt.* *Ioan. 21.* Quintò in myſterio præſenti, Ioan. 21. *Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat* IESVS *ſequentem:* Sed tempus eſt huic concioni finem imponere exoptatum vt ad poſtremam homiliam tandem perueniamus, quæ erit in ordine. 36. & de Circunciſione Domini ſpeciatim tractabit.

De ſanctis Innocentibus ſermonem non conſcripſimus, quia multis in locis illo die non fit ad populum concio. Quod ſi cui neceſſe ſit tunc concionari, ex præteritis homiliis

miliis Prophetæ Ioëlis. Continuare poterit,indéque quod è re ſua fuerit, reſumere, & concionem apparare, prout Deus ei ſuggeſſerit. *Ipſi honor & gloria per æterna ſæcula.* AMEN.

HOMILIA XXXVI. ET OMNIVM CONCIONVM ADuentualium per Enneades diſpoſitarum poſtrema.

IN DIE CIRCVNCISIONIS DOMINI.

Poſtquam impleti ſunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum eſt nomen eius IESVS.*Quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquàm in vtero conciperetur.* LVC. 2. CAP. Luc.2.

INTER omnia teſtamẽti veteris ſacramẽta,nihil circuncisione ſolemnius, antiqua celebrauit religio;nec tantùm in Hebræos, ſed etiã in Phœnices, & Arabes, ſeu Iſmaëlitas,& Agarenos,(Turcos ſiue Sarracenos vulgus appellat) hæc traditio inoleuit. Circumciſionis mandatum accepit Abraham. Geneſ.17. cap. Gen. 17. his verbis: *Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit,delebitur anima illius de populo ſuo,&c.* Chriſtus itaque vt ſe comprobaret eſſe de genere Abrahæ, (*quia ſemen Abrahæ apprehẽdit:Heb. 2.cap.*Ideo circumciſionis ſignaculo voluit inſigniri.Quẽadmodum autem Gentiles circumciſi ad Iudæos tranſirẽt, Heb.2.c. extat exemplum Sichimitarum, in Geneſi c.34. *Reſponderunt filij Iacob, Sichem volenti Dinam ſororem ipſorum ducere vxorem:Non poſſumus dare ſororem noſtram homini incircumciſo: quod illicitum & nephariũ eſt apud nos. Sed in hoc valebimus fœderari,ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri.* Et, *aiunt illi,Circuncidatur in vobis omnis maſculini ſexus.Tunc dabimus & accipiemus* Gen.34.

cipiemus mutuò filias veſtras, ac noſtras: & habitabimus vobiſcum. Si autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam noſtram, & recedemus. (Hoc rectè dicetur & accommodabitur aduerſus diſpar coniugium, &, vt ita dicam, claudicans matrimonium, inter orthodoxum & hæreticam, quod illegitimum cenſetur, & lege vetitum Eccleſiaſtica. Qua de re fuſiùs, opuſculo quodam Gallicè à nobis edito, egimus, ideóque nunc ſuperſedemus.) *Aſſenſi ſunt omnes, circuncisis cunctis maribus. Et ecce die tertiò, quando grauiſſimus vulnerum dolor eſt, interfectis omnibus maſculis, Sichem pariter occiſus eſt.* Hactenus ſacer contextus. Ex quo cogitãdum relinquitur, quàm acerbum & grauem dolorem Chriſtus octo dictum paruulus & infantulus, in delicatiſſima & tenerrima carne ſua pertulerit, dum fuit circunciſus. Patet etiam inde, quòd gentiles Iudaicam profeſſi religionem, circunciſionem quoque aſſumebant, *Vnde* Iudith 14. *Achior videns virtutem, quam fecit Deus Iſraël, relicto gẽtilitatis ritu, credidit Deo, & circuncidit carnem præputij ſui, & appoſitus eſt ad populum Iſraël, &c.*

Opuſculum noſtrũ Gallicè conſcriptũ, De non ineundo à Catholicis cum hæreticis mulieribus coniugio.

Et Ioſephus lib. 13. antiq. Iudaicarum cap. 17. Gelenio interprete ita ſcribit: Hircanus Idumææ vrbes cepit, ſubiugatíſque omnibus Idumæis, edixit vt circunciderentur, niſi mallent è propriis pelli ſedibus. At illi amore patriæ admiſerunt & circunciſionem, & reliquam iuxta Iudaicos ritus viuendi formulam: atque ex eo primùm tempore inter Iudæos cenſeri cepti ſunt. Hæc Hyrcanus pontifex fecit. Moyſes diſertis verbis *Leuit. 12. cap.* circuncidi puerulum iuſſit, dicẽs: *Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, &c. Die octauo circuncidetur infantulus.* Vnde *Ioan. 7.* Chriſtus aiebat Iudæis: *Moyſes dedit vobis circunciſionem, non quia ex Moyſe eſt, ſed ex patribus, & in ſabbatho circunditis hominem, vt non ſoluatur lex Moyſi, &c.*

Iudith 14. c.
Ioſephus antiquitatũ Iudaicarũ li. 13. c. 17
Leuit. 12
Ioan. 7. c.

Circunciſio multis etiam gentibus ac populis communis fuit, nedum Iudæis, qui eo nomine à prophanis Poëtis recutiti vocantur, & proſcinduntur (quia nimirum illis à glande reſecta eſt cutis) vnde Martialis lib. 7. Epigramm. 29. In Cæliam Romanam puellam proiectiſſimæ libidinis ſic inuehitur.

Martialis lib. 7. Epig. 29. in Caliã.

Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum.

(Gallicè *retaillez ou cizaillez*, diceremus tales circunciſos.) Vocantur etiam Verpi, quia ſcilicet verpam, hoc eſt, mentulam, ſiue pudendam partem habent præputio nudatam:

hine

hinc idem obſcœnus Poëta, vbi ſuprà Epigramm. 81. De *Idẽ, vbi* Menophilo. *ſuprà E-*

Delapſa eſt miſero fibula, verpus erat. *pigr. 81.*

Itẽ Iuuenalis Satyr. 14. de Iudæis verba faciens, ita cecinit. *De Me-*

Mox & præputia ponunt, *nophilo.*

Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius, *Iuuena.*

Tradidit arcano quodcunque volumine Moſes: *Satyr. 14*

Deinde addit,

Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.

Appellantur denique ab Horatio lib. 1. Sermonum Satyr. 5. verſus finem, Apellæ, quaſi ſine pelle ob circumciſionem. Sic enim ille Satyricè & mordaciter. *Horat. l. 1. ſermo. Satyr. 5.*

Perſuadere cupit, credat Iudæus apella, *ſub finẽ.*

Non ego:

Et noſtro æuo Turcarum gens nulli non cognita, noſtrorum principium incuria, atque noſtris id exigentibus peccatis, in ſummum humanarum rerum faſtigium collocata. Aiunt hanc gentem Iudaico more eſſe apellam, & circuncidi ſolitam. Et Ægyptiorum ſacerdotes circumciſionem in vſu habebant, aliíſque auctores ſuſcipiendæ circumciſionis fuerunt: quod Ioſephus lib. 2. contra Appionem ſic aſſerit: Illi omnes circumciduntur, & à porcinis abſtinent carnibus. Et non ſolum vtuntur ritibus iis quos in nobis culpat iſte, ſed etiam alios circuncidi docent, ſicut dixit Herodotus. *Ioſephus lib. cõtra Appionẽ ſecundo.* Idem Ioſephus libro contra Appionem priore, Neque, inquit, Herodotus Halicarnaſſæus noſtram ignorauit gentem. De Colchis enim referens in ſecundo libro ſic dicit: Soli autem inter omnes Colchi & Ægyptij & Æthiopes verenda ab initio circũcidunt. *Idem libro cõtra eundem priore.* Phœnices verò & Syri in Paleſtina confitentur hoc ab Ægyptiis didiciſſe. Syri autem qui circa Thermodoontem & Parthenium fluuium commorantur, & his vicini Macrones à Colchis dicũtur nuper didiciſſe. Hi namque ſunt inter homines ſoli, qui circunciduntur, & iſti ſicut Ægyptij facere dicuntur. De Ægyptiis autem & Æthiopibus dicere non poſſum vtri ab alteris didicêre. Dicit ergo Syros qui in Palæſtina ſunt circũcidi. Omnium autem, qui habitant Palæſtinam, ſoli Iudæi circuncidũtur. Hoc igitur ſciens de ipſis dixit Herodotus. Sic Ioſephus. Cauſas autem inſtitutionis huius plurimæ enumerantur, ex quibus aliquas ſeligemus. Vna eſt non vulgaris, quia cæca gentilitas eouſque errorũ tenebris immerſa eſſet, vt hanc pudendã hominis partẽ

(quæ

(quæ honeſtè vix , palàm ac publicè pronunciatur)etiam honorandam colendámque putaret : Ideóque inſtituit Deus , vt hoc membrum ſtatim , ſimulátque infans in lucem prodit , octauo nimirum à natiuitate die, primigenio ſanguine tingeretur,ac ſignaculo circũciſionis,quaſi quódam cauterio afficeretur, & læderetur, contra inſanam Ethnicorum opinionem , qui illi honorem deferre phas putabant. Siquidem Pagani verenda cum maximo honore venerabantur , hinc Phallos & Ithyphallos turpitudinem habentes , magnis cæremoniis, aut veriùs,impia ſuperſtitione , & obſcœnitate horrenda circumferebant , membri virilis ſimulachrum, (turpe dictu, ſed turpius factu!)ccelere ſe demonſtrantes. Pudet me diem afferre ſacrificiis nocturnis, tam obſcœnis ac turpibus. Et certè ſilentio digna ſunt , quæ obruantur , tam ab honeſto abhorrentia ſacra, rectiùs dixerim , prophana & execranda facinora : Sacra huiuſmodi impia ac pudenda & inhoneſta Baccho celebrabantur nocturna,in quibus Phalli geſtabantur.De quibus ſic tomo 5.libr.7.de ciuitate Dei capit.21. Sanctus Ecclefiæ pater Auguſtinus. Iam verò Liberi ſacra , ad quantam turpitudinem peruenerint , piget quidem dicere , in Italiæ compitis quædam ſacra Liberi celebrantur , cum tanta licentia turpitudinis , vt in eius honorem pudenda virilia colerentur,non ſaltem aliquantulum verecundiore ſecreto , ſed in propatulo exultante nequitia. Cui membro inhoneſto,matremfamilias honeſtiſſimam, palàm coronam neceſſe erat imponere. Sic videlicet , Liber Deus placãdus fuerat , vt matrona hoc facere cogeretur in publico,quod nec meretrix, ſi matronæ ſpectarent , permitti debuit in theatro. Sic Diuus Auguſtinus. Hanc impudentiam æquat Priapi cultus,quem impuri illi,hortorũ Deum & cuſtodem finxerunt. Altera etiam circunciſionis corporalis cauſa hæc erat, vt ſpiritualis circunciſionis (quę longè potior eſt) figuram gereret , vt nos à peccatis circuncideremur ; & ipſum cor potiuſquàm carnem , circunciſum haberemus. Ergo vitiorum quædam abnegatio perpetua, & reſecatio , hoc externa nobis commẽdabatur vetere ceremoniâ. Eſſet hìc ampliſſimus locus per circunciſionis allegorias expatiandi,cur octaua die,& petrinis cultris quãdoque adminiſtrata ſit : Exod.4. *Tulit Sephora Moſis vxor, acutiſſimam petram, & circuncidit præputium filij ſui*:Et Ioſue cap.5.ait Dominus ad Ioſue : *Fac tibi cultros lapideos , & circuncide*

Aug. to. 5. libr. 7. De ciuit. Dei c.21.

Exo.4.c. & Ioſue c.5.

circuncide

cuncide filios Iſraël &c. Verùm his de rebus triuialibus paſſimque occurrentibus dicere nunc quidem ſuperſedeo. Tantùm admonere mihi ſufficiet, Iudæos in circuncisionibus ſuis, hunc morem obſeruaſſe, vt vacuam ſellam eximiè & pulchrè ornatam ſiſtant, in quam neminem ſedere ſinunt, ſed vacua Heliæ ſeruatur, appellatúrque Sella Heliæ, ob ſingulare priuilegium ſancti Prophetæ, cui Deus hoc dedit, vt omnibus omnium Iudæorum circuncisionibus per totum orbem adſit. Habent quoque vas puluere refertum, in quem præputium deſertum ſepeliunt.

Hæc Hamerus in 17. cap. Geneſeos. De Heliæ ſella ſcribit conformiter Galatinus noſter, libro decimo De arcanis Catholicæ veritatis, cap. 6. hoc modo: Doctores Hebræorum referunt, Deum hanc Eliæ dediſſe prerogatiuam, vt circuncisionem nullam fieri contingeret, in qua ipſe non interueniret: Quamobrem ipſi magiſtri ſtatuerunt, vt quoties circuncisio facienda eſſet, ſemper duæ ornatiſſimæ ſedes præpararentur. Vna, in qua ſederet, qui venturus eſſet infans: (circuncidendus) altera, in qua nemo ſedere poſſet, ſed vacua remaneret, quia in eam ad ſedendum Eliam venturum aiebant. Eam ob rem Rabbi Iudas (qui multis annis Chriſtum anteceſſit) corpori Meſſiæ inuiſibili & impalpabili, in ſacrificio panis & vini futuro, ſedem Eliæ ſidem pr ebere dixit, his verbis: Tranſmutabitur ex ſubſtantia panis, cùm ſacrificabitur, in ſubſtantiam corporis Meſſiæ, qui deſcendet de cœlis. Et ipſe idem erit ſacrificium, erítque inuiſibilis atque impalpabilis. Cuius rei ſidem facit ſedes Eliæ. Et magiſtri aiunt, eam ob rē dictum eſſe panem facierum, quia in ipſo ſacrificio erunt duę ſubſtantiæ, diuinitas & humanitas. Hæc Rabbi ille: ideò ſedis Eliæ memoriam ingerens, faciénſque mentionem, ne Iudæi recentiores, quorum perfidiam ipſe præuidebat, ideò corpus Meſſiæ in hoc ſacrificio non eſſe dicerent, quia ibi nec videatur nec palpetur: cùm Eliam in illa ſede inuiſibilem, atque impalpabilem eſſe, necnon eundem pluribus in locis eadem hora exiſtere poſſe, & credant & fateantur. Hucuſque Galatinus. Idem rurſus lib. 11. c. 7. Rabbi Akiba ſic dixiſſe dicitur. Quatuor ſunt præputia. Dicitur enim præputium in aure, de quo Ier. 6. *Ecce incircunciſæ aures eorum, & audire non poſſunt &c.* Dictum eſt etiam præputium oris, *Exod. 6. En incircunciſus labiis ſum*, ait Moyſes Domino, bis eandem repetens locutionem. Dictum eſt etiam præ-

Hamer9 in 17. ca. Gen. Galatin9 li. 10. ca. 6.

R. Iudas, qui vixit ante natū Chriſtum.

Galat. li. 11. cap. 7. cita. R. Akiba.

Iere. 6. c.

Exod. 6.

Ierem.4. putium in corde, *Ierem.cap.4. Auferte præputia cordium ve-*
& 9. ca. ſtrorum. & cap. 9. Omnis demus Iſraël incircunciſi ſunt corde.
& Deut. Deuter.10. Circunciditepræputium cordis veſtri. & cap.30. Cir-
10.c. item cuncidet Dominus Deus tuus cor tuum &c. Dicitur denique
30.cap. præputium in corpore, iuxta illud, Geneſ.17. Maſcul' cuius
Geneſ. caro præputij circunciſa non fuerit &c. Hæc Rabbi Aki-
17.cap. ba. Ex quibus planè ſequitur, quod ſicut ſunt quatuor præputia, ita quatuor quoque circunciſionum genera: Quorum tria, ſcilicet, auris, oris, & cordis, quæ ſpiritualia ſunt, ſemper & omnibus neceſſaria ſunt: quartum verò genus quia corporale eſt, & cæterorum vmbra ſiue figura, ex quo venit Meſſias noſter, ſpiritualium præceptorum magiſter, non ſolum inutile eſt, verumetiam omnibus ipſum facien-
Gal.5.c. tibus admodum perniciosum. *Quia ſi circuncidamini,* ait Apoſtolus, *Galat.5. Chriſtus vobis nihil proderit.* Poſtremò non ignorandum eſt, circunciſionem in ſignum Iudæis datam
Gene.17. fuiſſe, *Geneſ.17. Circuncidetis carnem præputij veſtri, vt ſit in*
cap. & *ſignum fœderis inter me & vos.* Et Paulus Roman.4. *Abra-*
Rom.4. *ham ſignum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ*
cap. *eſt in præputio, vt ſit pater omnium credentium per præputium.*

Cùm itaque circunciſio in ſignum Iudæis data fuerit,
Matt.21. eóſque propter eorum ſcelera Deus reprobauerit, Matth.
c. & 23. 21. impletáque eſt Chriſti prædictio, *Auferetur à vobis re-*
c. & c.8. *gnum Dei &c.* & 23. cap. *Relinquetur vobis domus veſtra deſerta &c.* & cap.8. *Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores &c.* Conſequitur planè, Chriſtianos nullatenus circunciſionem facere debere, etiam ſi alia ratio non prohiberet, cum ſit ſignum non fidelium quidem, vt olim, ſed infidelium, & eorum, quos Deus reprobauit, Iudæorum carnalium, *qui ſe dicunt Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt ſyna-*
Apo. 2.c. *goga Satanæ* Apoc.2.cap. Eadem quoque ratione, & ſabbatum à Chriſtianis non niſi ſpiritualiter ſeruādum eſt, cùm
Exo.31.c. ipſum etiam in ſignum Iudæis datum fuerit, Exod. 31.cap. *Videte vt ſabbatum meum cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me & vos, in generationibus veſtris &c. Non enim,* ait Apoſtolus
Rom.2. Roman.2.cap. *qui in manifeſto, Iudæus eſt: neque, quæ in mani-*
cap. *feſto, in carne eſt circunciſio: ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circunciſio cordis, in ſpiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.* Hactenus Galatinus.

Galat.li. Iterum lib.10.cap.3. Eadem de re agens ſcribit: Circun-
10.cap.3. ciſionem fuiſſe effuſionis ſanguinis Chriſti figuram, qui in ſua circunciſione ipſum effundere cœpit, & demùm in

ſua

ſua paſſione pro humani generis ſalute cum totum expoſuit. Nec deinceps vmquam circuncisio facienda fuit, ex quo Christus loco ipſius baptiſma fieri mandauerit, quòd perfectiùs peccata delet, & tam mulieres, quam mares eo vti poſſunt. Sic ille.

Chriſtus ipſe voluit octauo die circũcidi, quia nos erat ſuo ſanguine redempturus. Inſignis enim mercator nundinis magnis, cùm ab alio etiam noto mercatore merces emit, non ſtatim pretium omne perſoluit, ſed relicto ſigno, ſoluta aliqua parte pretij, cùm poſteà fiunt nundinæ, reliquum perſoluit. Hic igitur mundus eſt veluti emporium quoddam, ad quod venit ex cœli faſtigio filius Dei, cœleſtis ille mercator, vt animas noſtras ſuo emeret ſanguine: octauo itaque die partem eius diſperſit in noſtræ redemptionis ſignum & pretium, ſed poſteà in crucis ſolemnibus nundinis, totum ipſum profudit, totumque perſoluit pretium, arrhabonem autem noſtræ redemptionis, in ſua conſignauerat & dederat circunciſione, ſtatim à natiuitate ſua. Largiſſimè vero in paſſione, totus exhauſtus effuſúſque fuit ſanguis Chriſti pro nobis: *1. Corinth. 6. Empti enim eſtis pretio magno, & copioſa apud eum redemptio, Pſalm. 129.*

1. Corint. 6. cap. & Pſa. 129.

Obſeruatione digniſſimum fuerit, quòd Chriſtus præſcripto die octauo, factus ſub lege, circuncidi voluit, cum tamen eſſet Dominus legis, etiam ſabbati, vt ipſe in Euangelio dicit, Et, l. 31. ff. De legibus, ſenatúſque conſultis, Princeps, ait Iuriſconſultus, legibus ſolutus eſt. Verùm leg. 4. C. de legibus & conſtitutionibus principum & edictis. Digna vox eſt maieſtate regnantis, regibus alligatum ſe principem profiteri. *Et quia non venerat Chriſtus, legem ſoluere, ſed adimplere, Matth. 5* idcircò circunciditur, voluitque ſeſe legi obnoxium reddere, & conſtituere: Galat. 4. *Factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant redimeret.* (Item ad confirmandas promiſſiones patrum, circunciſionis iugo ſubiici voluit. Roman. 15. *Dico Chriſtum miniſtrum fuiſſe circunciſionis ad confirmandas promiſſiones Patrum.* Patriarchę Abrahamo promiſſus fuerat, Geneſ. 22. cap. *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes*, quod Apoſtolus, Galat. 3. de Chriſto interpretatur: *Et ſemini tuo, qui Chriſtus eſt*, inquit, Vt igitur liqueret ex ſemine Abrahæ propagatum eſſe Chriſtum, debuit ille circuncidi, quod poſteritatis eius ſymbolum erat, vt diuinæ promiſſionis, veritas apertè conſtaret.

L. 31. ff. De legib. ſenatuſque conſ. Le. 4. C. de leg. & conſtitutionibus principiũ. Matth. 5. cap. Gal. 4. c. Rom. 15. cap. Geneſ. 22. cap. Gal. 3. c.

Deinde quia ſeruatoris officium ſtatim natus incœpit, quod ſanguinis effuſione perficiendum erat: idcirco circuncisionem ſuſcipiens ſanguinem ſpargere cœpit. Rurſus, humilitatis ſuæ exemplum tribuit, quia tunc peccati cauterio inſignitus eſt: Circuncisio ſiquidem peccati ſignum eſt, ſicut aurium abſciſio latronem prodit, ita circunciſio peccatorem, & reum clamat. Quandoquidem ipſa in peccati originalis remedium primitus fuit inſtituta. Veluti & baptiſmus, qui ei ſucceſſit in Euangelio, in peccati originis remiſſionem & expiationem, fuit à Chriſto inſtitutus & ſubrogatus, non manu factam circunciſionem appellat Apoſtolus; Colloſſ. 2. his verbis: *In Chriſto circunciſi eſtis circunciſione non manufacta, conſepulti ei in baptiſmo.* Hæ ſunt præcipuæ cauſæ, ob quas Chriſtus circuncidi ſuſtinuit, atque (vt ad xenia, ſtrenáſve, primo anni incipientis die, dari ſolitas, fiat alluſio) in eum ſanè finem etiam circunciſus eſt Dominus, vt nobis ſui ſanguinis pretioſiſſimam ſtrenam, & eximium munus conferret (Gall. *Il nous a eſtrené de ſon ſang.*)

Colloſſ.2.

Conſueuerāt Romani mēſe Ianuario ſibi inuicē munuſcula dare: quod Suetonius in Octauio Auguſto. §. 57. ſubindicat ſic ſcribens: Equites Romani, & omnes ordines, Calendis Ianuarij ſtrenam in Capitolio, etiam abſenti Cæſari conferebant. Conſentit & Poëta Martialis, qui librum 13. Xeniorum titulo inſcripſit: Decimum quartum verò Apophoreta appellauit. Subſcribit & Plinius lib. 28. cap. 2. Primum, ait, anni incipientis diem lætis precationibus inuicem fauſtum ominamur. Vnde Ouidius libro primo Faſtorum ſimiliter cecinit.

Suetoni⁹ in Octauio Auguſto. §. 57. Martialis lib. 13. & 14. Plin. lib. 28. ca. 2. Nat. hiſt.

> *At cur læta tuis dicuntur verba Calendis?*
> *Et damus alternas, accipimúſque Preces?*

Ad Ianum eſt interrogatio. Reſponſio autem ſubſequitur.

> *Omnia principiis, inquit, ineſſe ſolent.*

Ibidem.

> *Proſpera lux oritur, linguis animíſque fauete.*
> *Nunc dicenda bono ſunt bona verba die.*

Ouidius lib. 1. Faſtor. ad Ianum interrogatio.

Vulgus nominare ſolet xenia, ſiue ſtrenas eiuſcemodi, Gallicè, *Au guy l'an neuf.* A ritibus Druydum ſumpto vocabulo, quo de ritu antiquorum, Plinius lib. 16. cap. 44. Nihil habent Druydæ, ait, (ita enim Galli ſuos appellant magos) viſco ſacratius, nec vlla ſacra ſine eo conficiunt, inde appellati Græcè Druydæ. Nota obiter Δρῦς, antiquitus

Plini⁹ li. 16. c. 44.

tus

tus apud Gallos, ſicut hodie apud Græcos, quercum ſonare, ex quo Druydum appellatio Græca, indicat Græcam linguam tunc Gallis fuiſſe peculiarem. Et quia ſub quercubus atque arboribus, Druydæ Philoſophiæ ſecreta rimabantur, hoc ſignificari fuerunt vocabulo. *Au guy l'an neuf*; hoc eſt, ad viſcum properandum eſt, ô viri, quandoquidem hoc anni eſſe exordium vobis ſignificamus. Vetuſtiſſima eſt illa de Druydarum ritibus conſuetudo retenta. Ab his fuerat plebs rudis inſtructa, vt ipſo anni exortu ſub noctis exordium, omnes ad lucos viſcum illum(*du guy de cheſne*) requiſituri accurrerent; & Druydes ſuccidèrent aurea falce. Vnde verſus, à Ioanne Picardo, de priſca Celtopædia, libr. 2. Ouidio attributus, (quem tamen inter legendum eiuſdem poëmata; nondum mihi reperire contigit) eum ritum ſatis exprimit; his verbis. *Ioannes Picardus de priſca Celtopædia lib.2.*

Ad viſcum Druydæ, Druydæ clamare ſolebant.

Precabantur etiam donum cœlitus collatum ſibi, proſperum fieri, quod & hodie retinetur. Nam & vbi conclamatum eſt: Ad viſcum, annus nouus: optant vt ſibi donum diues, atque opimum contingat. Quod per totam ferè Galliam etiam hodie fit. Hæc ibi præfatus Picardus. Falcis aureæ meminit Plinius vbi ſuprà; atque maxima ex parte, quæ commemorata ſunt ibidem ſubobſcurè ſignificat & inſinuat. *Plinius vbi ſuprà.*

Diligenter attende, quòd circunciditur puer IESVS, ex ea lege, quam tulerat. Reduc in mentem vulgatum illud? Patere legem, quam ipſe tuleris, non quidem vt doceret nos circuncidi carnaliter, ſed vt legalem illam circũciſionem ceſſare faceret, tanquam figuratiuam, & minùs perfectam, nimis autem rigidam ac ſeueram. *Ioã.14.c.*

Adueniente veritate (*quæ eſt Chriſtus, Ioan. 14.*) ceſſare debuerunt vmbræ & figuræ; iuxta illud Ioan. 1. *Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* *Ioan.1.c.*

Et quidem longè perfectius eſt Baptiſmi ſacramentum; ſiue *lauachrum regenerationis & renouationis Spiritusſancti, quem effudit in nos abundè; Per* IESVM CHRISTVM *Saluatorem noſtrum*, Titul. 3. quàm fuerit circunciſionis cauterium, ſiue pœnale iugum, at dicente Apoſtolo, 1. Corinth. 13. capit. *Cùm venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt*: Debuit proinde, poſt baptiſmi inſtitutionem, deſinere circunciſio. *Tit.3.c.* *1. Corin. 13.cap.*

Ruſus Euangelium eſt lex gratiæ, vt ſuprà ex Diuo Ioanne ſignificatur, at circunciſio plena erat cruoris, ſeueritatis importabile onus, præſertim in tenella illa infantia, Baptiſmus contra facillimus, & abſque vlla infantuli læſione miniſtratur. Oportuit itaque circunciſionem ceſſare, adueniente Chriſti baptiſmo: propter illius nimirum imbecillitatem, huius autem efficacitatem. Voluerit olim circunciſio ad originalis culpæ expiationẽ, ſed quid hoc eſt, præ baptiſmi Chriſtiani efficaci operatione, non ſolùm in peccati remedium, & remiſſionem, verumetiam ad amplioris gratiæ collationem ſuperabundantem: adeo vt, qui baptiſmo initiatus eſt Chriſto, aptus ſit ex eo, regno Dei: quòd ſi illo temporis momento, hinc emigraret, rectà abſque vllo obſtaculo in cœlum conuolaret. O ſingularem pueri iſtius erga nos charitatem! Chriſto pro nobis circũciſo (quandoquidem, cùm eſſet peccati expers, & ſine macula, imò verò impeccabilis, circunciſione pro ſe non indiguit, quæ in peccati remedium & abolitionem inſtituta & ordinata fuit) poſſumus ac debemus meritò ei dicere, in gratiarum actionem, *Sponſus ſanguinum tu mihi es, ob circunciſionem*, Exod 4. Ille ſiquidem animarum noſtrarum ſpõſus eſt, eáſque ſibi deſponſauit, completiuè quidem in ſua paſſione, initiatiuè verò in circunciſione ſua, cùm primùm fudit ſanguinem ſuum in redemptionem animarum noſtrarum. Et notanter dicitur ſponſus ſanguinum, in plurali: quia non ſolùm ſemel, verumetiam pluries ſuum fudit ſanguinem pro nobis. A quo autem Chriſtus fuerit circuncisus, non apertè legitur in contextu Euangelij huius, ſed duntaxat indefinitè dicitur: *Poſtquàm impleti ſunt dies octo, vt circuncideretur puer, &c.* An à matre ſua ſanctiſſima Deipara? Maximè cùm matres in antiqua lege poſſent circuncidere filios ſuos, ſicuti *Sephora Moſis coniunx, filium ſuum, præſente etiam viro ſuo Moſe, circuncidiſſe legitur*, Exod. 4 Quod licitè feciſſe, hac ratione ſuadetur: Quandoquidem, ſicut in articulo neceſſitatis, poteſt mulier baptizare, pari ratione potuit olim mulier circuncidere filium ſuum.

Exo. 4. c. *Luc. 2. c.* *Exo. 4. c.*

Specialiter autem tunc Sephoræ id licuit, quia Moſes vir eius, mortis imminentis terrore adeò concuſſus fuerat, (nam propter incircunciſum filium, quem ſecum ducebat, voluit Angelus Domini occidere eum, mortémque illi interminatus eſt) vt de circuncidendo filio tunc quidẽ

nihil

nihil cogitarit, ſed tantùm quomodo mortẽ euadere poſſet, ſollicitus eſſet. Sephora ergo hoc videns, ne & ipſam vellet Dominus occidere, atque vt virum ab imminente morte eriperet, circumcidendi officium, in caſu neceſſitatis exercuit, etiam in præſentia mariti ſui: tollénſque acutiſſimam petram, præputium abſcidit filij ſui, ſignificans ac figurans ſpiritualem circunciſionem, per Chriſtum eſſe faciendam in nobis, *Petra autem erat Chriſtus*, 1. Corint. 10. Non quod petra, ſiue culter lapideus, vt D. Thomas 3. parte quæſt. 70. artic. 3. in ſolutione ad ſecundum argumẽtum aſſerit, eſſet de neceſſitate circunciſionis. Vnde non inuenitur, inquit ille, tale inſtrumentum præcepto diuino determinatum, neque enim communiter tali inſtrumento Iudæi vtebantur ad circuncidendum, ſicut neque modo vtuntur. *1. Corin. 10.c.*

Hæc ille. Iudæi hodie paruulos ſuos nouacula acuta, (Gall. *auec vn raſoir bien trenchant & bien affilé*) circuncidere feruntur. Adde quod 1. Machab. 1. cap. *de mulieribus dicitur, quòd circunciſionem exercuerint*, his verbis: *Mulieres, quæ circuncidebant filios ſuos, trucidabantur, ſecundum iuſſum regis Antiochi*. Vtrum igitur à matre fuerit circunciſus, an Chriſtus à ſacerdote legis ſuſceperit circunciſionem? an à B. Ioſeph virginis ſponſo? neſcitur. *Thomas 3. q. 70. art. 3. in ſol. ad ſecundum.*

Sunt tamen, qui aſſerant à B. virgine Chriſti parente ipſum fuiſſe circunciſum. Philippus Diez, ſodalitij noſtri Franciſcani, concione 1. in die circunciſionis in eam propendet & inclinat ſententiam, dicens: Notandum hoc loco, quòd vt puer inter Hebræos circuncideretur, non erat neceſſe hoc in templo, & à ſacerdote fieri. Sed quicumque eum circuncidere poterat, ſi legis adimplendæ intentionem haberet, & ita D. Hieronymus, de vera circunciſione, & D. Bernardus, de lamentatione virginis, aiunt redemptorem noſtrum à ſanctiſſima virgine eius matre circunciſum fuiſſe. Sic ille. Quantùm verò ad auctoritates ſanctorum attinet, comperi, inter D. Hieronymi opera tom. 4. libellum lectu non indignum, qui de vera circunciſione inſcribitur: vbi inter cætera ſic habetur, circa finem declinando: Octauo die circunciditur, (IESVS) à matre vtique, quaſi homo, qui promiſſus fuerat ipſi Abrahę, cùm de circunciſione doceretur: dicente Domino: Et erit teſtamẽtum meum in carne veſtra, in teſtamento æterno Dei teſtamẽtũ in noſtra carne eſſe, Domino in noſtra carne di- *Philipp⁹ Diez, conco. 1. in die circunciſionis Domini.* *D. Hieronymus to. 4. de vera circunciſione.*

D. Bernardus de lamẽtatione virginis Mariæ. gnante eſſe, quis dubitat? Sic ille ſcriptor haud inelegans. Nũc ad B. Bernardi accedamus teſtimonium: ille quodam tractatu de lamentatione virginis Mariæ ſic habet: Omnes ad virginem currite, quæ peperit Chriſtum. Ipſa enim portauit regem gloriç, illum omni petenti datura. Ipſa genuit eum, lactauit eum die octaua circuncidit, & quadrageſima præſentauit in templo, duos turtures, aut duos pullos columbarum pro eo offerens in holocauſtum Fugiens ab Herode ipſum portauit in Ægyptum, lactans eũ & nutriens, curam illius habens, ſequens eum ferè quocumque pergebat. Hæc ille, ex quibus grauibus ſanè teſtibus, ſatis liquet à ſanctiſſima Deipara Chriſtum puerum fuiſſe circunciſum, maximéque probabilem hanc eſſe opinionem. Quæ enim infantem ſuis manibus pannis inuoluit, ac in præſepio reclinauit, nullius vel obſtetricis, abſit, vel nutricis, indigens opera, quæ ſine dolore ipſum pepererat, ipſa eadem octauo die propriis eum manibus circũcidiſſe creditur. Nec S. Ioſeph vir eius (vt eſt veriſimile) auſus fuit præſente virgine, hoc ſibi præoccupare arrogaréque munus & circuncidendi officium, & cum in ſtabulo adhuc moram traherent tanquam in hoſpitio, longè à templo, quod erat in Hieruſalem, diſſiti ac remoti: nec niſi quadrageſimo expleto die, ſecundum puerperarum legem, virginem in templum aſcendiſſe & comparuiſſe legamus, Luc. 2. Ex his relinquitur virginem ipſam puerum *Luc. 2. c.* die octauo circuncidiſſe, nec in templum, à ſacerdote vt circunciderctur, adferre & ſiſtere curauiſſe, cùm in diuerſorio, inter peregrinandum, Sephora etiam, in Moſis coniugis præſentia, filium ſuum circunciderit (quod noſtro valdè congruit quadrátque propoſito, & in huius rei typum ac figuram præceſſiſſe, non ſit à verò alienum) nihil tamen hac in re temerè definiendum arbitror: ſed iudicio ac cenſuræ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ relinquo. vnde circumſpectè & prudenter (vt omnia) ſacer ſcripſit Euangeliſta, vt circunciderctur puer, non autem, vt ſacerdos puerum circunciderct. Nihil ſiquidem diffiniuit, aut determinare ſtuduit, ſed à quo fuerit diſpenſata circunci- *Nota.* ſio, cogitandum reliquit.

D. Tho. 3. p. q. 70. ar. 1. 2. 3. Obſerua ex D. Thoma 3. parte quæſt. 70. articulis 1. 2. & 3. quòd circuncíſio erat quædam proteſtatio fidei, quando & per circunciſionem antiqui aggregabantur collegio fi- *Ro. 4. ca.* delium. Vnde Apoſtolus Roman. 4. ſcribit, ***Abraham accepiſſe***

cepiſſe circunciſionem tanquam ſignaculum fidei. Quemadmodum & nunc Baptiſmus dicitur ſacramentum fidei, quatenus ſcilicet in baptiſmo eſt quædam fidei profeſſio, & per baptiſmum aggregatur homo congregationi fidelium. In circunciſione etiam homo profitebatur obſeruãtiam veteris legis, ſicut in baptiſmo profitetur obſeruantiam nouæ legis. Vnde Apoſtolus, Galat. 5. *Teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.* Colligo inde Chriſtianis non ſeruandam eſſe circunciſionem, vt qui à grauiſſimo & importabili Moſaicæ legis iugo, & onere, per Chriſti Euangelium ſint liberati & leuati, Matthæi vndecimo capite. *Tollite iugum meum ſuper vos, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* *Gal. 5. c.* *Matt. 11. cap.*

Fiebat quoque circunciſio in membro generatione, quia ſignum erat fidei, qua Abraham credidit Chriſtum ex ſuo ſemine naſciturum. Infero ex hoc non licere Chriſtianis nunc circuncidi, alias eſſet ſignum falſum. Iamdudum ſiquidem à mille quingentis octoginta ſeptem annis Chriſtus ex ſemine Abrahæ de beatiſſima virgine Maria θεοτόκῳ natus eſt, *qui eſt Deus ſuper omnia benedictus. Amen.* Nunc ex prænominato opuſculo de vera circunciſione quædam tranſcribenda operæpretium duxi. Quæ cauſa eſt, quæret aliquis, vt eam partem corporis, quæ ſecretior & occultior eſt, ad circuncidendum Dominus elegerit, qui vtique ob ſignum, quo volebat famulos ſuos in Abrahæ ſemine cenſeri, id potuiſſet eligere, quòd in propatulo poſitum ab omnibus cerneretur? Primum de ſecretiori parte corporis, quid figurabat aduerte. Illud ſine dubio, quod poſtmodum Dominus monſtrauit, ne iuſtitiam noſtram coram hominibus faceremus, ſed in occulto coram eo ſolo, cui ſoli nihil occultum eſt: & quem ſolum remuneratorem bonorum nouimus eſſe factorum. Nam hic noſtra circunciſio non videtur, ſed ita modeſtè, ita verecundè habenda eſt, & velanda, iuxta eam imaginem, quam abundantiori honore veſtimus. Hæc eſt gloria circunciſionis occultæ: hæc partis verecundæ illis ad videndum: vnde non in carne palam, ſed in occulto cordis Iudæi eſſe debemus, non litera ſed ſpiritu, *vt laus,* iuxta Apoſtolum, *ex Deo, non ex hominibus acquiratur.* *Inter opera D. Hierony. to. 4. de vera circunc.*

Circa Euangelicæ huius lectionis verba: cum dicitur: vt circunciderecur. puer, deinde verò ſubiungitur Vo-

catus eſt IESVS, aduerte ſedulò, Chriſtum eſſe librum illum, de quo in *Apocalip.5.cap. Vidi librum ſcriptum intus & foris.* Nam, vt ibi proſequitur prænominatus Author, Hic eſt ille liber intus & foris ſcriptus, hic ſecretus & publicus, hic apertus & opertus, hic paginis ſuperioribus videndus, interioribus non videndus, quia incomprehenſibilis. Intus ſiquidem ſcriptus eſt, cùm propheta dicat: Generationem eius quis enarrabit? Foris ſcriptus eſt, cùm Euangeliſta ait: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Intus ſcribitur, cùm Deus dicit: Eructauit cor meum verbum bonum. Foris ſcribitur, cùm Eſaias vaticinatur: Ecce virgo concipiet & pariet filium. Intus ſcribitur, cùm per Ioannem dicitur: In principio erat verbum, &c. Foris ſcribitur per Matthæum, Chriſti autem generatio ſic erat: Cùm eſſet deſponſata, &c. Foris ſcribitur, cùm Apoſtoli interrogati, Quem dicunt homines, &c. alij dicerent Eliam, alij Hieremiã, alij aũt vnum ex prophetis, reſponderent. Intus ſcribitur, cùm Petrus exclamat: Tu es Chriſtus filius Dei viui, &c. Neque caro, neque ſanguis, reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cœlis eſt, ait Chriſtus illi. Non hæc caro mea tibi & ſanguis, me eſſe Dei filium prodiderunt.

Apo.5.c.

Excurſus ſiue, digreſſio perpulchra.

Nam iſta non patiuntur me hoc credi. Euidenter ergo illi ſecundum hominem, vel oculum iudicantes, me aut Heliam prophetam, aut aliquem vnũ ex prophetis loquuntur, quoniam hominem me eſſe habitu carnis agnoſcunt, ſed tibi reuelauit pater meus, qui in cœlis eſt. Quãdo reuelauit? Quo tempore Deus cum Petro locutus eſt? Reuelauit, inquit, pater meus, qui in cœlis eſt: hoc eſt dicere, operibus credidiſti, quæ loquuntur filium Dei. *Verè tu es Deus abſconditus Deus Iſrael Saluator*, ait de filio Dei Euangelicus propheta. Sed vt loquebamur foris ſcriptus eſt liber iſte, cũ Dominus eſuriit: Intus ſcribitur, cũ quinque panibus multa hominum milia ſaturauit. Foris ſcribitur, cum ipſum, quem flebat, exuſcitat. Foris ſcribitur, cum dormit ille in nauicula, intus ſcribitur, cũ ventis & fluctibus imperat, cum etiam aquas, ambulando ſuper eas, ſuis pedibus calcat.

Foris ſcribitur, cum affigitur cruci: Intus ſcribitur, cum paradiſum latroni in cruce promittit. Foris ſcribitur, cum ſpiritũ moriens ſecundum rationem humanæ carnis emittit: Intus ſcribitur, cũ in paſſione ſol fugit, dies abſcõditur

terra

terra concutitur. Foris ſcribitur, cum ſepelitur: Intus ſcribitur, cum tertia die ſepulchri liminibus remotis, erumpit in lucem. Foris ſcribitur, cum Apoſtolis clauorum & lanceæ vulneribus oſtenſis, eſcam etiam poſtulat: Intus ſcribitur, cum inter eoſdē Apoſtolos, clauſis oſtiis, qui intrare viſus non eſt, apparet. Foris denique, vt ad noſtrum deueniamus inſtitutum, & propoſitæ rei argumētum, ſcribitur, dum die octauo circunciditur. Intus ſcribitur, cum nomen ſalutiferum, diuinitatem eius innuens, & noſtræ ſalutis potentiſſimum opus inſinuans (quod eſt I E S V S) ei imponitur. Foris ſcribitur, propter humanam ac viſibilem naturam: Intus autē ſcribitur, propter æternam, diuinam, & inuiſibilem naturam. Quam naturæ vtriuſque, in vna perſona, veritatem, Manichæi non videntes in carne, Ariani non intelligentes in ſpiritu, vnius libri paginarum confœderatam diſſecuere iūcturam, & mediatorem duorum, conſertis manibus, hæretico furore ruperunt. Hucuſque, ex opuſculo de vera circunciſione Diuo Hieronymo attributo. Modò, ex ſuprà nominato, D. Bernardo ſermone 1. de Circunciſione Domini aliqua excerpamus. Ad quid tibi, (inquit ille, pius ac deuotus, mellifluuſque Abbas Pater) circunciſio fuit neceſſaria, qui peccatum non commiſiſti, nec contraxiſti? Quòd ipſe non feceris, ætas manifeſtat: quod non contraxeris, multò certius probat patris diuinitas, integritas matris. *D. Bernardus. ſermo. 1. de Circūciſione Domini.*

Summus ſacerdos es, quem nec ſuper patre, nec ſuper matre contaminandum, prophetatum eſt in lege, potiuſquàm mandatum. Eſt enim tibi pater ab æterno, ſed Deus eſt, in quem peccatum non cadit: Eſt & mater ex tempore, ſed virgo, nec parere potuit incorruptio corruptelam. Super hæc omnia circunciditur puer, agnus ſine macula. Etſi non eguit, tamen voluit circuncidi. Nec veſtigium quidem vllum habens vulneris, alligaturam non refugit vulneris. Non ſic impij, non ſic. Non ſic agit peruerſitas humanæ elationis. Erubeſcimus vulnerum ligaturam, qui de vulneribus interdum gloriamur. Quem nemo poteſt arguere de peccato, ipſe peccati remedium, & verecundum pariter & auſterum, ſine vlla neceſſitate ſuſcepit, nec repulit cultrum lapideum, (Nota) in quo ſolo vetus illa, quæ raderetur, rubigo non fuit. *Nota.*

Nos econtrariò inuerecundi ad obſcœnitatem culpæ, erubeſcimus agere pœnitentiam, quod extremæ dementię

eſt,malè proni in vulnera,peius in remedia verecũdi. Qui peccatum non fecit, non dedignatus eſt ſe peccatorem reputari:nos & eſſe volumus,& nolumus æſtimari. Itáne ſano opus eſt medicina, & non potiùs malè habentibus?Imò verò itáne eget,medicamine non æger,ſed medicus? Quis hominum tantæ ſibi non dicam gloriæ, ſed vel innocentiæ conſcius,æquanimiter circuncidentis manum admitteret? Chriſtus verò patienter quæ non rapuit exoluit, qui venerat purgationem facere, (non ſuſcipere) delictorum. Circunciditur puer,& vocatur IESVS. Quid ſibi vult iſta cõnexio? Circuncifio nempe magis ſaluandi, quàm ſaluatoris eſſe videtur: Et ſaluatorem circuncidere decet, quàm circuncidi.Sed agnoſce mediatorem Dei & hominum,qui ab ipſo natiuitatis ſuæ exordio diuinis humana ſociat,ima ſummis. Naſcitur ex muliere, ſed cui fœcunditatis fructus ſic accedat, vt non decidat flos virginitatis. Pannis inuoluitur, ſed panni ipſi angelicis laudibus honorantur. Abſconditur in præſepio, ſed proditur radiante ſtella de cœlo.Sic & circuncifio veritatem ſuſceptæ probat humanitatis, & nomen; quod eſt ſuper omne nomen gloriam indicat maieſtatis.Circunciditur tanquam verus Abrahę filius Ieſus vocatur tanquam Dei filius. Neque enim ad inſtar priorum meus iſte IESVS,nomen vacuum aut inane portat. Non eſt in eo magni nominis vmbra,ſed veritas. Cœlitus ſiquidem inditum nomen Euangeliſta teſtatur:quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquàm in vtero conciperetur.Idem ſerm.3.de Domini circunciſione. Die natiuitatis minoratus eſt Chriſtus ab Angelis, & habitu inuentus vt homo. Hodie verò mirabilius aliquid audio. Iam minoratus eſt multo minus angelis, qui non ſolùm formam hominis,ſed formam habet peccatoris,& inficitur velut quodam cauterio latronis.

D. Bernardus ſerm.3. de Domini circunciſione.

Quid eſt enim circunciſio, niſi ſuperfluitatis & peccati indicium? In te Domine IESV, quid eſt ſuperfluum quod circuncidatur?Nónne tu verus Deus es, de Deo patre, homo verus ſine omni peccato de virgine matre? Quid facitis circuncidentes eum?Putatis quia ſuper eũ poſſit cadere illa ſententia: Geneſ.17. *Maſculus,cuius præputij caro circunciſa non fuerit, peribit anima ipſius de populo ſuo?* Poteſt obliuiſci pater filij vteri ſui? Aut non cognoſceret eum,niſi ſignum circunciſionis haberet?Imò verò ſi quomodo poſſet non agnoſcere filium, in quo ei benè complacuit, ex hoc

Geneſ.17

maximè

maximè ſigno poterat ignorare eum, inuenta in eo circunciſione, quam peccatoribus ipſe prouiderat, ob purgationem vtique dilectorum. Sed quid mirũ ſi caput pro membris accepit curationem, quam tamẽ in ſeipſo non habuit neceſſariam? Nonne & in membris noſtris, ſæpè pro vnius infirmitate, alteri adhibetur curatio? Dolet caput, & in brachio fit coctura (cauterium dici & intelligi exiſtimo) aut etiam phlebotomia, ſeu venæ ſectio & apertio. Dolent renes, & fit in tibia (coctura, ſeu cauterium.) Ita hodie pro totius corporis putredine cauterium quoddam infixum eſt in capite. Denique quid mirum ſi pro nobis dignatus eſt circuncidi, pro quibus dignatus eſt mori? Totus ſiquidem mihi datus, & totus in meos vſus expenſus eſt. Sic Diuus Bernardus. Iam Lactantium, Ciceronem Chriſtianum iure vocatum, audiamus, qui lib. 4. cap. 17. de circunciſionis myſterio ita ſcripſit: Illa carnis circunciſio non caret vtique ratione: quia ſi Deus id vellet, ſic à principio formaſſet hominem, vt præputium non haberet. Sed hæc (corporalis, ſiue, carnalis) circuncifio figura erat ſignificans, nudandum eſſe pectus, id eſt, aperto & ſimplici corde oportere nos viuere: quoniam pars illa corporis, quę circunciditur, habet quandam ſimilitudinem cordis, & eſt pudenda. Ob hanc cauſam Deus nudari eam iuſſit, vt hoc argumento nos admoneret, ne inuolutum pectus haberemus, id eſt, ne quod pudendum facinus intra conſcientiæ ſecreta velemus. Hæc eſt cordis circũciſio, de qua prophetæ loquuntur, quam Deus à carne mortali, ad animam tranſtulit, quę ſola manſura eſt. Volens enim vitæ ac ſaluti noſtræ pro æterna ſua pietate conſulere, pœnitentiam nobis in illa circũciſione propoſuit, vt ſi cor nudauerimus, id eſt, ſi peccata noſtra confeſſi ſatis Deo fecerimus, veniam conſequamur, quæ contumacibus, & admiſſa ſua celantibus denegatur ab eo, qui non faciem, ſicut homo, ſed intima & arcana pectoris intuetur. Hactenus Lactantius Firmianus. Perpende tecum ac recogita, quomodo ob gratiam tui Chriſtus peccator reputetur, cum omni ſceleris veſtigio careat, quomodo item hodie circuncidatur, cum tamen ad circunciſionem minimè obligaretur. *Amor quo Hemoris filius, Sichem, Dinam filiam Iacob proſequebatur, effecit, vt circuncidi ſe pateretur:* cùm tamen ad circunciſionem ex legis rigore, & vi ſtatuti, ſeu ritu gentis ſuæ minimè teneretur, *Gen. 34.* Nec diſtulit adoleſcens, ait ſacer contextus, quin

Lactantius, li. 4. diuinarũ Inſtitutionũ, c. 17.

Gen. 34.

quin ſtatim quod petebatur expleret,(circuncisionem ſuſcipiendo.) Amabat enim puellam valde. Ita amor, quo Deus mortales dilexit, ipſum compulit quodammodo, vt circuncisioni ſeſe ſubijceret,cùm tamen ad eam non obligaretur: vt ſuprà ſatis oſtenſum eſt: Qui circuncisionem, iam reciperet in carne ſua,eo ipſo declararet Meſſiam nōdum veniſſe,vt ſignificat *Gal.5.* Diuus Apoſtolus. Expende item, quòd primò anni die voluit pro nobis Chriſtus in ſua circunciſione ſanguinem fundere, vt toto anno fixum in noſtra memoria haberemus ſanguinē, quem hodie pro noſtra ſalute effudit, & beneficiorum nobis collatorum nulla vnquam obliuio in nobis obreperet, ac deprehenderetur, *In Ægypto angelus exterminator eos omnes interfecit,qui domus limina,ſeu poſtes ſanguine tinctos non haberent,* Exod.12. Qui verò hunc ſanguinem veri & immaculati agni, præ oculis non habuerint, ac mente pia & grata non recogitauerint, quam ſeuerè & acriter in eos animaduertet Deus? Verum enimuerò neceſſarium nobis penè eſt,vt & longioribus tractatibus,ad euitandum Lectoris tædium, circuncidamur,conciſius multa enarrantes, dum de circunciſione tractamus, quando nobis ad excuſandam etiam imperitiam noſtram opportunitatem,materiæ ipſius præſtet authoritas.Supereſt igitur, vt ſpiritualem circūciſionem amplectamur, quam & in Euangelio Chriſtus his verbis maximè commendauit: *Sunt Eunuchi,qui ſe caſtrauerūt propter regnum cœlorum.Qui poteſt capere capiat.* Matth.19. De continentia ſermo eſt, eáque heroica. Vt etiam in hoc nouo anno renouemur.Rom.6. *Nos in nouitate vitæ ambulemus, & ca.7.Seruiamus in nouitate ſpiritus,& non in vetuſtate literæ,*1.Cor.5. *Expurgate vetus fermentum vt ſitis noua conſperſio,&c.* Epheſ.4. *Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem,*Colloſſ.3.*Expoliantes vos veterem hominem, cum actibus ſuis, & induentes nouum eum, qui renouabitur in agnitionem,&c.*Ezech.18.*Facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum. Recedant denique vetera, noua ſint omnia.* Sicut Serpentes veterem exuunt pellem, ita & nos prudenter mutemus mores,ſed in meliores. *Inſtar Aquilæ renouemur, Pſalmographo dicente:Renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua.* Ianuarius, D.Hieronymo in Zachariam prophetam cap.8.teſte, dicitur,quia Ianua anni eſt,atque principium:cui concinit Poëta,lib.2.Faſtorum.

Primus erat anni menſis, quia ianua prima eſt, &c. Sicque ſpiritua

Gal.5.c. *Exo.12.* *Matt.19* *Rom.6.* *1.Cor.5.* *Epheſ.4.* *Colloſ.3.* *Ezech. 18.c.* *D. Hieronymus Cōment. in Zach. 8.cap.* *Ouidius, li.2.Faſtorum.*

ſpiritualiter circūciſi,ac innouati,nouáq; in Chriſto creatura effecti, ſanguine pretioſo filij Dei hoc die aſperſi, & per ſtrenarum modum, vt ita dicam obſignati, & (quod Gallicè dicimus ſatis venuſtè, *eſtants eſtrenez, ou ayants receu en bonne eſtreine, le ſang de noſtre ſeigneur, en noz ames & conſciences*) ab omni labe purificati: Deum clarè ac beatificè videre, illóque perfrui valeamus, Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Ad caput ſequens, alteram periodum relegamus, De nomine IESV nonnulla dicturi, & verba iſta, *Vocatū eſt nomen eius* IESV *explicaturi.* Quod antequam fiat, vtile iudicaui, ex Philone Iudæo cauſas circunciſionis recenſere. Is igitur ita ſcribit: Ridetur maiorum noſtrorum circūciſio, quamuis in non mediocri honore habita, etiā apud gentes alias, præſertim Ægyptiā, præcellentem hominum tam frequentia, quàm ſapientia. Veriſimile autem eſt, non temerè circuncidi tam multa hominū millia, perferréque cruciatus mutilationis in ſuis, & chariſſimorum pignorum corporibus: Imò eſſe cauſas permultas, quæ ſuadeāt ab hoc priſcorum inſtituto nō diſcedere, ſed quatuor præcipuas. Vnam, vt caueatur morbus curatu difficilis, quem vocāt carbunculum, opinor ideò ſic appellatū, quod vrat inflammatione, quæ præputiatis facilius innaſcitur. Alteram, vt totum corpus ſit purius, & ne quid ſordium ſub præputiis hæreat, quod poſſit obeſſe puritati ſacris debitæ. Tertiā, quòd cordis ſimilitudinem quandam habeat circunciſa hæc particula: Ambę enim generationi ſeruiunt. Nam ab altera ſpiritus animales, ab altera genituræ proficiſcūtur. Ideò priſci æquum cenſuerūt occultæ illi potiorique, ceu fonti ſenſuum animi, adſimilare hanc viſibilem, vnde origo craſſiorum ſenſuum corporis. Quarta porrò cauſa ſummè neceſſaria, eſt cura fœcunditatis & numeroſæ ſobolis: quandoquidem circunciſas gentes fœcunditate pollere, aiunt, eſſéque populoſiſſimas. Hæc ſunt, quæ ad aures meas peruenerūt, tradita per manus à diuinis viris noſtris maioribus, qui Moſis placita diligenter explicauerunt ſuis interpretationibus. Equidem præter iam dictas rationes per circunciſionem ſignificari arbitror, exciſionem voluptatum, quæ mentem faſcinant. Quoniam enim inter omnes voluptatum illecebras principatum tenet viri congreſſus cū muliere, inſtrumentum eius legiſlatores mutilari iuſſerunt, innuendo reſecandas voluptates ſuperfluas, nō vnius tantùm huius

Philo Iudæus, de circunciſione.

Circūciſionis ſex aſſignat cauſas, quatuor videlicet phyſicas, & duas myſticas.

rùm huius generis, ſed omnes per vnam ſubindicantes. Poſtremò, vt moneantur mortales abijcere arrogantiam, grauem morbum animæ. Quidam enim velut præclari fictores, iactant ſe poſſe hominem animal pulcherrimum producere, & inflati hac ſuperbia gerunt ſe pro diis, vero authore generationis diſſimulato, cùm tamen eum errorem conſideratis aliis quibus cum verſantur, potuerint corrigere. Multi enim ſunt inter eos viri ſteriles & infœcundæ mulieres multæ, atque ita vtrique conſenuerunt in orbitate. Hæc igitur praua opinio excidenda eſt ex anima, ſicut & cætera quæcunque pietati repugnant. (Eam ob rem Iudæi religioſè generationis membrum mutilare, & abſciſſo præputio ipſum lædere conſueuerant: agnoſcentes Deum eſſe generationis fontem, & principium.) Verùm de his hactenus. Sic Philo vir liberaliter eruditiſſimus, cuius eloquium Græci Platoni æquare non dubitant: Vt D. Auguſt. tom. 6. lib. 12. contra Fauſtum Manichæum, cap. 39. aſſeruit, & diſertis verbis ſcripſit. Nunc vertendus eſt ſtilus ad Sanctiſſimi nominis IESV impoſitionem. Itaque ad Caput ſecundum aggredior, ſi priùs tamen (quod fœlix fauſtúmque ſit) nomen Domini inuocauero, Pſalte dicente: *Pſal. 115. Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini inuocabo. IESV Saluator omnium, maximè autem fidelium*, da mihi in nomine tuo, ſic ſpiritualem circunciſionem, & abrenunciationem, abnegationémque impietatis, in meipſo ad viuum exprimere, & opere complere, vt Maieſtati tuæ ſyncero corde valeam toto vitæ meæ curriculo famulari, atque inſeruire, & poſt decurſum præſentis vitæ ſtadium vitam conſequi æternam ac beatam. Fiat Fiat.

D. Aug. to. 6. li. 12 contra Fauſtũ Manichæum, c. 39.

Pſal. 115.

CAP.

CAPVT SECVNDVM DE NOMINIS IESV impoſitione.

Vocatum eſt nomen eius, IESVS, *quod vocatum eſt ab Angelo priuſquàm in vtero conciperetur.*

LVC. 2. CAP. *Luc. 2.c.*

NOMINA rebus ſunt impoſita, ſecundum earum proprietates. Vnde *Geneſ. 2. Omne* *Geneſ.2. cap.* *quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius, appellauitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, &c.* Etenim ſecundum proprietatem, rebus nomina impoſuit. Multò autem dignius & excellentius eſt, nomen hoc diuinum, quod eſt ſuper omne nomen, IESVS, non impoſitum ab Adam, ſed à Deo, dicente per Angelum: *Luc. 1. Vocabis nomen eius Ieſum*, ad Deiparam ſermo eſt. *Luc. 1. c.* Ad Ioſeph autem, *Matth. 1. Pariet (Maria) filium & vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum, &c.* En huius *Matth. 1. cap.* ſanctiſſimi nominis proprietas. Quo in loco ſedulò obſerua, veram *ὀνοματοθεσίαν*, id eſt, nominum impoſitionem, à ſummo Deo petendam eſſe. Nam maior potentia diuina, quàm humana eſt, quæ nomina rebus impoſuit. Qua de re Diuinus Plato in Gratylo, vel, de recta nominum ratione ſic deſertè ſcribit: *Plato in Gratylo.* Conſtat Deus nominibus illis ad rectitudinem ipſam vti, quæ natura conſiſtunt. Certè equidem ſcio, ſi qua Dij vocant, rectè eos admodum nominare. Rurſus idem, ibi. Ocyus rem expediamus, inquit, dicentes Deos prima nomina poſuiſſe, & idcirco rectè inſtituta fuiſſe. Et iterum, Reor equidem veriſſimum eum eſſe ſermonem, quo dicitur excellentiorem quandam potentiam quàm humanam prima rebus nomina præbuiſſe, quò neceſſarium ſit, vt rectè fuerint diſtributa. Hæc ibi. Conſentaneè admodum proinde Euangeliſta ſacer è cœlo hoc

N nomen

nomen fuiſſe inditum atque impoſitum, & per Angelum priuſquàm in vtero conciperetur, Virgini, matri electæ denunciatum ſignificat. Et quoniam, eodem Platone vbi ſuprà authore, orandus eſt Deus, vt nobis nomen ſuum patefaciat proprium. (Eius autem verba hæc ſunt) Secundum rectæ denominationis modum exiſtimo, vt quemadmodum lex in votis ſtatuit, precari Deos, quomodocumque nominari his placet, ita & nos vocemus, tanquam nihil aliud cognoſcentes. Eam ob rem conſultiſſimum exiſtimo, hoc ſalutari nomine IESV, deuotè ac piè interpoſito, noſtram ad Deum O. M. dirigere inuocationem. Quandoquidem, hoc nomen proprium Chriſti Verbi incarnati, à Deo impoſitum, noſtra vota apud Deum accepta reddet. *Omnis enim quicumque nomen Domini inuocauerit, ſaluus erit, Ieſus namque ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*, inquit diuina authoritas. Marſilius item Ficinus argumento in Platonis Cratylum adnotat, obſeruátque priſcam opinionem, qua aſſeritur diuinam quandam virtutem ab initio hominum inſtruxiſſe, rerúmque nomina docuiſſe.

Ioel. 2. Matth. 1. Marſil.⁹ Ficin.⁹ in Platonis Cratylũ.

Quod iis quæ in Protagora & Politico Platonis dicuntur eſt conſentaneum. Fieri enim non poteſt, vt humanum genus vel ab initio mundi, vel poſt ingentes illuuiones, aliter quàm diuinitus ſit inſtructum. Sic ille. Pari profectò dicendum ratione, Sanctiſſimum IESV nomen, non humanitus, ſed diuinitus innotuiſſe, Sacrámque Deiparam ab Angelo inſtructam, hoc filium ſuum nomine & vocabulo appellaſſe. *Vocatum eſt nomen eius* IESVS, *ait Euangeliſta.* Quo in vno nomine auguſtiſſimo, omnia ſimul, à propheta *Iſai. cap. 9.* communerata nomina ineluduntur: *Vocabitur, inquit, admirabilis, &c.* Qui enim IESVS, ſeu Saluator eſt, idem per conſequens, admirabilis ſit oportet. *Qui facit mirabilia magna ſolus. Pſalm. 135.* Admirabilis namque fuit in vita, admirabilis in morte, vt prodigia, quæ tunc viſa ſunt, apertè declarant, admirabilis in reſurrectione, admirabilis in aſcenſione, admirabilis in Spiritusſancti miſſione: admirabilis in totius orbis per duodecim ſuos Apoſtolos ad fidem conuerſione, admirabilis denique in maieſtatis ſuæ, cum ad iudicandum venerit, oſtenſione: *Matth. 25.* Meritò igitur Iſaias, ab admirabili nomine eius exorſus eſt. *Pſalm. 138. Mirabilia opera tua, Domine.* Qui etiam in matre admirabilis fuit, dum virgo concepit, virgo

Iſai. 9. c. Pſal. 135. Matth. 25. cap. Pſal. 138.

virgo peperit, & poſt partum virgo perpetuò permanſit. Quo de myſterio quidam piè, eleganter quoque ſcripſit & cecinit. *Poëta Chriſtianus.*

Partus & integritas diſcordes tempore longo,
Virginis in gremio fœdera pacis habent.

Præterea, *Exod. 15. cap. Quis ſimilis tui in fortibus, Domine? Faciens mirabilia?* Vnde & fortis ipſe dicitur. *Exo.15.c.* Conſiliarius item dicitur, & eſt IESVS, Saluator, qui ſua per tot annos prædicatione conſuluit Iudæis, quorum ad complendas promiſſiones patrum, factus eſt Doctor. Conſuluit etiam omnibus in vniuerſum gentibus, per ſuos diſcipulos Euangelium viam ſalutis docens, atque vbique terrarum diſſeminans. Ipſe quoque verba vitæ æternæ prædicauit, & inauditis confirmauit miraculis. Conſilia igitur eius, quiſquis obſeruauerit, ſaluabitur.

Sunt autem de operibus ſupererogationis ac heroicis. De quibus, *Matth. 19.* Deus nomen eius in ordine tertium. *Matth. 19. cap.* Nec enim alius talia poterat operari, vt peccatores ſaluos faceret, *Omnium operari ſalutem in medio terræ, iuxta diuinum ac Regium vatem,* niſi Deus eſſet. *Pſalm.* Innumera ſunt teſtimonia diuinitatis eius in vtroque teſtamẽto, quibus commemorandis, vt breuitati conſulamus, ſuperſedere expedit. Fortis ſimiliter appellatio ei valdè congruit. *Matth. 12. & Luc. 11. Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, ſi fortior eo ſuperuenerit, vniuerſa eius arma ac ſpolia diripit.* *Matt.12. & Luc. 11. cap.* *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio, Dominus virtutum, ipſe eſt rex gloriæ. Dominus exercituum, ſiue Zebaoth, apud Pſalmographum.* Ipſe IESVS ſaluàtor noſter. Fortis etiam eſt, quia *nemo rapiet de manu eius quemcumque ad illum confugientem. Ioan. 10. cap.* Pater futuri ſæculi, in quo nempe regnabunt cum Chriſto oues eius, quibus vitam largietur æternam, *Ioan. 10. Ego vitam æternam do eis.* *Ioan.10.* Vnde canit Eccleſia in Symbolo tempore ſacrificij decantari ſolito, *Et vitam venturi ſeculi, Amen.* Princeps tum demum pacis appellatur, qui omnibus ſuis pacem reliquit. *Eccleſia in Symbolo.* Pacem meam do vobis, inquiens, pacem relinquo vobis. Hic eſt verè rex pacificus, cuius pax, teſte Apoſtolo, *exuperat omnem ſenſum. Philipp. 4. & Pſalm. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, Domine.* *Philip.4. cap.* Pacatiſſimos reddit ſuos pacificus IESVS, *Matth. 5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* *Pſal.118.* Iam vides in *Matth.5.* hoc nomine IESV, omnem vim & efficaciam aliorum Dei nominum contineri, ac inuolui: Quod ſic liquidò conſtat.

Siquidem Saluatoris eſt, miro quodam ac ineffabili modo, hoſtem expugnare, de hoſte deinde mirabiliter triumphare. Ergo iure admirâbilis vocatur. Secundò Saluatoris eſt doctrina & conſilio ſuis prodeſſe. Ideò conſiliarius dicitur.

Matth. 1. cap. Tertiò, ſi (pro quia) *Saluator eſt peccatorum, Matth. 1.* non poteſt eſſe niſi Deus. Si enim homo purus eſſet, peccator naſceretur. Redemptore itaque ac alio ſaluatore indigeret. Quomodo ergo omnes alios ſaluare poſſet ac redimere, qui pro ſeipſo redemptione opus haberet? Non cohærent inter ſe redemptus & redemptor. Nec benè inter ſe concordant peccator & Saluator. Ergo ſit *Immanuel* *Iſai. 7. & Matth. 1. cap.* *(quod interpretatum ſonat nobiſcum Deus) neceſſe eſt, Iſai. 7. & Matth. 1.* qui ſaluatoris nomine ac honore dignus eſt. Quartò, Saluatoris eſt nobis fortitudinē dare, vnde Chriſtus fortis nuncupatur.

Quintò, Saluatoris eſt conſcientiam noſtram tranquillam & pacatam reddere, nóſque Deo recōciliare. Quamobrem Chriſtus princeps pacis vocatur. Sextò, Saluatoris eſt non tantùm hac in mortali vita gratiam dare, verumetiam in altera, æternam gloriam & fœlicitatem, qua de cauſa pater futuri ſeculi nominatur. Hactenus de nominibus ab Iſaia prædictis. *Beda venerabilis in præſenti Homilia.* Beda venerabilis homilia in circunciſione Domini, hoc, inquit, quòd eodem die ſuæ circunciſionis nomen, vt IESVS vocaretur, accepit, ad imitationem priſcæ fecit obſeruationis, quam ex eo credimus ſumptam, quòd Abraham patriarcha, qui primus circunciſionis ſacramentum, in teſtimonium ſuæ magnæ fidei, & diuinæ promiſſionis accepit, eodem die ſuæ ſuorúmque circunciſionis, etiam nominis amplificationem promeruit, vt qui eatenus Abram, pater excelſus, dictus eſt, deinde Abraham, id eſt pater multarum gentium vocaretur, quia patrem, inquit, multarum gentium conſtitui te. Quæ fideliſſima promiſſio tam latè per orbem iam patet impleta, vt etiam noſipſi de gentibus ad fidei illius deuotionem vocati, ipſum nos patrem ſpiritualiter habere *Gal. 3. c.* gaudeamus, dicente etiam nobis Apoſtolo: Galat. 3. capit. *Si autem vos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis, ſecundum promiſſionem hæredes.* Sic ille. *Vocatum eſt nomen eius* IESVS, *Heb. 1. c.* Hoc nomen eſt omnibus creaturis venerabile, *Tanto melior,* ait Diuus Paulus, Hebr. 1. cap. *Angelis effectus, quantò differentius nomen præ illis hæreditauit: Philipp. 2. vt in nomine* *Philipp. 2. cap.*

IESV, *omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & inferno-*
rum. Memento, quæſo quòd Sibyllæ Erythrææ, Acroſti-
chis, præ ſe fert hæc nomina ſimul coniuncta, *ἰησοῦς θεοῦ χρι-*
στὸς υἱὸς σωτήρ. Qua de re ſic Diuus Auguſtinus libr. 18. de *D. Au-*
ciuit. Dei cap. 23. Erythræa Sibylla, inquit, quædam de *guſt. to. 5.*
Chriſto manifeſta conſcripſit carmina: in capitibus autem *lib. 18. de*
verſuum deprehendere licet, ordinem literarum ita ſe ha- *ciuit. Dei*
bentem, vt hæc verba legantur, *ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σω-* *cap. 23.*
τήρ. quod eſt Latinè, Ieſus Chriſtus Dei filius, Saluator.
Hæc ille. *Cicero li.*

Meminit & Cicero libris de diuinatione ita ſcribens: *de diui-*
ἀκροστιχὶς Acroſtichis dicitur, cùm deinceps ex primis ver- *natione*
ſuum literis aliquid connectitur, id certè magis eſt at- *ſecundo.*
tenti animi, quàm furentis: atque in Sibyllinis ex pri-
mo verſu cuiuſcumque ſententiæ primis literis, illius
ſententiæ carmen omne prætexitur. Ad hunc modum
ille.

Videndum conſequenter, quibus nomen quodammodo
ſimile fuerit impoſitũ, qui Chriſtũ præfigurauerunt: Prim⁹
fuit Ioſue, de quo Eccl. 46. Fortis in bello IESVS *Naue ſuc-* *Eccl. 46.*
ceſſor Moyſi in prophetis. & 1. Machab. 2. IESVS *dum impleuit* *cap. & 1.*
verbũ, fact⁹ eſt dux in Iſraël Secũdus fuit IESVS Ioſedech, *Mach. 2.*
ſacerdos magnus, de quo *Zach. 3. Oſtendit mihi Dominus,* *cap.*
Ieſum ſacerdotem, &c. Audi IESV *Sacerdos magne; Ecce ego*
adducam ſeruum meum Orientem, &c. Tertius fuit, IESVS
filius Syrach, de quo *Eccli. 50. Doctrinam ſapientiæ ſcripſit* *Eccli. 50.*
in codice iſto IESVS *filius Syrach Ieroſolymita, qui renouauit* *cap.*
ſapientiam de corde ſuo, &c. Quartus verò, ter quaterque
maximus fuit IESVS Redemptor mundi, de quo hoc lo-
co, qui fuit per tres alios præfiguratus.

Primò, quia ſicut Ioſue 31. reges deuicit, Ioſue 12. cap. fi- *Ioſue ca.*
liósque Iſraël in terram promiſſionis introduxit, quod *cap.*
non fecit Moyſes, ſic iſte IESVS dæmonibus debellatis,
ſanctos introduxit, in hæreditatem æternam: Secundò,
quia ſicut IESVS Ioſedech filius templum ſecundum ædi-
ficauit, & excitauit, in quo fuit filius Dei à matre virgine
præſentatus.

Ita hìc IESVS conuocauit & ædificauit Eccleſiam, ve-
tere Synagoga longè glorioſiorem. Tertio, ſicut IESVS
Syriacides, renouauit ſapientiam de corde ſuo. Sic &
Chriſtus IESVS vetuſtatem antiqui teſtamenti Moſaici
in nouitatem conuertit Euangelicæ legis. Fuit Chriſtus

N 3 bellator

bellator fortiſſimus,inſtar primi,in ſua paſſione fuit ſacerdos ſanctiſſimus in Euchariſtiæ inſtitutione. Fuit doctor ſapiẽtiſſimus,in Spiritus ſancti largitione,& copioſa effu-
1. Pet. 2. ſione.In ſumma, Chriſtus dux fortiſſimus, ſummus ſacer-
& 5.cap. dos,Pontifex, *& Epiſcopus paſtórque animarum noſtrarum,* & templi Dei reſtaurator,ac denique maximus doctor, & ſapientia increata.Patriarchæ olim inuocabant ſub nomine Sadai,שדי, omnipotentis Dei,in lege, ſub nomine Iehoua, יהוה. In Euangelio autem Chriſtiani poſtulant & petunt ſub nomine IESV, ישוע, Τετραγράμματον,nomen eſt,ſeu, quatuor literarum. Fertur, quòd ſanctus Ignatius hoc nomen,IESVS,aureis exaratum literis cordi ſuo inſcriptum gereret,atque inuentum ibidem fuerit:poſt eiuſ-
Decades dem obitum, cùm illius cor in multas diſſectum fuiſſet
ſacræ, particulas,vt fuſiùs in Decadibus noſtris ſacris,Conc.1.ad
Conc.1. verba:vbi theſaurus tuus, ibi & cor tuum diximus. Nobiles illi Romani,nobilia nomina ſibi vſurpauerunt.ille nomen Africani,ille Gothici, ille Aſiatici aſſumpſit:at Chriſtus nomen Seruatoris. Gentiles ſumunt nomen à deſtructis deuaſtatiſque gentibus, Chriſtus verò à gentibus reparatis & ſeruatis, vocatus eſt IESVS. Maius fuit ſaluare peccatores,quàm condere vniuerſum.Dum orbem condit Chriſtus, nihil patitur, nihil laborat: dum autem ſaluat IESVS, laborat,ſudat etiam ſanguinem, nedum aquam, moritur,mortem omnium acerbiſſimam patiens,vulneratus eſt & attritus propter ſcelera noſtra.Creando, nihil aliud facit,quàm terrenis largiri eſſe naturale. Dum ſeruat peccatores,largitur eſſe gratiæ diuinum,& ſupernaturale.
Actor.4 *Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo o-*
c. Palaci⁹ *porteat nos ſaluos fieri*, Actor.4. Hæc Palacius in Mat-
in cap.1. thæum 1.cap.ad verba, Liber generationis IESV CHRI-
Matth. STI. IESVS nomen proprium,diuinitatis & humanitatis ſimul index eſt,ideò enim dicitur Saluator, quia diuinitas per humanitatem ſaluos nos fecit,idcirco pari ratione dictus eſt etiam Emmanuel,id eſt, nobiſcum Deus. Nomen incarnati verbi eſt IESVS.verè Τετραγράμματον, ſiue quadriliterum: quatuor enim literis & characteribus ſeu Elementis Hebraicis ſcribi debet,non, vt Iudæi moderni errantes,tribus duntaxat literis ſcribunt ישו, ſed ישוע, Ieſuas,hoc eſt,ſalus vel ſaluator, non autem ſaluatus.In veteri teſtamẽto erat etiam nomẽ Dei Τετραγράμματον, יהוה Iehoua. Tunc ſiquidem cognoſcebatur Deus tanquam

creator

creator mundi, quippe qui dat omnibus eſſe, ipſe per ſe ſolus exiſtens, ideò ab eſſe nomen accepit: ſed in nouo teſtamento, agnoſci voluit tanquam redemptor, & ſaluator mundi, ideóque à ſalute nominatur IESVS, id eſt, Saluator, à radice, ישע, Iaſaa, ſaluauit. O dulciſſimum nomen! Quàm aptè quadrat verſus iſte, in arte Poëtica. *Horati⁹ de arte Poëtica.*

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.

Nomen ab antiquis tandiu deſideratum, tempore autem gratiæ miſericorditer donatum.

Id propheta ſummis exoptabat votis, dicens, *Dic animæ meæ, Salus tua ego ſum Pſalm. 35.* Hebraicè ſic legitur, אכר, ישעתך, Ieſuaatech anni. Salus tua, ego. Sic ibi. q. d. Domine ſatis dixiſti. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus vltionum, & Dominus iuſtus noſter, Abſconde (quæſo) nomen potentiæ, non audiatur nomen vindictæ, taceatur nomen iuſtitiæ.

Da nobis nomen miſericordiæ: ſonet nomen IESV in auribus meis, quia tunc verè vox tua dulcis. Hæc Diuus Bernardinus de glorioſo nomine IESV in Quadrageſimali, de Euangelio æterno, ſermo. 49. Hoc eſt nomẽ, quod dedit vitam mortuis, Dæmones fugauit, & miracula fecit, Mar. vltimo cap. *In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, &c.* Item Pſal. 85. precari quilibet vir pius debet, *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter, &c.* vbi Diuus Hieronymus vertit ex Hebræo. *Conuerte nos Deus,* IESVS *noſter.* Ita enim Hebraicè legitur: ישענו אלהי. Elohe Iiſſenu. Deus Ieſus noſter. Ioannes Molanus Louanienſis Theologus, lib. De picturis & imaginibus ſacris, ca. 56. Cur, inquit, inter tot nomina Saluatoris IESVS præ reliquis ita in honore eſt, vt dum nominatur IESVS, externum reuerentiæ ſignum exhibeamus flectendo genua, aut caput aperiendo: dum verò Deus nominatur, nihil tale fit? Huius ratio eſt, quòd IESVS ſit proprium nomen Chriſti, qui ſalutem noſtram & redemptionem eſt operatus, qui liberauit nos ab æterna perditione, & gratiam promeruit perueniendi ad vitam æternam. *D. Bernardinus ord. Minorum, de Euãgelio æter no. ſer. 49 Mar. vltimo ca. Pſal. 85. D. Hieronym⁹. Molanus ca. 56. de picturis.*

De illo ergo beneficio, quod longè maximum eſt inter omnia, quæ Deus nobis præſtitit, agimus gratias Deo, quando honoramus nomen IESV: quia illud nomen clarè ob oculos ponit illud beneficium, cùm IESVS *non ſit aliud, quàm ſaluator, vt Angelus, ait, Matt. 1.* Hæc ille. Scribit etiam Nicephorus hiſtor. Eccleſ. libr. 17. capit. 3. quod *Mat. 1. c. Nicephorus li. 17. ca. 3. hiſt. Eccleſ.*

Antiochia cùm grauiſſimas à terrę motu pertuliſſet ęrumnas, deinde à Iuſtiniano debitam conſequuta eſt curam, ſeu prouiſionem,& Theopolis,hoc eſt,Dei ciuitas,eſt nominata.

Vnuſquiſque enim ciuium Chriſti nomen pro foribus inſcribens,eo modo terræmotum diſpulit,quum Deus religioſo cuidam homini, oraculo hæc verba foribus inſcribere præcepiſſet: *Chriſtus nobiſcum, ſtate.* Sic Nicephorus. Vides quòd Chriſti IESV ſalutiferum nomen ſit credentibus turris fortitudinis,à facie inimici? Petrus Galatinus

Galat.li. 3.c.18. libr.3.cap.18.Si quis obiecerit ex Iſaia cap.7. *Vocabitur nomen eius Emmanuel.* Chriſtus tamen, Ieſus vocatus eſt, &

Iſa.7.ca. non Emmanuel.

Reſpondeo,aliud eſt naturę nomen,aliud impoſitionis. Conſtat enim naturam ipſam,quæ dat rei formam,nomen quoque eidem rei dare, ſicut dat homini & humanitatem, & nomen,quod eſt homo.

Non enim homo nominatur aliquis,niſi propter hominis naturam,cuius eſt particeps.Ita quoque Meſſias noſter Emmanuel,hoc eſt,Deus & homo, & à Spirituſancto, & à matre dictus eſt, & talis etiam à Chriſtianis omnibus & creditur & vocatur, cùm duas participet naturas, diuinã ſcilicet & humanam. Iuxta quem modum à Spiritu ſancto,per prophetas, pluribus ac diuerſis vocatus eſt nominibus,diuinam aut humanam, aut vtrãque ſimul eius naturam importantibus. Emmanuel igitur nomen eſt naturæ,vtriuſque naturæ vnionem, quæ in vtero virginis fieri debebat,deſignans. IESVS verò impoſitionis eſt nomen,

Gal.li. 1. cap.7. quod Saluator, vel ſalus,ſiue ſaluatio interpretatur.Sic ibi Galatinus noſter.Qui rurſus,libro primo capite ſeptimo, ad ſecundam obiectionem ex Talmud, de conuiciis in Chriſtum ibi contentis ſic reſpondet: Concedendum vtique multa mala atque turpia in Talmud de IESV Nazareno dici,non tamen ea de Ieſu noſtro Saluatore,ſed de alio quodam referri.

Nam vt Thalmudiſticæ narrant hiſtoriæ, ſtante templo ſecundo,regnante Hircano Machabæo, Simonis Machabæi filio, quidam Rabbi Iehoſuas filius Perahiæ, eo itinere, quo ex Alexandria Hieruſalem repetebat, hoſpitium vnà cum diſcipulis ingreſſus, domúmque intuens,Quam pulchra eſt,inquit.

Quidam autem ex eius diſcipulis Ieſus nomine,qui & Naza

Nazarenus erat, credens verbum illud de hoſpitis vxore præceptorem ſuum protuliſſe, reſpondens, ait: Verè pulchra eſt, ni oculos profundos haberet. Rabbi ergo rapida in eum ira accenſus, Impie, inquit, de huiuſmodíne tam nefario facinore cogitas? Quo dicto ilicò eum à ſuo ſuorúmque conſortio anathemate deiecit.

Quare Ieſus ipſe ſe huiuſcemodi contemptu, atque opprobrio affectum conſpiciens, lapidem erexit ipſumque pronus adorauit, ac plurimos Iudęorum ad ipſius idoli cultum adduxit.

Qui & magus erat, & tandem ſua ob ſcelera ſuſpenſus fuit, vnde ſic de eo legitur: non ſicut Rabbi Iehoſuas, qui repulit Ieſum Nazarenum duabus manibus.

Quia igitur in variis ipſius Talmud locis, Ieſus iſte Nazarenus de adultera, ac polluta natus, idololatra, magus, legíſque ſubuerſor, & tandem ſuſpenſus, magno cū vilipendio memoratur: quamplurimi, ac pœnè innumerabiles propter hiſtoriæ ignorantiam, & fortè Rabbinorum recentiorum prauitate decepti, turpia omnia illa de Ieſu glorioſiſſimo ſaluatore noſtro dici putant.

Sed huius erroris falſitas ex eo maximè conuinci poteſt, quòd vt in Talmudicis quoque patet hiſtoriis, Hircanus ille Machabæus, ſub quo fuit I E S V S iſte Nazarenus, de quo turpia omnia illa referuntur, ante Pontium Pilatum, ſub quo I E S V S C H R I S T V S paſſus eſt, anno circiter 110. regnauit.

Hactenus Galatinus. Subſcribit ei Reuchlinus libro primo Cabalæ ita ſcribens: Ioſua filius Parahiah, cuius fuit diſcipulus quidam I E S V S Nazarenus Machabæorum ætate, non ille Chriſtianorum.

Sic ille. Nec prætermittam illud, quod in Galatino appoſitum eſt: nempe in margine, ſcholion extat perbreue, ſic: De quodam I E S V nugone loquitur, non de Chriſto, vt in Seder Holam legitur.

Ego verò ad breue Hebræorum Chronicon, quod inſcribitur Seder olam zuta, Genebrardo interprete, ſtatim me conuerti, in quo perquirens, præfatæ hiſtoriæ veritatem, circa tempora Hircani primi, qui ſibi coronam regiam impoſuit, ita comperi.

Seder olā zuta, ſiue, Chronologia Hebraorum G. Genebrardo interprete.

Ei mortuo ſucceſſit in regno Alexander filius, qui vocatus eſt Iannes, is ſapientes magna cæde affecit.

Fugit autem Ioſue Peraiæ filius, in Alexandriam Æ-

gypti, donec ſocij ſui ſupplicatione reditum à Rege impetraſſet.

Deinde ibi ſubiungitur: Quidam aiunt Ioſuam Peraïç filium magiſtrum fuiſſe IESV Nazareni, Quod ſi res ita habet, viguit ille profectò tempore Ioannis regis.

Hiſtoriographi autem exterarum gentium ipſum affirmant natum diebus Herodis, Archelai autem tempore cruci ſuſpenſum.

Quæ contentio eſt maxima, quoniam diſcrimen eſt inter ipſos (hiſtoriographos & Iudæos & extraneos) pluſquam centum & decem annorum. In margine habetur breuis annotatio: Error Iudæorum de Chriſti tempore. Subditur in contextu fuiſſe natiuitatem ipſius IESV anno 38. Imperatoris Auguſti, Romanorum principis diebus Herodis, aſſerunt hiſtorici exterarum nationum. Crucifixionem verò diebus Archelai iſtius filij. Fortaſſis autem vſque eò pugnaciter contendunt, quo dicant, templum & regnum Iſraël poſt crucifixionem ipſius pauliſper ſtetiſſe. At penes nos veriſſima eſt traditio è Miſna atque Thalmud, quorum auctores nihil de rebus immutarunt. Siquidem R. Ioſue Peraïæ filius fugit in Ægyptum his Alexandri Iannæ diebus, cúmque eo IESVS Nazarenus. Conſimiliter apud nos vera eſt traditio, quod anno 51. regni Machabæorum, & ducenteſimo nonageſimo nono ſtructi templi, comprehenſus eſt, ídque ætatis ſuæ anno 36. qui tertius erat regni Ariſtobuli, Iannæ filij. Hæc ibi. Quæ velut κατὰ παρέκβασιν excurrendo dicta ſunto.

Quod ad me attinet, cenſeo alterutrum dicendum, vel, quòd ſi quæ ex Galatino, & Seder olam allata & producta ſunt ſiue citata, vera ſunt, profectò, ex temporum ratione, vel Chronologia, nihil ad IESVM, noſtrum ſanctiſſimum redemptorem pertinent: qui eſt Sanctus ſanctorum, imò ipſa ſanctificatio, & iuſtitia, vel quòd à Thalmudiſtis hæc conficta ſunt, in Chriſti noſtri veri Meſſiæ odium implacabile, vt illum apud Iudaizantes & perfidos Synagogæ filios traducerent, & magis ac magis exoſum redderent: vt adimpleatur ſer-
Ioan. ca. mo, qui in lege eorum ſcriptus eſt: Quia odio habuerunt
15. ex Pſ. me gratis. Ioan. 15. ex Pſal. 24. Genebrardus li. 2. Chron. ad
24. annū mundi 3983. ſic de hoc Ioſue filio Peraïç ſcribit: Hui⁹ diſcipulum fuiſſe conſeruatorē noſtrū addita fabula ioculari, mentiuntur in Thalmud & Seder olam. addunt fuiſſe

ſuſpen

ſuſpenſum an.51.regni Machabæorũ & ætatis 36. Ad cuius confutationem temporum ratio ſatis eſt.Nã inter vtrumque eſt interuallum 100. annorum. Hoc autem aiunt, vt indicat R.Abraham in ſua Cabbala,ne ipſorum excidium, & perpetua calamitas morti Chriſti tam vicina, inde videatur cauſam trahere. Fabulas eorum, (Iudæorum) de Chriſto habes tractatu de Sabbato. cap.12. & tractatu Herubin,cap.2.hæc Genebrardus.Faceſſant ſpurij iſti, conciſio veriùs quàm circuncιſio, nihílque aliud quàm præputiati corde,ore,auribus,& operibus,pleni dolo & malignitate.Idem Galatinus,lib.3.cap.20.hoc de nomine ſic diſertis verbis ſcribit: Iudæi noſtri ſeculi, IESVM, ipſum blaſphemare non horrent. Hoc autem nomen IESVS, inter cætera nomina ipſi Meſſiæ attributa,eſt illi magis propriũ, magíſque conueniens:quod quidem nomen ab ęterno per æternam prædeſtinationem à patre æterno illi impoſitum fuit, & poſt modum ab eodem prophetis reuelatum. Sic ibi. *Galatinus li.3. c.20.*

Ioannes item Reuchlin lib.3. De verbo mirifico cap. 12. ita de hoc nomine IESV,diſſerit:O fœlicem hanc horam, in qua tam excellens, tam potens, tam victorioſum inuenimus nomen! *Quem ſcripſit Moſes in lege & cæteri prophetæ inuenimus Ieſum.Ioan.1.* Sæpè deſideratum, diu quæſitum, valdè inueſtigatum. Nomen ſummum, & exuperantiſſimum, nomen religioſum, ſanctum & honorandum, nomen in quod omnia ſacra nomina ſunt referenda,quod eſt ſuper omne nomen, quod nominatur in cœlo & in terra, etiam in futuro ſeculo. Nomen miraculoſum & mirificum,nomen ſono vocis enunciabile, non vltra ineffabile, non, inquit, τετραγράμματον, ſed πεντάγράμματον. Sic ille. Putat verò nomen iſtud in lingua ſancta quinque literis compleri,יהשוה IHSVH, &, quòd nomen ineffabile Tetragrammaton ſit effabile, per conſonantem quæ appellatur ש Schin,quod dentes Diuus Hieronymus exponit. Per dentes autem articulata vox promitur,cùm dentes inſtrumenta fandi potentiſſima exiſtant. Hebræorum Grammatici à ſaluando deducunt nomen IESV, à medendo & ſanando deriuant Græcorum auctores,ait Reuchlinus lib. 3.cap. 13. vbi ſuprà IESVS autem nomen eſt maximè proprium & nulli alteri niſi filio Dei incarnato conuenit. In ea fuit præfatus auctor ſententia, vt Iehoſua dici deberet, pro Ieſuaa.Sed obtinuit ac præualuit hęc poſtrema opinio, *Reuchlin lib.3. De verbo mirifico c.12. & 13.&14. Ioan.1.c. D.Hieronymus, de interpretatione Alphab. Hebr.*

vt

vt ישוע Ieſuaa proferretur, & his duntaxat literis quatuo deſcriberetur radice ישע à ſaluando, nimirum. Rurſu Reuchlin cap.14. Quotquot, inquit, fuerunt in veteri te ſtamento, qui noſtro ſermone, I E S V cognominantur (De tribus in ſuperioribus habita eſt mentio, De I E S V Naue de I E S V Ioſedech, & de I E S V Syracide) illorum nemo eas literas omnino poſſidet, quas (in lingua ſancta ſiue Hebraica) incarnatum hoc Dei verbum, Deus noſter. Nomen, inquam iucundum Angelis, religioſum hominibus, terribile dæmonibus, quinque literis, id eſt, ex nomine tetragrammato, & vna inſerta, ש Schin miro Spiritus ſancti artificio componitur. Et ita יהשוה I H S V H pronuntiatur, ait ille. Subdit quoque, ש Schin literæ conſonantis figura lampadi par & conſimilis eſt, in qua inſtar, iod elementi, quod Deitatem Hebræis deſignat (nam principium exponitur lychnus ſplendet (Gallicè *la meſche, ou le lumignon qui ard en la lampe.*) Idem cap.15. præfati de mirifico verbo libri 3. producto ac citato Sibyllino verſu, exiſtimat quinque literis ſcribendum eſſe hoc adorandum nomen I H S V H, יהשוה, ſic nãque habet prædictus Sibyllinus verſus:

Reuchlin lib.3.c.15 de verbo mirifico.

Τέσσαρα φωνήεντα φέρων τὰ δ' ἄφωνον ἐν αὐτῷ. (id eſt Latinè conuerſum,

Quatuor ergo feret vocales, conſonat vna.

Interferere neceſſarium duxi, quod F. Sixtus Senenſis Dominicanus Polyhiſtor, multæ ſanè lectionis vir, ſingulariſque eruditionis, ac raræ doctrinæ, lib. 2. Bibliothecæ ſanctæ in Sibylla Cumana, ſedulò annotauit, ad hunc modum. Fertur eius de filij Dei incarnatione, atque eius ſanctiſſimo nomine Græcum in his verſibus vaticinium.

Sixt⁹ Senenſis li. 2. Bibliothecæ ſanctæ de Sibylla Cumana.

Τέσσαρα φωνήεντα φέρει, τὰ δ' ἄφωνα ἐν αὐτῷ·
Δισσῶν ἀγγέλων. ἀριθμὸν δ' ὅλον ἐξονομήνω.
Ὀκτὼ γὰρ μονάδας, τόσσας, δεκάδας ἐπὶ τούτοις.
ἠδ' ἑκατοντάδας ὀκτὼ, ἐπιστικόροις ἀνθρώποις
οὔνομα δηλώσει.

Latinè ſic conuerſum reperi,

Vocales quatuor autem
Fert, non vocaléſque duas binûm geniorum.
Sed, quæ ſit numeri totius ſumma, docebo.
Namque octo monades, totidem Decadas ſuper iſta,
*Atque * hecatontadas octo infidis ſignificabit*
Hominibus nomen.

** ſiue, cẽtenarios.*

Beda venerab.

Beda in primo libro Cõmentariorum in Lucam clariùs explicat,

explicat, adiecto expreſſius numero ſeptuagenario (qui rectè magis, & obſcuriùs in Sibyllino carmine ſubintelligitur,ſi octo Decadas numeraueris,quæ 80. efficiunt, non autem, ſi ſemel tantùm Decades numerentur, vel rectiùs, vna ſola Decas intelligatur. Hæc ego adijcio.) Huius ſacroſancti nominis IESV numerus perpetuæ ſalutis noſtræ redolet myſteria:ſex quippe literis apud Græcos ſcribitur ΙΗΣΟΥΣ,quarũ numeri ſunt,10.8. 200.70.400. & 200. qui ſunt ſimul 888. Qui profectò numerus figuræ reſurrectionis adgaudet. Octauus enim numerus in ſacris literis reſurrectionis gloriæ conuenit:quia Dominus octaua die, hoc eſt. poſt ſeptimam Sabbati reſurrexit, & ipſi poſt ſex huius ſæculi ætates, & ſeptimam ſabbati animarum, quæ nunc interim in alia vita geritur, quaſi octauo tempore ſurgemus.Sic ille.

Quòd verò de binis geniis dicit Sibyllinum carmen,ſic habeto,vt marginalis annotatio fert,ibidem. Duæ conſonantes σ.σ. (ſigma Græcè) s.s. Latinè ſunt duo elementa,à quibus incipiunt nomina duorum principalium Angelorum, boni ſcilicet, quem plerique veterum Sathaëlem dixere, & mali, qui Sathan appellatur. Hæc ibi. Contra hoc Sibyllinum teſtimonium, exiſtimauit Reuchlinus nomen IESV, apud Græcos & apud Hebræos aut etiam Latinos cenſeri Pentagrammaton, ſiue, quinque literarum.s. autem finale non eſſe de eius ſubſtantia. Verba eius ex libro 3.vbi ſuprà referam. Ergo, inquit,in iſto pentagrammato, ſiue quinquelitero, vt ſic dicam, nomine יהשוה IHSVH poſt י Iod, & poſt ו Vau. ipſa gemina ſequetur aſpiratio ה. ה. He. Alioqui quomodo primitiuum illud ſuum Tetragrammaton, יהוה, imitabitur?aut quomodo verè affirmabitur quinque ſcribi figuris? Nam ſi qua vel in Græco, vel in Latino ſermone, vt, ΙΗΣΟΥΣ, IHESVS, finalis s. litera deprehenditur, ea non de ſubſtantia nominis huius, ſed de eius fore declinatione iudicanda fuerit, quæ & declinando haud permaneat,& vel Græcè in N. vel Latinè in M. crebrò mutetur. Tantum igitur ſunt quinque notæ, quibus omnium ſacratiſſimum Pentagrammatorum formatur.Sic Reuchlinus, qui mordicùs huic hæret opinioni, vt nomen IESV, non ſit aliud à nomine Domini Tetragrammato, niſi vnius Schin. ש. literæ aſſumptione: Ipſe viderit.De nomine Ioſue,ne,inquit,creatura nomen creatoris integrum ferret, ad integritatem veri nominis,

IHSVH,

IHSVH. יהשוה, illi defuit, quod extrema eius aſpiratio, in aliam gutturalē vertitur, & Schin, ש, poſt Vau, ו, tranſponitur hoc modo: יהושוע. Is ipſe denique cap. 19. vbi ſuprà, ſic concludit de vi & efficacitate huius nominis IESV CHRISTI, Hæc eſt ſalus noſtra & medela, Act. 4. *In nomine Domini noſtri* IESV *Chriſti, in hoc, inquam, iſte aſtat coram vobis ſanus (qui fuerat ex matris vtero claudus)* hæc eſt adoptio noſtra, Ioan. 1. *dedit poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, &c.* Hæc eſt retributio noſtra, dicente Chriſto ipſo, *Quiſquis calicem aquæ, tribuerit in nomine meo, non perdet mercedem.* Hæc eſt expletio voluntatis noſtræ. Promiſit namque Chriſtus ſic dicens: *Siquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Hæc eſt conſolatio noſtra, eodem Chriſto teſte: *Paracletus, Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, &c.* *παράκλητος* conſolatorem, & hortatorem, ſiue etiam patronum & aduocatum ſignificat. Hæc eſt vita noſtra, quod ſcribit Ioannes Theologus cap. 20. *Vt credatis quia* IESVS *eſt Chriſtus filius Dei: & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.* Hæc eſt religio, hæc reuerentia noſtra, *vt in nomine* IESV, *omne genu flectatur, Philipp. 2.* Hæc eſt piis lætitia perfecta. *Vſque modo non petiiſtis quicquam nomine illo: Petite vt gaudium veſtrum ſit plenum. Ioan. 16. cap.* Hæc denique eſt audacia, hæc fiducia noſtra. Paulus enim in Damaſco cuncta fiducialiter egit in nomine IESV. Actorum 9. *Narrabat Barnabas, quomodo Saulus in Damaſco fiducialiter egerit in nomine* IESV. *Et erat cum Apoſtolis ac diſcipulis intrans & exiens in Hieruſalem, & fiducialiter agens in nomine Domini.* Quid pluribus opus eſt? Hæc eſt præſentia Dei, qui ait: *Vbicumque duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Et omnis quicumque inuocauerit nomen Domini ſaluus erit. Nemóque poteſt dicere Dominus* IESVS, *niſi in ſpiritu ſancto,* vt diuinus, ait Apoſtolus. Quod ſic intellige, nemo reuerenter nominat hoc nomen, niſi ex quadam motione ſpiritusſancti: ſic nemo reuerenter orat patrem, d. Pater noſter, &c. niſi ex quadam motione ſpiritus diuini, non quòd ſimpliciter nemo poſſit proferre nomen IESV niſi ſit donatus gratia Dei, & Deo ſit amicus. Sic Michaël de Palacio Granatenſis in 14. Ioannis expoſuit. Verùm enimuerò, hoc auguſtiſſimo, omníque veneratione digniſſimo nomine inuocato, vt huic noſtro labori exoptatum finem imponamus, tempus eſt. Meminiſſe nos oportet,

Reuchlin de verbo mirifico. c. 19.

Act. 4.

Ioan. 1. c.

Ioan. 20.

Philipp. 2

Ioan. 16.

Act. 9.

oportet, & in vita & in mortis articulo, huius ſacratiſſimi nominis, veluti protomartyr coronâ digniſſimus, & cœleſti laurea ac triumphali inſignitus *Act.7.* Stephanus, dum lapidaretur, inuocabat Dominum dicens: *Domine* IESV, *ſuſcipe ſpiritum meum.* Et cum regio pſalte, ſic inuocemus, *Deus in nomine tuo ſaluum me fac.* & rurſus, *Propter nomen tuum propitiaberis peccato meo, multum eſt enim, propter gloriam nominis tui libera nos. Propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.* O pater cœleſtis, *ſanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum.* Eius tandem conſortes efficiamur,

per te, IESV Chriſte ſaluator mundi. Qui viuis & regnas Deus, per omnia ſæcula. Tibi laus, & gratiarum actio, *α καὶ ω.* Principium & finis. *O ſanctiſſima Trinitas, vnus Deus, miſerere nobis.*

Amen.

*

NVME

NVMERVS, AC NOMINA AVCTORVM, QVOS IN his citamus Enneadibus aduentualibus ſecundum ſeriem alphabeti.

A

ABdias.
Aben Ezra.
R. Abraham in Cabala.
Æditio vulgata.
Ælianus.
Æſopus fabulator.
A.Gellius.
Aiala epiſcopus.
R.Akiba.
Alexander de Ales, minor.
Alchoranum.
Aluarus Minor.
D.Ambroſius.
Ammianus Marcellinus.
Andreas Cæſaræ epiſcopus.
Annales Gallici.
D.Anſelmus.
S. Antonius Florentinus.
Arias Montanus.
Ariſtoteles.
Arnobius.
D.Athanaſius magnus.
Athenæus.
D.Auguſtinus.
Aureolus.
Auctores hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

B

Baptiſta Mantuanus, Carmelita
D.Baſilius magnus.
Baſilicon iuris.
Baſilienſe concilium.
Beda venerabilis.
D.Bernardus.
D.Bernardinus ord.Minorũ.
Bernardin⁹ de buſtis Minor.
Biblia Complutenſia.
Biblia Græca Germanica.
Boëtius.
D. Bonauentura ord. minor. Cardinalis.
Breuiarium Lingonenſe.
Budæus.

Calenda

C

Calẽdarium hebraicum.
Calendarium græcorum, ſiue, Menologium
Caluinus hæreſiarcha.
Caniſius.
Caſsiodorus
Caſsianus.
Catechiſmus Tridentinus.
Catharinus Senẽſis, Dominicanus.
Catullus poëta
Cenſorinus.
D.Chryſoſtomus
Cicero
D.Clemens Alexandrinus
D. Clemens Romanus.
Columella.
Comeſtor.
Concilium Epheſinum.
Concilium Tridentinum.
Collectæ, ſeu, orationes Eccleſiaſt.
Cõſtitutiones Apoſtolorum.
Il Cornelio, Ital.
Crantzius.
Cromerus.
D. Cyprianus martyr.
D. Cyrillus Hieroſolymitanus.
D. Cyrillus Alexandrinus.

D

D. Damaſcenus.
Il Dante, Ital.
R. Dauid Kimhi.
Decretales
Decretum.
Determinationes vniuerſitatis Pariſ.
Didacus Stella, Franciſcanus.
Didymus Alexandrinus.
Diodorus Siculus.
D. Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Carthuſianus.
B. Dominicus.
Dominicus de Dominicis.
B. Dorotheus.
Durandus.

E

Egeſippus hiſtoriographus
Ennius poëta
Engelbertus
S.Epiphanius.
Eraſmus.
Il Erizzo, Ital.
Euſebius Cæſarienſis.

Euſebius Emiſſenus.
Euripides.
Euthymius.

F

Faber ab Hailbrun, Dominicanus.
F. Feuardentius, Minor.
Fragmenta veterum Iuriſconſultorum.
Franciſcus de Maronis, Minor.
Freculpus, Epiſcopus.
Fridericus Nauſeas.
Frontinus.
Fulgentius.

G

Gagneius Theologus.
Galenus ἀρχίατρος.
Galatinus, Franciſcanus.
Gaſpar Bruſchi⁹ poëta.
G. Genebrardus.
Georgius Trapezũtius.
Georgius Pachimeres.
Giſanius.
Gloſſa ordinaria.
Glycæ annales.
S. Gregentius Archiepiſcopus Tephrenſis.
D. Gregorius Magnus.
D. Gregorius Nazianzenus.
D. Gregorius Turonenſis.
Guaguinus hiſtoricus.
Guliel. Fornerius Anteceſſ.
Gul. Tyrius.
Gulier. Pepin Dominicanus.

H

Hamerus, prædicator.
Helmeſius, Minor.
Henric⁹ Ebinchauſem.
Hector Pintus, Hieronymianus.
Herodotus.
Herodianus.
D. Hieronymus.
D. Hilarius, Pictauenſis Epiſcopus.
B. Hildephonſus Toletanus.
Hilduinus, Abbas.
Hiſpanicarum rerum ſcriptores.
Hiſtoria pontifical. Illeſcas. Hiſp.
Hiſtoria belli ſacri cõt. Albigenſes. Gallicè conuerſa.
Homerus, poëtarum princeps.
Horatius poëta.
Hoſius.
Hymni Eccleſiaſtici.

D. Hip

D. Hippolytus, martyr.

I

Iacobus de Vitriaco.
Iac. Billius.
Iac. Gorſcius, Polonus.
Ianſenius,Epiſcopus.
Ioannes Salisberienſis.
Ioannes Scotus,Doctor ſubtilis.
Ioannes Gerundenſis.
Ioannes Molanus.
Ioannes Picardus.
Ioannes Brentius,hæreſiarcha.
Ionathanus Paraphraſtes Chaldæus.
Ioſephus.
D.Irenæus martyr.
D.Iſidorus.
Iſidorus Clarius.
R.Iudas.
IudocusRaueſtem Tiletanus.
Iulius Pollux.
Iul.Cæſar.
Iulianus Anteceſſor.
Iunius.
Iuſtinianus, Imperator.
Iuuenalis, poëta.

L

Lactantius.
Laërtius.
Leges Imperiales.
Leges VViſigothorum.
D. Leo Magnus.
Leuinus Leuinius.
Lexicon Hebraicum.
Libanius Sophiſta.
Lindanus, Epiſcopus.
Liranus,Franciſcanus.
Litaniæ Eccleſiaſticæ.
Liuius,hiſtoricus Rom.
Lucas de Tuy,Hiſp.
Lucanus,poëta.
Lucianus ἄθεος.
Luci⁹ Florus hiſtoricus.
Il Lucio Fauno, Ital.
Lucretius, poëta.
Ludouicus Granatenſis, Dominicanus.
Lutherus Hæreſiarcha:

M

Macrobius.
Magiſter ſententiarum.
Mahumed, Antichriſtus.
Manuelis Cõneni conſtitutiones.
S. Martialis.
Martialis, poëta.
Martinus Polonus.
Marullus.
Marſilius Ficinus.
D. Maximus, Epiſcopus.
Mercerus Heb. profeſſor.

Michael de Palatio.
Munſterus.

N

Natalis Comes.
Nicetas Scholiaſtes Nazianzeni.
Nicephorus,
Nicolaus Cuſanus, Cardinalis.

O

Oecumenius Græcus.
Optatus, Mileuitanus.
Origenes.
Oroſius.
Oſorius.
Ouidius.

P

Palladius.
Pauſanias.
Paulus Diaconus.
Paulus de Palacio.
Paulus Fagius.
Perionius.
Perſius Poëta.
Petrus Doré, Dominicanus.
Petrus Mexias, Hiſpanus.
Philippus Diez, Franciſcanus.
Philoſtratus.
Pierius.
Plato diuinus.
Plautus, poëta.
Plinius.
Plinius iunior.
Plutarchus.
Polybius.
Polycraticus.
Pomponius Mela.
Pontificale Romanum,

Q

Quadratus, Franciſcanus.
Quintilianus.
Q. Curtius.

R

Rabanus.
Rabbenu Haccados.
Remigius.
Reuchlinus.
Reuelationes S. Brigittæ.
Rochus Mamerotius, prædicator.
Ruffinus.
Rupertus Abbas.

S

Sabellici Enneades ſeptem.
Sannazarius poëta.
Scholia Græca.
Seder Olam, ſeu, Chronol. Heb.
Sedulius poëta.
R. Selomo Iarhi.
Seneca.
Septuaginta interpretes

Seruius.

Seruius.
Sigebertus.
Sixtus Senenſis, Dominicanus.
Socrates, hiſtoriographus.
Somnius, Epiſcopus.
Spartianus.
Statius poëta.
Stobæus.
Suetonius.
Sudas Græcus.
Surius, Carthuſianus.
Symeon Metaphraſtes.

T

Terentius poëta Comicus.
Tertulianus.
Thalmud.
Thargum Onkelos.
Theodoretus.
Theophylactus.
D. Thomas Aquinas.
Thomas Argentinas.
Thomas de Trugillo, Dominicanus.
Thucydides, hiſtoricus.
Tilmannus Bredembachius.
Trithemius.
Turrianus.
Tzezes.

V

Valerius maximus.
Varro, polyhiſtor.
Vegetius.
Victor Vticenſis.
Vicentius Bellouacenſis, Dominicanus.
Vincentius Lirinenſis.
Virgilius, poëtarum facilè princeps.
Vitæ ſanctorum.
Vlpius.
Volcatius, Gallicanus.
Vvolfius.

X

Xiphilinus.
Xenophon.

Z

Zonaras Græcus Hiſtoricus.

Summa omnium Auctorum.

2 8 1.

FINIS.

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM INDEX.

A

ABel, paſtor ouiū, necatus. 495
Abel primus martyr in ſtatu legis naturæ. 507
Achimelech ſacerdos à Saule rege occiſus eſt. 507
Acroſtichis Sibyllæ Erythrææ. 565
Aduentus à B. Petro inſtitutus. 346
Aduentus Chriſti ſecundus. 502
Adulatores peſtilēt. 366
Aegyptij ſacerdotes circunciſionem in vſu habebant. 543
Aera Hiſpanorum vnde initiū ſumpſit. 467. 468. 469
Ἅγιος vnde deducit. 312
Alexander Magnus inſontem interficere rogatus recuſauit. 342
Alexander Magnus in interiore Perſidis regione per niuem & cōcretam glaciem pedes ingrediebatur. 479
Alexāder Magnus Perſarū & Macedonū cōmunis Imperator. 491
Angelus officij nomē. 367
Angelorum multitudo laudantiū Deum. 487
Ante me factus eſt, exponitur. 436. & 437
Antiochia, Theopolis dicta. 568
Antiquitatis authoritas. 50. 51
Apelles ex vna linea agnitus. 357
Apoſtoli Chriſti baptiſmate baptizati. 433
Arbitrij noſtri libertas & vis. 501
Archelaus in exiliū pulſus. 442
Argumentum validum à moribus eccleſiæ. 382
Arnulphus Imp. à pediculis conſumptus. 184

Arun

Arundo leuitatis ſymbolum. 365
Aſini vmbra, prouerbium vnde ortum. 46
Auguſtæ priuilegia eadẽ ac Auguſti. 373.374
Auguſtus vnde dictus. 462 467
Sub Auguſto pax vniuerſalis. 462
Auguy l'an neuf. 548

B

Babyloniæ regis vexillum Leo. 62
Baptiſterium polluens miſerè periit. 261
Baptiſmi Chriſti ac Ioãnis differentia. 430.431 432.433
Baptizati à Joanne, iterum baptizati. 433.434
Baptiſmi ſacramentũ circumciſione longè perfectius. 549.550
Βασιλεὺς vnde dicitur. 440
Beatitudo quid. 325.326
Bellum iuſtum quale. 280
De Bello ſacro. 281. 282. 283.284.285
Beneficia diuina ſemper habere ob oculos, ſanctiſſimũ exercitiũ. 512
Bethlehẽ, ciuitas Dauid. 474.
Bethlehem Iudæ, & Bethlehem in tribu Zabulon. 474.475
Blaſphemia Caluini de Chriſti ad inferos deſcenſu. 353.354
Boni cum malis hic permixti ſunt. 309.310
Bos & Aſinus natum Chriſtum adorarunt. 490

C

Cæcus à Paulo illuminatus. 360
Caligula tonitrua timebat. 132
Canis vmbrã perſequens, carne priuatur. 412.413
Catoni ſtatua cur non eſt poſita. 370
S. Carpi mirabilis viſio. 195.196.197
Caſtrenſis corona. 506.
Cauſæ quatuor, propter quas de Deo conquerebantur homines. 486
Cauteriata conſcientia. 493.
Chriſtus ſacrorum Bibliorũ ſcopus. 14.15.16.17
Chriſtus multis modis in medio eccleſiæ eſſe dicitur. 188.189
de Chriſti ad inferos deſcenſu. 352.353.354.

355.&c.
in Chriſti natiuitate omnia noua. 460.461.
Chriſtus quo tempore natus. 464
Chriſtus tempore pacis naſcitur. 473
Chriſt⁹ pannis inuolutus. 477.478
Chriſtus angelorum cuſtodia non eguit. 482
Chriſtus media nocte natus. 483
Chriſtus voluit octauo die circuncidi. 547.548
Chriſtus à matre ſua circunciſus. 550.551.552
Chriſti appellationes variæ. 563.& 564
Circunciſione nihil ſolemnius inter omnia veteris teſtamenti ſacramenta. 541
Circunciſio in ſignum Iudæis data. 546
Circunciſio multis gentibus ac populis communis fuit. 542
Circunciſio erat quædam proteſtatio fidei. 553
Circunciſio cur inſtituta. 553
Circunciſio Chriſto non neceſſaria. 555.556.557
Circunciſio carnis nõ caret ratione. 557
Circunciſionis cauſæ plurimæ enumerantur.543. 544. 545. & ſeq. Ex Philone. 559
Ciuica corona. 506
Cœlum decimum rapit ſuo impetu omnes globos inferiores. 480.481
Cometarum prodigia. 132. 133
Conceptio virginis, ſalutis exordium. 371
Conceptionis feſtũ à multis ſæculis celebratum. 375.376
Conceptionis feſtum ex miraculo. 378.379
ex Dominicanis præclari viri Conceptionem tuẽtur. 386 387 388. 389
Conceptio duplex. 398
Comparatio oratoris cum viatore. 456 457
Copronius præfectus turmæ equitum. 465
Coronæ militares variæ. 505
Coronæ militares. 451
Contra mollitiem. 395
Culter lapideus. 551
Cypriani etymon. 434

D

D

Decem plagæ Aegypti verſibus contentæ. 332

Defendentes eccleſiã proſpere habuerunt. 267

Deipara vocabulũ quanti faciendum. 372.373

Deo ſoli toto corde ſeruiẽdum. 140.141

Denarius erat numiſma cenſus Romanis exoluendi. 470.471

Depoſitum quid. 10

Deſcriptio cenſus iuſſu Auguſti facta. 471.472.473.474

Didrachmum. 470.& 471

Diem iudicij præfigentes hallucinantur. 299.300.301

Dies ſymbolum eſt lætitiæ, vt nox triſtitiæ. 485

Differentia Moſis & Chriſti. 171.172

Diſceptationes in futuro iudicio. 229.230

Dominicarũ quatuor aduẽtus myſteriũ. 346.347

Dormientes ſeptem apud Epheſum, & ſeptem aliorum Beati Martini conſanguineorum. 523.524

Drachma Attica. 471

Dux Venetorum ſponſus maris. 348

E

Ebrietas cuiuſdam prodigioſa. 69

Ebrietatis incõmoda. 70. & 71

Electorum & Impiorum differentia. 498

Emmanuel nomen eſt naturæ. 568

Equus belli ſignum. 125

Et, quandoque pro quia poſitum. 401.402

Extra eccleſiam non eſt ſalus vnde ſumptum. 214.215

Euangelium S. Ioannis quando ſcriptum. 538.

F

Facere pro ſacrificare. 100

Falcis ſignificatio. 291.292

Feſtum his decẽ millium martyrum in Nicomedia victorum. 489.490

Fratres Chriſti qui appellantur. 478

G

Gabriel, Angelus Domini. 482

Galliarum & Germaniæ prouinciarum ob cẽſum rebellio. 469

Gallinæ ingenium & natiuus

tinus in pullos ſuos affe-ctus. 497
Gaudium natiuitatis Chriſti commune eſt omni populo. 483. 484
Gentiles circuncisi. 541. & 542.
Gloria ſoli Deo debetur. 487. 488
Græca fides, pro dubia. 255. 256

H

Hæretici blanda loquuntur. 136. 137
Hæretici cæcos illuminare nequeunt. 360
Hæretici neminem ſuſcitare valent. 361
Hatto à muribus corroſus. 183
Heliæ ſolla. 545
Hemoris filius Sichē propter Dinam circuncidi paſſus eſt. 557
Herodes exilio damnatus. 445
Hieruſalē ciuitas ſancta cur dicta. 218
Hildephonſus Mariam ab originali præſeruatam aſſerit. 324
Huetus ridiculum nomen. 402
Hymnus angelicus. 488

I

Iani tēplum clauſum ſub Auguſto. 463. 464. 465 466
Ignatius hoc nomē, Ieſus, aureis exaratum literis cordi ſuo inſcriptum gerebat. 566
Ieſu nominis excellentia. 211. 212
Ieſus puer circunciditur. 549
Ieſu nomen ſanctiſſimum diuinitus innotuit. 362
Ieſus, redēptor mundi. 565
Ieſus, nomen proprium, diuinitatis & humanitatis ſimul index eſt. 566
Ieſus dum nominatur, externum reuerentiæ ſignum exhibemus. 567
De vi & efficacitate nominis Ieſu Chriſti. 574
Ieſus nomen & in vita, & in mortis articulo inuocandum. 574. 575
Ieſus Naue ſucceſſor Moyſi in prophetis. 565
Ieſus Ioſedech, ſacerdos magnus. 565
Ieſus, filius Syrach. 565
Ieſu nomen quibus impoſitum. 565. 566
Imaginum effractores grauiter puniti. 261. 262. 263
Imber matutinus & ſero-

tinus. 180
Imperatoris nomẽ grauius quàm regis. 441
In die Madian quid geſtum. 460.461
Indumentum ſignum, euidentiſſimũ peccati. 477
Innocentes ab Herode in Chriſti odium interfecti. 507
Ioannis laudes depradicauit Chriſtus. 364
Ioãnis officium quale. 423
Ioãnes cur vox dicitur. 453
Ioannes Baptiſta ab impio Herode decollatus. 507
Ioannes Magnus ab Herode gladio occiſus. 507
Ioanes, dilectus Dei diſcipulus. 509 510.511
Ioãnes magnis à Deo priuilegiis ornatus. 512.513
an Ioannes mortis ſenſerit aculeum. 514. 515. 516. 517.518.519. & ſequẽt.
Ioanni familiare eſt dicere ſe perhibere teſtimoniũ de geſtis Chriſti. 526
Ioannis celeberrimum encomium ibid. 526
Ioannes martyr fuit. 527
Ioãnes matris Chriſti adoptione filius. 529.530. & ſeq.
Ioannes vſque ad Traiani tempora peruenit. 538. 539
Ioannes Virgo in æuũ permanſit. 538.539
Ioël contẽporaneus Iſaiæ, imò eo poſterior. 11
Ioël diſertè tres perſonas explicat. 187.188
Iordanis interpretatio. 449
Ioſua filius Peraiæ, quis & quo tempore vixerit. 569.570.571
Iudæa in meditullio habitabilis orbis. 472
Iudæorũ ingratitudo, perfidia & calamitas. 499. 500
Iudæorum tota natio deſerta. 501
Iudæorum ad fidem conuerſio. 502
Iudæi vocãtur à poëtis recutiti, verpæ, & apellæ. 543
Iudas Galilæus. 470
Iudicium ſupremum fiet in valle Ioſaphat. 226.227
Iudicium finale quare futurum ſit? 229
Iudicij diẽ præfigentes hallucinantur. 299.300.301
Iuſtitia per Chriſtũ quibus collata. 175
Iuſtitia tres part. 175.176

L

Lactentibus extraordinariè indictum ieiunium. 155.156
Laudati quidã à domino. 363.364
Lauda poſt mortẽ. 369.370
Legatio ex quibus magna cognoſcitur. 410.411
Lex militaris. 450.451
Liber trium foliorum quis legendus. 341
Liber ſcriptus intus & foris. 554
Liberi ſacra. 544
Liberũ hominis arbitrium. 139.140
Locus natiuitatis & ſepultura Chriſti. 492
Luſcinia nihil eſt quàm vox. 453
Lutherus concept. feſtum oderat. 381
Lux refulſit in noctis medio, cùm natus eſt Chriſtus. 483

M

Maria turturi cur comparata. 374
Maria vxor deſpõſata Ioſeph. 475
Maria virgo peperit ſine dolore. 475.476.492. 493
Maria virgo Chriſtum in præſepi adorat. 480
Maria poſt partum virgo perpetuò permanſit. 562. 563
Matrimonium diſpar & claudicans inter orthodoxum & hæretici. 542
Medicina præſeruans melior quàm purgans. 399
Quid maximè Metuendũ. 337.338
Mirabilia in Chriſti natali. 458.459
Miraculorũ legis & euangelij diſcrimẽ. 359.360
Miraculum virginis erga Catharinum. 400
Miracula meritis S. Stephani à Deo facta. 505. & 509
Miſericordiæ ara. 146
Miſſæ tres à ſingulis celebrantur die Natalis domini. 490
Miſſio alicuius quomodo adſtruẽda. 422.423. &c.
Monarchiæ quatuor in נמ־רוב *adumbratæ.* 58.59
Muralis corona. 506

N

Natus omnibus, Nat⁹ ſibi. 484
Natus in dominica Chriſtus. 483
in Natiuitate Chriſti omnia noua. 460.461
Naualis corona. 506

Nemo eſt certus ſe eſſe in gratia. 148
Nero S. Petrum ſupplicio crucis affecit. 511
Neſtorius antiquos dedignabatur. 38
Nihil credẽdum quod non ſit ſcriptum, cõfutatur. 35.36
Nomina rebus impoſita ſecundum earum proprietates. 561.562
Nominis IESV *excellentia.* 211.212. *Vide litteram I.*
Notæ Meſſiæ Ioanni non competunt. 411
Nulla in re cum hæreticis communicandum. 385
Numiſma cenſus. 469
O
Obſidionalis corona. 505. 506
Octauianus, Auguſtus cognominatus. 467
Orbes inferiores motu cõtrario à primo mobili mouentur. 289
Orationis publicæ maior efficacia. 153.154
Orationis efficacia. 113.114 115
Ordines in acie obſeruãdi. 129.130
P
Pariſienſes Theologi ſubſcribũt articulo cõceptionis. 382.389.390.404
Paruula Imp. filia in agmine circumlata. 401
Paſtorib⁹ primùm natiuitas Chriſti manifeſtata. 482
Paulus cõuerſus, precibus S. Stephani. 504
Pauſonis pictoris tabula inuerſa. 62.63
Pax hominibus tribuitur. 487. & 488
Peccata alia aliis grauiora. 496
Perſecutores Chriſtianitatis peſſimè perierunt. 265.266
Petr⁹ Romæ crucifixus. 511
Philippus Apoſtolus cruci eſt affixus. 525
Plagæ decem Ægypti verſibus contentæ. 332
Pœnitẽtia tabula ſecunda poſt naufragium. 139
Pœnitentiæ tres partes. 139
Pœnitentiæ virtus. 139
Polycrates regionis Aſianæ Epiſcopus. 523
Pompa veſtiũ interdicta. 365.366
Popielus à muribus corroſus. 183
Præputia ſunt quatuor.

545.546
Præſepe Chriſti domini. 479.480
Precibus virginis mundus ſuſtentatur. 409
Primogenituræ magna olim dignitas. 476.477
Primogenit⁹ in ſacris quis vocatur. 476.477
Priuilegia Dei natalis domini. 491
Proculus de palliis altaris camiſias fecit. 88
Prodigia vnde dicantur. 208.209
Profeſſio. 72.74
Prophetia quid. 1
Prophetia multis modis contingit. 2.4.& 5
Prophetiæ genera ſeptem. 6.& 7
Prophetarũ officia. 7.& 8
Prophetiæ donum diu in eccleſia viguit. 194
Prophetia alia prædeſtinationis, alia commina tionis. 295
Proſpera vix ferimus. 68
Prouidentia Dei & cura erga eccleſiam. 493
Proximus & Supremus, qui apud Iuriſcõſultos, 476
de Puerorum educatione exempla. 48.49
Punitiones diuerſæ olim monſtratæ. 339.340
Pythagorei & Druydes traditionibus vſi. 431
Pythagoreorum duorũ fida amicitia. 153

Q

Quare ante diluuium tandiu viuebant. 53
Quare futurum ſit finale iudicium. 229
Quirinus à Cæſare in Syriam miſſus. 465
Quiſque duas fert peras. 415

R

Redẽptio corporis quæ. 543
Redẽptio duplex. 399.408
Reges ſibi licere omnia putant. 348
Reliquiæ B. Ioannis Euãgel. neque in ſepulchro, neque alibi vnquã ſunt repertæ. 535
Repetitione vtimur in dolore. 496
Res ſacra quæ dicãtur. 248
Reuclinus nomen Ieſu exiſtimauit eſſe pentagrammaton. 571.573
Romæ etymologia. 122
Romani ciues qui dicti. 219.220

S

Sabbatum à Chriſtianis nõ niſi ſpiritualiter ſeruandum. 546

Sacramentũ militare. 280
Samuel orauit pro Saule. 507
Sarpe ex Græco deductũ. 291
Salomõ imperauit in diebus pacis. 473
Sanctum multifariam ſumitur. 311.312
Sancti non omnes eodem tempore vixerunt. 493
Sanguis ſuper vos. 495
Sapiẽtia cœleſtis, & mũdana. 494
Scotus cur doctor ſubtilis. 405
Sella Eliæ. 545
Seniorum narratio. 47.48
Sephora Moſis coniux filium ſuum circuncidit. 550. & 551
Sibyllæ Cumanæ de nomine Ieſu ſanctiſſimo vaticinium. 572
Siclus quod nummi genus apud Hebræos. 473
Signa multiplicia olim exhibita. 331.332
quindecim Signa ante iudicium. 333.334
Signum quid eſt. 335
Signa quotuplicia 333.336
Signa natiuitatis Chriſti. 485
Simon filius Cleophæ cruci affixus eſt. 525
Sion ciuit. Dau. 474.475
Socrates in carcerem coniectus. 347.348
contra Sodomiticum crimen. 236.237.238.239
in Sole olim triplex ſignũ. 337
Soles tres exorti Rom. 490
Solutio authoritatũ æquãtium bap. Chriſti & Io. 435.436
Sors dãnatorum peſſima. 341
Sortes quotuplices. 233.234
Stephanus primus omniũ martyrum fuit. 499
Stephani feſtũ apud Chriſtianos antiquiſſimum. 508.509
Stephanus pro perſequutoribus ſuis orauit. 503
Sãctorũ interceſſiões. 504
Stephani virtus & miracula. 505
Stephanus conformis paſſioni Chriſti. 508
Strena mẽſa Ianuario dari ſolita à Romanis. 548
Supplicia præſentia ſunt quaſi flagella. 340.

T

Tarraconæ edictũ Aug. de cenſu decretũ fuiſſe. 465.466.

Templum ſecundum quinque rebus caruit. 149.
ſæuire in templa, rabioſi eſt. 244.
Templa violantium tragica exempla. 247.248.249.250.
Tetrarchæ nomen vnde. 445.
Terram videre, prouerbium. 322.
Traditio quid. 29.
Trinitatis myſterium in רבר 41.
Triturandi apud Italos & Hiſpanos ratio. 296.297.
Triumphales coronæ. 505.506.
Tuba mortis. 118.
Turcæ Circunciduntur. 543.
Tyrannorum funeſtus exitus. 259.

V

Venetorum dux ſponſus maris. 348
Verbum Dei quid. 17.18
Verbum triplex. 20.21
Verbi acceptio varia. 21.22
Verbi Dei epitheta. 25.26
Verbum ſcriptum & non ſcriptum. 29.30
Verbi Dei effecta. 35.39.40.41
Verbum caro factum eſt. 489.490.491
Veſpaſianus tributum Iudæis impoſuit. 470
Vigiliarum antiquitas. 95 96.97
Vinum non habet clauſ. 70.71.
Virgo pro muliere capitur. 81.82.83
Virgo ab originis labe immunis creditur. 374.376
Unicornis proprietas mira. 461.462
Voluntas ſigni, & volũtas beneplaciti. 496
Vox clamantis, Hebraiſmus tritus. 423
Vox multipliciter Ioanni accommodata. 423.424 425
Vox clamantis contra 7. mortalia peccata. 426.427.

Z

Zacharias, ſacerdos, in tẽpli atrio interemptus. 495
Zoroaſtes fulmine ictus. 358.

FINIS.

7-2-